II 1520:4749

TARTU ÜLIKOOL · UNIVERSITAS TARTUENSIS · 1632

4/11164

Gpbt a 12202 R 1743

II 1920: 4749.

Ex libris
v. Liphart

LIBRI DE RE RVSTICA.

M. CATONIS LIB. I.

M. TERENTII VARRONIS LIB. III.

L. IVNII MODERATI COLVMELLAE LIB. XII.

Eiusdem de arboribus liber separatus ab alijs.

PALLADII LIB. XIIII.

De duobus dierum generibus: simulq; de umbris, & horis, quæ apud Palladium.

Index omnium ferè rerum, quæ in his libris scitu dignæ leguntur.

Index græcarum dictionum.

Enarrationes priscarum uocum per ordinem literarum digestæ.



Bibliotheca universitatis Dorpatensis 1920 : 4749

M. D. XXXIII.

IAM pridem decreui: quacunq; in re possum: prodesse studiosis. Quam ob rem perquamutile uisum est futurum: si hic de diebus & qui in uigintiquatuor partes, & qui in duodecim diuiduntur: tum de horis, quæ sunt apud Palladium: non nihil dicamus: Atq; eò magis, quod à per q̃paucis ætatis nostræ hominibus intelliguntur. Dierum duo sunt genera. alij naturales: alij ciuiles. Naturales, quibus nunc passim utimur: constant quatuor & uiginti partibus æqualibus ab ortu solis ad alterum ortum: quæ horæ appellantur: & græce ἰσημερινάι, latine æquinoctiales dicuntur. Ciuiles autem, ab ortu solis ad occasum constant duodecim partibus inæqualibus: quæ græce καιρικάι, latine temporales, seu, quod idem est: uulgares nominantur. Atq; hæ duodecim partes hybernis solstitijs breuissimæ sunt, & tertia parte minores, quàm æquinoctiales: æstiuis autem longissimæ: eadem q; tertia maiores, quàm illæ, & , quod sequens est: uincunt hybernas duabus quartis: siue, quod idẽ est, dimidio. id quod significare uoluit Virgilius eo uersu, An̄e nouum tardis sydus te mẽsibus addas. ideſt Iunio, et Iulio: q̃bus horæ longissimæ sunt. At Vere, sole Ariẽtẽ, Autumno, Libram ingrediente: pares sunt æquinoctialibus: eadem q; ab hyberno Solstitio ad æstiuum cum die crescente crescunt: ab æstiuo autem ad hybernum cum eodem decrescente decrescunt. Et quoniam singuli dies ciuiles, ac noctes totius anni, horis duodecim continentur, sexta diei hora semper est Meridies: & prima incipit oriẽte sole: Duodecima eodem occidente finitur. Verbi gratia, mense Martio cum hæ ipsæ horæ temporales ferè pares sunt æquinoctialibus: prima horæ diei ciuilis est eadem cum tertiadecima diei naturalis. Secunda, eadem cum quartadecima. Tertia, cum quintadecima. Quarta, cum sextadecima. Quinta, cum decimaseptima. Sexta, cum decimaoctaua. Septima, cum decimanona. Octaua, cum uigesima. Nona, cum uigesimaprima. Decima, cum uigesimasecunda. Vndecima, cum uigesimatertia. Duodecima, cum uigesimaquarta. Illud igitur in sacris literis: A sexta autẽ hora usq; ad Nonam, tenebræ factæ sunt super uniuersam terram: intelligendum est à Decimaoctaua hora, usq; ad uigesimamprimam diei naturalis: ut nunc horæ aguntur. Nam apud ueteres, Solaria in horas tam noctis, q̃ diei temporales non æquinoctiales diuidebantur. Mense autem Iunio: cum horæ quam longissimæ sunt: prima hora temporalis, est eadem, quæ nona cum tertia parte decimæ æquinoctialis: Secunda, quod reliquum decimæ cum duabus tertijs undecimæ. Tertia, quæ duodecima cũ tertia parte undecimæ. Atq; ita singulæ tres horæ

4-II A
11167.
2 53191067

12, & respondeat quartæ. Nona, 15, quanta fuerat tertia. Decima, 19, quot pedum erat secunda. Vndecima, 29, quot prima. Et quoniam in horarum spatio Ianuarius cum Decembri mense conuenit: eædem erunt umbræ singulis horis hoc mense, quæ & Ianuario. Idem quoque faciendum est in cæteris mensibus: ut bini scilicet computentur: & Februarius in horarum mensura cum Nouembri mense concordet, Martius cum Octobri, Aprilis cum septembri, Maius cum Augusto, Iunius cum Iulio: quemadmodum in fine cuiusque mensis apud Palladium licet uidere. Illud apud eundem in fine postremi
» mensis his uerbis. Decembrem Ianuario in horis causa dispar adiun-
» xit: cum linea simili ille augeatur: hic decrescat: intelligendum est & de umbris: quod tam ante meridiem, quàm post, pares, atque eædem in singulis binis mensibus sint: idq; dispari causa: & de diebus: quos constat sex mensibus augeri: & sex decrescere. Nam etsi eadem quantitate sunt horæ mense Ianuario, qua & Decembri: eademq; mense Februario, qua & Nouembri: & sic in reliquis paribus: quemadmodum author ostendit: tamen ex singulis paribus quantum augetur alter: tantum alter diminuitur. Ascendente enim Sole à Capricorno ad Cancrum (ut supra diximus) dies semper augentur: decrescunt contra descendente illo à Cancro ad Capricornũ. Notandũ præterea, crescentibus diebus, decrescere semper umbras gnomonis: contra, decrescentibus illis: has semper augescere. & hinc est, quod mense Ianuario cum dies breuissimi sunt, & augentur: prima hora diei umbra gnomonis est longa pedes XXIX: Februario, quæ est longissima, XXVII: Martio, XXV: Aprili, XXIIII: Maio, XXIII: Iunio, XXII: Mense autem Iulio, cum dies longissimi sunt, & decrescunt. prima hora diei umbra gnomonis est longa pedes XXII: quæ est breuissima: Augusto, XXIII: Septembri, XXIIII: Octobri, XXV: Nouembri, XXVII: Decembri, XXIX. Id quod ut melius cognoscatur: subiunximus & eos menses: quibus dies augentur, umbris decrescentibus: & eos, quibus dies decrescunt, umbris crescentibus. Incæpimus autem ab Ianuario, & Iulio: quorum altero dies sunt breuissimi: & semper augentur usque ad solstitium æstiuum: & umbræ longissimæ: sed decrescunt: quandiu dies augentur: Altero dies sunt longissimi, & semper decrescunt usque ad solstitium hybernum: & umbræ breuissimæ: sed augentur: quandiu dies decrescunt. Et licet à solstitijs incipiendum fuisset: quæ Decembri, & Iunio fiunt: tuncq; dies uel augeri: uel decrescere incipiunt: tamen incrementa, uel diminutiones dierũ cum diminutionibus, incrementisq; umbrarũ sic facilius dignoscuntur. qua quidem recognita, & dispar illa causa cognoscetur: qua in horarum spatio Ianuarius Decembri, Februarius Nouembri, Martius Octobri, Aprilis Septembri, Maius Augusto, Iunius Iulio adiuncti, linea simili, ut ait Palladius, augentur, uel decrescunt.

Ianuario augentur dies: & umbræ decrescunt.

hora	1	ped.	29	hora	1	ped.	22
hora	2	ped.	19	hora	2	ped.	12
hora	3	ped.	15	hora	3	ped.	8
hora	4	ped.	12	hora	4	ped.	5
hora	5	ped.	10	hora	5	ped.	3
Hora	6	ped.	9	Hora	6	ped.	2
hora	7	ped.	10	hora	7	ped.	3
hora	8	ped.	12	hora	8	ped.	5
hora	9	ped.	15	hora	9	ped.	8
hora	10	ped.	19	hora	10	ped.	12
hora	11	ped.	29	hora	11	ped.	22

Iulio decrescunt dies: & umbræ augentur.

Februario augentur dies: & umbræ decrescunt.

hora	1	ped.	27	hora	1	ped.	23
hora	2	ped.	17	hora	2	ped.	13
hora	3	ped.	13	hora	3	ped.	9
hora	4	ped.	10	hora	4	ped.	6
hora	5	ped.	8	hora	5	ped.	4
Hora	6	ped.	7	Hora	6	ped.	3
hora	7	ped.	8	hora	7	ped.	4
hora	8	ped.	10	hora	8	ped.	6
hora	9	ped.	13	hora	9	ped.	9
hora	10	ped.	17	hora	10	ped.	13
hora	11	ped.	27	hora	11	ped.	23

Augusto decrescũt dies: & umbræ augentur.

temporales continent quatuor æquinoctiales. Pari modo, quarta est eadē quæ tertiadecima cum tertia parte quartædecimæ. Quinta, quod reliquú quartædecimæ cũ duobus tertijs quintædecimæ. Sexta, quod reliquum quintædecimæ cum integra sextadecima. & est Meridies. Item tres temporales, Septima: Octaua: Nona. sunt eædē, quæ quatuor æquinoctiales: uidelicet decimaseptima: decimaoctaua: decimanona: uigesima. Item decima: undecima: duedecima, eædem quæ uigesimaprima: uigesimasecunda: uigesimatertia: uigesimaquarta. Non ab re hic uisum est subiungere epigramma Martialis ad Euphemum structorem Domitiani: ubi harũ horarũ temporalium meminit: est autẽ hoc.

Prima salutantes, atq; altera detinet hora.
Exercet raucos tertia causidicos.
In quintam uarios exercet Roma labores:
Sexta quies lassis, septima finis erit.
Sufficit in nonam nitidis octaua Palæstris.
Imperat extructos frangere nona toros.
Hora libellorum decima est Eupheme meorum:
Temperat ambrosias cum tua cura dapes.
Et bonus ætherio laxatur nectare Cæsar:
Ingentiq; tenet pocula parca manu.
Tunc admitte iocos. gressu timet ire licenti
Ad matutinum nostra Thalia Iouem.

Horæ autem, de quibus agit Palladius: sunt quæ diem ab ortu solis ad occasum diuidunt, in partes duodecim: quæ umbris sic deprehenduntur. Fiat planicies quadrata ad regulam, & libellam in loco aperto: qui toto die illustretur à sole: spectet q; uno latere septentrionem alio Meridiem: Solem alio orientem: occidentem alio. Deinde in medio quadrati collocetur indagator umbræ: qui græce γνώμων, seu σκιαβόλος dicitur, obseruetur q; prima dies cuiusuis mẽsis: Verbi gratia, Ianuarij: id q; cœlo sereno. tunc tacto gnomone à solis radijs: umbra gnomonis prima hora diei erit longa pedes 29. Secunda 19. Tertia 15. Quarta 12. Quinta 10. Sexta 9. atq; hac hora, semper (ut dixi) est Meridies: tunc enim sol altissimus facit umbras breuissimas. Deinde incipit declinare, & descendere ad occasum: atq; umbræ eadē, qua decreuerant: mensura augentur. quo fit, ut septima hora, quæ est prima post meridiem, umbra gnomonis sit longa pedes 10. & respondeat quintæ antemeridianæ (nam horæ ante sextam antemeridianæ, post sextam pomeridianæ appellantur) octaua sit longa pedes

Martio augentur dies: & umbræ decrescunt.

hora	1	ped.	25
hora	2	ped.	15
hora	3	ped.	11
hora	4	ped.	8
hora	5	ped.	6
Hora	6	ped.	5
hora	7	ped.	6
hora	8	ped.	8
hora	9	ped.	11
hora	10	ped.	15
hora	11	ped.	25

Aprili dies augentur: & umbræ decrescunt.

hora	1	ped.	24
hora	2	ped.	14
hora	3	ped.	10
hora	4	ped.	7
hora	5	ped.	5
Hora	6	ped.	4
hora	7	ped.	5
hora	8	ped.	7
hora	9	ped.	10
hora	10	ped.	14
hora	11	ped.	24

Maio dies augentur: & umbræ decrescunt.

hora	1	ped.	23
hora	2	ped.	13
hora	3	ped.	9
hora	4	ped.	6
hora	5	ped.	4
Hora	6	ped.	3
hora	7	ped.	4
hora	8	ped.	6
hora	9	ped.	9
hora	10	ped.	13
hora	11	ped.	23

Septembri decrescunt dies: & umbræ augentur.

hora	1	ped.	24
hora	2	ped.	14
hora	3	ped.	10
hora	4	ped.	7
hora	5	ped.	5
Hora	6	ped.	4
hora	7	ped.	5
hora	8	ped.	7
hora	9	ped.	10
hora	10	ped.	14
hora	11	ped.	24

Octobri dies decrescũt: & umbræ augentur.

hora	1	ped.	25
hora	2	ped.	15
hora	3	ped.	11
hora	4	ped.	8
hora	5	ped.	6
Hora	6	ped.	5
hora	7	ped.	6
hora	8	ped.	8
hora	9	ped.	11
hora	10	ped.	15
hora	11	ped.	25

Nouembri dies decrescunt: & umbræ augentur.

hora	1	ped.	27
hora	2	ped.	17
hora	3	ped.	13
hora	4	ped.	10
hora	5	ped.	8
Hora	6	ped.	7
hora	7	ped.	8
hora	8	ped.	10
hora	9	ped.	13
hora	10	ped.	17
hora	11	ped.	27

Iunio dies augentur: & umbræ decrescunt.

hora	1	ped.	22
hora	2	ped.	12
hora	3	ped.	8
hora	4	ped.	5
hora	5	ped.	3
Hora	6	ped.	2
hora	7	ped.	3
hora	8	ped.	5
hora	9	ped.	8
hora	10	ped.	12
hora	11	ped.	22

Decembri dies decrescunt: & umbræ augentur.

hora	1	ped.	29
hora	2	ped.	19
hora	3	ped.	15
hora	4	ped.	12
hora	5	ped.	10
Hora	6	ped.	9
hora	7	ped.	10
hora	8	ped.	12
hora	9	ped.	15
hora	10	ped.	19
hora	11	ped.	29

SED sciendũ primos quosq; dies mensis descriptos tantum à Palladio: nec tantas fore umbras cæteris diebus cuiusque mensis: quantæ fuere primis: siquis eas describeret: sed semper uel minores, cum dies crescunt: uel maiores, illis decrescentibus. quæ si describerentur omnes: magnum efficerent uolumen. esset præterea opus multis annis: si id fieret in Europa. nam cum oporteat singulos quosque dies totius anni ab ortu solis ad occasum tunc esse serenos, nec id contingat unq̃ in Europa: obseruandi forent dies sereni multorum annorum: donec omnes describerentur. Quod quia laboriosum est: & longi tædij plenum: nec Palladius fecit, nec alius quisquam: nec forte erit unq̃ qui faciat. Sed de his hæc satis. tu uero Lector cariſſime uale: & me ama.

LIBRI DE RE RVSTICA:

M. CATONIS LIB. I.

M. TERENTII VARRONIS LIB. III.

L. IVNII MODERATI COLVMELLAE LIB. XIII.

PALLADII LIB. XIIII.



M. D. XXXIII.

STVDIOSIS S.

EX omnibus ijs actionibus, ad quas propter excellentiam animi natus unusquisque uidetur, nullam omnino præstantiorem esse duco, q̃ cum omni studio contendimus, ut non modo nostræ ætatis hominibus, sed ipsi etiam posteritati consulere possimus. itaque nos de ueteri nostro instituto hanc uoluntatem retinentes, denuo Moderatum Columellam cum alijs, qui rem rusticam suis libris complexi sunt, q̃ licuit accurate recognitum, nostris typis excusum emittimus. in qua editione, ut interim reliqua silentio prætermittam, indicem quidē certe, qualē adhuc in hosce scriptores desyderastis, addidimus. Fortunati uero in Columellæ carmen expositionem ea ratione omisimus, quòd neque satis dignus ille uidebatur, qui scriptori tam egregio ueluti interpres attexeretur: & studia uestra remorari magis, q̃ adiuuare poterat. nihil enim uobis ab officina nostra præstari uolumus, nisi quod functum, & utilitatem non minimam afferat. Valete.



INDEX
RERVM FERE OMNIVM, QVAE SCITU dignæ in rusticis scriptoribus leguntur, Index saneq̃ copiosus.

A

Absinthites uinum 213.a
Abrotonites uinum 213.a
Ablaqueandi ratio 110.a
Ablaqueare quid 243.b
Ablaqueatio uitium 281.a
Ablaqueatio 195.a
Acapna ligna 16.a
Aeditimus 23.a
Aedituus 23.a
Acetum quomodo fiat 205.a
Actus quadratus 28.a
Acetum ficulneum 208.a
Acescentis uini remedia 211.b
Acipitres quo capiantur 59.b
Acetum è piris 255.b
Acini uuæ 279.b
Actus minimus 121.b
Actus quadratus 121.b
Acturi occasus 192.b
Acetum scyllitieum 275.b
Acus ad uites pagendas 243.b
Admissura pecorũ quo fiat 47.a
Admissarij forma 265.b
Admissura arietum 268.b
Admissuræ tẽpus in equis 144.b
Admissarius unus quot fœminis satisfaciat 145.a
Admissarij ætas 145.b
Admissarij asini sæuitiam quomodo temperes 148.a
Admissarij asini ætas 148.b
Adorei genera quatuor 82.b
Aedificandum quo sit 1.b
Aedituus 23.a
Aestatis initium 33.b
Aegeum mare 42.a
Aetas equorũ & quorundam aliorũ ai aliũ agnoscitur 50.a
Aequinoctium uernum 178.b
Aequinoctia & solstitia iuxta Hipparchum 179.a
Equinoctium autumni 179.a
Aequinoctium uernum 191.b
Aestatis initium 192.a
Aequinoctiũ autumnale 194.a
Aegyptiæ fœminæ 98.a
Aeris salubritas 232.a
Africus, q & uulturnus 194.a
Africus tempestatem significans 190.a
Africus quando cũ pluuia 19.a
Agricolationis laus 1.a
Ager qualis sit cõparandus 1.a
Ager quo uisendus 1.b
Ager gallicus 23.b
Agricultura 24.b
Agricultura ars necessaria 25.b
Agriculturæ diffinitio 25.b
Agriculturæ principia 25.b
Agriculturæ finis 25.b
Agriculturæ partes quatuor 26.b
Agriculturæ partium subdiuisio 26.b
Ager campester, collinus, montanus 26.a
Ager optimus 26.b
Agrorũ gradus nouẽ 26.b
Ager alius ad aliam rem aptus 26.b
Ager uicinus urbi emẽdus 71.a
Agricolationem negligi 67.b

Agriculturam esse necessariam 68.a
Agriculturam artem innoxiam 68.a
Agricolas quàm multa scire oporteat 69.a
Agricolæ tria necessaria 70.a
Agri modus 72.b
Ager domino imbecillior sit 72.b
Agrestis fabrica generalis 235.b
Agri humidi cultura 267.b
Agrorum iteratio 274.b
Agri colendi ratio quibus constet 232.a
Agna 121.b
Agricolæ & pastoris societas 135.b
Ager optimus qui 233.b
Agnorum cura 151.a
Agni quomodo pascendi 151.b
Ager pessimus qui 233.a
Agri emendi ratio 234.b
Agnorum nutricatus 45. a
Agni qua ætate castrandi 45.a
Agri siluestres 274.b
Alui deijciendæ ratio 21.b
Altinates oues 45.a
Alui apium 64.b
Aluearia quomodo transferenda 65.a
Alicastrum 82.b
Albuelis 95.a
Alligatoris officium 113.a
Albarium opus 236.a
Aluearia 242.a
Aluearia suffiri oportere 267.a
Aluearium castratio 273.a
Aluearium castratio 283.a
Althea 284.a
Allium 286.b
Altinæ uaccæ 144.a
Altinates oues 149.b
Aluo pullorum exitum non habenti remediũ 163.a
Aluearia qualia esse debeant 174.a
Aluearia quomodo collocanda 174.a & b
Aluearia quomodo transferenda 18.a
Alui quomodo castrãdæ 193.a
Allium punicum 198.a
Allij serendi ratio memorabilis 198.b
Alba longa 47.b
Amylum 13.a
Amurcæ usus multiplex 13.b
Amurca 39.a
Amurca condenda 40.a
Ambitio 68.a
Amineæ duæ 94.a
Amethistos 95.a
Amineæ fœcundæ 98.b
Amineæ uites in Italia antiquissimæ 98.b
Amerina salix 119.b
Amigdala 246.b
Amineæ 249.a
Amygdala 234.a
Amelli radix 177.b
Animalia inuisibilia 28.b
Anni diuisio 33.b
Animalium generandi principium 41.b
Anseres quales eligas 61.b
Anserum fœtura 61.b
Anseris collum caputq; imbecillum 62.a
Anatum septa 62.a
Anserum pullos quomodo farcias 62.a
Anseres feri ac narij 61.b
Anima 100.a
Anseres 239.a
Anserum iecur ut tenerescat 239.b
Anisum 261.b
Anserum laus 167.b
Anseres non ubiq; alẽdos 167.b
Anserarium 167.b
Anseres quali forma et colore 168.a
Anserum admissura 168.a
Anserum fœtura 168.a
Anserum pulli quomodo alendi 168.a
Anserum sagina 168.b
Anatum pastio 168.b
Anatum cibaria 169.a
Anatum admissura 169.a
Anatum oua & pulli 169.a
Anethum 200.a
Andromedæ ortus 193.b
Apicæ oues 44.a
Appij parsimonia 53.b
Apes unde nascantur 53.b
Apes non solitariæ 53.b
Apes ratione & arte uti 53.b
Apium laudes 64.a
Apium rex 64.a
Apes musarum uolucres 64.a
Apium utilitas 64.a
Apiastrum 64.a
Apis forma 65.a
Apium sanitas quomodo exploretur 65.a
Apium pedes sex 65.a
Apes quo pascẽdæ per tempestates 65.b
Apibus aqua suggerenda 65.b
Apium rixantium remedia 66.a
Apes quomodo reuiuiscant 66.a
Apothecæ 75.b
Apianæ 94.b
Apium statio 242.a
Apum emptio 242.b
Apes uti ne fugiant 242.b
Apianæ 249.a
Apibus ægris remedia 266.b
Apibus felicitas noxia 266.b
Apium syluestrium inuestigatio 268.b
Apium fuga seruanda 273.a
Apium discordantium signa 273.b
Apum cura 288.a
Apyrenum quo facias 133.b
Apulæ oues 149.b
Apiaria 159.b
Aper 172.a
Apes Iouis nutrices 172.b
Apes quando & ubi primum natæ 172.b
Apũ uaria genera 172.b
Apes q̃diu durent 172.b
Apum soboles propaganda 172.b
Apum pastio 173.a
Apibus quæ plantæ utiles 173.a
Apum sedes 173.b
Apes fideliter & pure tractandæ 173.b
Apibus aqua necessaria 173.b
Apes ut comparandæ 175.a
Apes syluestres quomodo inuenias 175.a
Apes syluestres quomodo capiendæ 175.a

Apes quomodo continēas 176.a
Apum iras quomodo compescas 176.a
Apium paucitas quomodo emendetur 176.b
Apum ægrotantium medicinæ 177.b
Apes quomodo reuiuiscant 177.b
Apibus laborantibus quomodo succurras 178.a
Apium interitus ex prouētu florum 178.a
Apes quomodo reparentur 178.b
Aprilibus à calendis ad idus quæ tēpestates, quæ opa 192.a
Apium 199.a
Aquæ marina concinnatio 14.b
Aqua quo modo de agro pellenda 19.b
Aquaticæ plantæ 27.a
Aquarum differentiæ 73.b
Aquæ inueniendæ ratio 277.a
Aquarum ex terræ genere varietas 277.a
Aquæ probatio 277.b
Aquæ ductuum rō 277.b
Aquæ salubritas 232.b
Aquam hortus habeat 182.a
Aquarius quando solem recipiat 190.b
Aquarius quando oriatur 190.a
Aquarius oriri quādo incipiat 190.b
Aquilæ ortus 192.b
Aquarius incipit occidere 193.a
Aquilæ ortus 193.a
Aquila occidit 193.a
Aquarius medius occidit 193.b
Aquilæ ortus 196.a
Aquilæ occasus 196.a
Aquæ bonitas quærenda 72.a
Arundinum satio 9.b
Area quo facienda 13.b
Argos 23.b
Aruum 34.a
Arista 37.b
Area qualis esse debeat 37.b
Arietis forma laudabilis 44.a
Arietes quomodo admittendi 44.b
Aries ex quo semine eligendus 45.a
Arcadici asini 49.b
Arcæ loculatæ 66.b
Area 75.b
Arando tempora 81.b
Arcturi exortus 86.a
Auena 87.a
Area quomodo constituenda 92.a
Arborum cura 93.a
Arborum species multiformes 93.a
Arbores homini alimenta tradentes 93.a
Armorum læsorum curatio 146.a
Arbor 93.a
Argutis minor 95.a
Arcelaca 95.b
Argilla 101.b
Arundinis satio 120.a
Arenæ genera 235.b
Arbor 223.a
Arbores aptæ uitibus 228.a

Area 241.b
Arbustum 250.a
Arbusti putatio 251.a
Arbusti dispositio 228.a
Arundo 231.b
Area 272.a
Arietis forma 275.a
Armoracea quid 282.b
Architectorum mos 121.a
Arepennis 121.b
Arborum translatio è seminario 129.a
Arbusti italici cultura 129.b
Arbustum gallicum 130.b
Armi conuulsi 141.b
Aries qualis eligendus 150.a
Arietis forma 150.a
Arietis sæuitia quo pacto mitigetur 150.b
Aristotelis opinio 151.a
Arbusculæ atq; herbæ apibus salubres 174.a
Argonauis 194.a
Arcturi ortus 191.a
Argonauis quando oriatur 191.a
Aries quando solem accipiat 191.b
Arietis ortus 191.b
Arcturi occasus 192.b
Arcturi occasus 193.b
Arcturi ortus 194.a
Aries 194.b
Arcturus 195.a
Atriplex 199.b
Aristotelis locus 172.b
Arcturi ortus 179.a
Asparagi serendi locus 21.b
Ascaloniæ 201.a
Asinorum grex 49.b
Asini è bono fœminio 49.b
Asinorum emendorum stipulatio 49.b
Asinorum admissura 49.b
Asinæ fœtum q̄diu gestent 49.b
Asini admissarij 51.a
Asparagi 253.b
Asparagi 261.a
Asinus ad mulos generandos 266.b
As 122.a
Asini forma 148.a
Asselli utilitas 149.a
Asselli frugalitas 149.a
Asiaticæ oues 149.a
Asparagi satiui 200.a
Attilij Reguli sententia 73.a
Attici opinio refellitur 105.b
Attici & Celsi opinio confutata 107.b
Atriplex 268.a
Attinia ulmus 118.a
Aurea uellera 42.a
Aurea mala 42.a
Autolicus 72.a
Auiarium 237.b
Auellanæ satio 257.a
Aucupij instrumenta 279.a
Auellana 133.b
Auiaria 159.b
Auiarij officium 163.a
Auster quomodo cum pluuia 19.a
Aurigæ occasus 194.b
Auspicatio operum 196.b
Autumni initium 193.b

Balare 42.a
Basilica 95.a
Balneum 242.b
Battis satiuus 207.a
Beta 199.b
Bes 122.b
Beticæ oues 149.b
Biturica 95.a
Bipeda 271.a
Bilis equinæ curatio 146.a
Blitus 261.b
Boum curatio & medicina 11.b
Boues quales 31.b
Boues quo domandi 32.a
Bosporus duplex 42.a
Bouum dignitas 48.a
Bos ncuellus 48.a
Bos uetulus 48.b
Boum emendorum stipulationes 48.b
Boues quo iungendi 80.b
Boues quo comparadi 264.b
Boues quales esse debeat 265.a
Boues quomodo domandi 265.b
Boum uitia prohibenda 265.b
Bouis laus 236.a
Boues italici inter se differentes 136.a
Boum forma ex Magone 136.b
Boues quo pacto domadi 136.b
Bos decumbens quomodo emendetur 137.a
Boum cura 137.b
Boum cibaria 137.b
Boum nauseã langoremq; ut discutias 138.a
Boschides 168.b
Bobus quid præstandum singulis mensibus 196.b
Brochi dentes 50.a
Bruma 179.a
Brachiatæ uineæ 126.b
Brassica 198.b
Brumale solstitium 196.a
Brassicæ laudes 20.a
Brassicæ species tres 26.b
Bumamma una 48.a
Buziges 48.a
Bubulcus 78.a
Bubulcus quid agere debeat 78.a
Bubulci uitium 137.a

C

Calx 4.b
Capræ inuisæ Palladi 24.b
Cato taxatur 25.a
Camporum utilitas 26.b
Campester locus qui laudabilis 26.b
Carbones salsi loco salis 27.a
Carbunculus 27.a
Cato reprehensus 31.a
Canes qui habendi 32.a
Catonis opinio de fundi instrumento 32.b
Catonis sententia de sationibus 33.a
Caprea 34.b
Capreolus 34.b
Canterius mons 4.b
Caprini gregis constitutio 45.b
Capra qualis 45.b
Caprarum uelocitas 45.b
Capraria insula 45.b
Caprarum emendarũ stipulatio 45.b
Capras auribus spicare 45.b
Capra unde 46.a

Capra & hœdi in cœlo 46.a
Capra quãdiu fœtũ gestet 46.a
Caprini gregis numerus 46.a
Castratio boum 49.a
Canini dentes 50.a
Canterij 51.a
Capi 51.a
Canes uenatici & pastorales 51.b
Canum uendendorũ ratio 52.a
Canum alimonia 52.a
Catulire 52.a
Canis pastoralis facies 51.a
Canes pastorales unde emendi 52.a
Casei discrimina 53.b
Caninum studium 68.b
Catonis oraculum 71.b
Catonis de agro emendo sententia 71.b
Cacus 72.a
Carriosa terra & uaria, et mirum de ea 244.a. 81.b
Canabis 86.a
Caules 100.a
Carbunculus 101.b
Carbunculosus ager 102.a
Canterius 111.a
Castanea 120.a
Castaneti constituendi ratio 120.b
Castanearum cultus 120.b
Canna 120.a
Castratio arundinum 120.a
Calx 235.b
Cannitiæ cameræ 236.a
Cantharides ut arceas 241.a
Canabis 248.b
Cannetum 253.b
Canabum 239.b
Carduorum satio 260.b
Cardui ut sint odorati 260.b
Caprificatio uaria 264.a
Caprificare quid 264.a
Cariæ quo seruentur 264.b
Castratio uitulorum 270.a
Castrationis nouum genus 270.b
Castrati uictus & medicina 270.b
Casei faciendi ratio 270.b
Caniculæ ortus 274.a
Capparis 280.a
Cardui 282.a
Caro canum 285.a
Castaneæ satio 288.a
Castaneæ insitio 288.a
Castaneæ quomodo seruentur 288.a
Candetum 121.b
Canteriatæ uineæ 126.b
Capitatæ uineæ 126.b
Candosoci 127.a
Castanea 133.b
Catonis responsum 135.b
Cæciliæ morsus & remedia 142.a
Castratio uitulorum 144.a
Caprinum pecus 154.b
Caprini gregis numerus 154.b
Caprarum admissura 155.a
Caprile 155.a
Caprarum cura 155.a
Caprarius qualis 155.a
Caprarum medicinæ 155.a
Caius Licinius Stolo 24.a
Casei faciendi ratio 155.b
Casei seruandi ratio 156.a
Canna 156.b
Canis uillaticus qualis 158.a

Canis pastoralis qualis 158.a
Canum cibaria 158.b
Canum uenus 158.b
Canum educatio 159.a
Canum nomina 159.a
Cauda quo castranda 159.a
Canem quomodo à muscis defendas 190.b
Cani pulicosæ remedia 190.b
Cani scabiosæ remedia 190.b
Capi 160.a
Castrandorum fauorum ratio 180.a
Catonis uerbum memoratu dignum 187.a
Cancer quando desinat ocidere 190.a
Calisto occidit 190.b
Castrădi pecoris tempus 191.b
Capræ ortus 192.a
Canis latet 192.a
Capræ ortus 192.b
Cancer occidit 193.a
Canicula apparet 193.a
Caprificatio 193.b
Capræ ortus 194.a
Casiope incipit occidere 195.a
Caniculæ occasus 196.a
Capræ occasus 196.a
Caniculæ occasus 196.a
Cancri occasus 196.b
Capreoli 200.a
Capparis 200.a
Cæpina 201.a
Castos ministros esse oportere 204.b
Casei conditura 214.b
C. Hircij piscinæ 66.b
Cæra è floribus 180.a
Cæsonianum præceptum 72.b
Cestus 27.a
Centuria 28.a
Cella uinaria ubi 28.a
Ceretana regio 96.a
Celsus & Atticus probati agricolæ 110.a
Cella uinaria 236.b
Cellæ balnei 243.a
Cerasus 247.b
Cephalo 268.b
Ceræ ficiendæ ratio 273.a
Cerasi satio & cultura 283.a
Cerasa siue osse 283.a
Centuria 121.b
Celsi opinio confutata 129.b
Cruicis tumor quomodo curetur 141.b
Ceuæ uaccæ 144.a
Celer 159.a
Cerua 159.a
Cerrus 172.a
Celsi laus 172.a
Celsi opinio improbata 174.a
Celsi opinio de transferendis examinibus 179.a
Cera quomodo conficiẽda 181.a
Centaurus apparet 192.a
Centaurus 194.a
Centaurus 195.a
Ceparum conditura 206.a
Chordi hœdi 43.a
Chalcis 73.b
Characatæ uineæ 126.a
Chrysomelina Cydonia 134.a
Chenoboscion 167.b
Choenix 283.b
Cimices quo pellas 25.a
Circumsitum 38.b
Cilicium unde 54.a

Cicer arietinum et punicũ 86.a
Cicera 89.b
Ciconia 203.a
Ciconiæ organum 203.b
Cisterna 236.b
Cicercula 248.b
Cicer 259.b
Cicera 259.b
Citri satio & cultura 262.b
Citrus in Assyria ferax 263.a
Citri insitio 268.b. 270.a
Citri satio 275.a
Cibaria uasa gallinarũ 161.b
Cithisus arbuscula ubiq; 161.b
Cibaria apum per hiemem 86.a
cicercula
Clauolæ 36.a
Claua 262.b
Clima 121.b
Clibani forma 133.a
Claudicationis remedia 140.b
Claui 141.b
Claudius augustalis 187.a
Cneus Tremelius Scrofa 24.a
Conferendum sine cantatione 1.b
Consentes Dij 22.b
Cortes 29.a
Compluuiata iugatio 27.a
Cohortes ouium in saltibus 44.b
Color boum 48.b
Concipiendi tempus 49.a
Columellares dentes 50.a
Coaguli species 53.b
Coaguli uicem præstantia 53.b
Columbæ unde dictæ 59.a
Columbaria crebro euertenda 59.a
Columbarum cibus 59.b
Columbarum fœcunditas 59.b
Columbini pulli quomodo sagnandi 59.b
Columbaria fictilia 59.b
Coclearij instituendi ratio 53.a
Cochearum genera à locis 53.a
Cocleæ quomodo sagnentur 63.b
Cortinale 75.b
Colonos indigenas esse maxime utiles 76.a
Comparationes discordantium 79.a
Color fallax testis bonæ terræ 80.a
Colles pingues quando arandi 82.a
Columellæ uites & syluini 96.a
Columellæ cura 96.a
Columellæ prædia 98.b
Columellæ in insitione cura 99.a
Columellæ inuentum 103.b
Columellæ temporibus Iulius Atticus & Celsus 105.a
Columellæ inuentum 119.a
Coniza 237.a
Cors 237.b
Columbarium 237.b
Columbæ ne locum deserant 237.b
Colles proscindendi 248.a
Coaguli uaria genera 270.b
Columellæ patruus M. Columella 127.a
Columellæ inuentum 135.a
Consiligo ubi plurima 138.b
Coriago quid 141.a

Coriagnis remedia 141.a
Cornua præfracta 141.b
Columellæ M. inuen=tum 149.b
Cordum fœnum 151.a
Coaguli mensura 155.b
Coaguli uicem quæ exhibeant 155.b
Cohortalis ratio 160.a
Cohors gallinaria qualis 161.b
Columbos quo pacto forcias 164.a
Columbarum agrestium cura 164.b
Columbarum locus 164.b
Columbarum cibaria 164.b
Columbas quo pacto conti=neas 164.b
Columbarum pretia 165.a
Columellæ seculum 165.a
Columbinos pullos quomodo forcias 165.a
Conchilia 169.b
Columellæ patria 169.b
Columellæ amicus Gallio 181.a
Columella aduersus astrologos scripsit 189.a
Corona occidit 193.a
Corona 194.b
Coruda 200.a
Columellæ patruus 210.a
Columella M. 215.a
Colymbades 218.a
Cœli qualitatem lõgo æuo mutari 70.a
Crura uitis 115.a
Cretosa terra 101.b
Crocum 253.b
Crudi bouis signa 139.a
Cruditatis in boue remedium 139.a
Crateris ortus 191.a
Crater 194.a
Cremia 209.a
Cupressetum quomodo seras 19.a
Culina 29.a
Cunicu'us 53.a
Curius Dentatus 68.b
Curij Dentati modestia 72.b
Curculio quomodo arcendus 75.a
Custodia hominis quæ maxima 77.a
Cuculubis 95.a
Curam multum posse 106.b
Custos 114.a
Custos quomodo summittendus 116.a
Cubiculorum altitudo 236.a
Cucumeres 261.a
Cucurbitæ 261.b
Cuminum 261.b
Cuneati agri forma 122.b
Custodes 127.a
Cumla 173.a
Curator apum qualis 178.b
Custodia nequam hominis 189.a
Cucurbita 200.a
Custos 255.a
Cythisum 37.a
Cythisum 45.b
Cythisum diu florere 64.b
Cydonia ut seruentur 256.b
Cydoniorum cultura 256.b
Cyma 279.b
Cydomite 285.a

Cydoniorũ genera tria 134.a
Cythisus 135.a
Cythisum surculum esse non herbam 135.a
Cythisus duplex 173.a
Cydoniorum conditura 214.b
Cythisus frutex 231.a

D

Daps Ioui & bubus 16.a
Delica porci 47.b
Defrutum 285.a
Destans 122.a
Deunx 122.a
Delphini occasus 190.a
Decembris cal. 196.a
Delphini ortus 196.a
Decembris idus 196.a
Defruti conditura 209.b
Defrutum quid 210.a
Dionysij Vticẽsis libri xx 23.a
Diophanis libri sex 23.a
Directa iurgatio 27.a
Distincta magis placent 106.b
Diamoron 280.a
Dominum serui legitimum quæ res faciant 53.a
Dossuarij aselli 49.b
Domini officium in seruos 77.a
Dodrans 122.a
Dolus mendesius & commentarij eius 154.a
Duramenta 113.b

E

Elices 85.a
Emere unumquodq; quo loco debeas 17.a
Emendi pecoris ratio 42.b
Emareus 95.a
Emplastratio 272.b
Emplastratio 134.a
Emplastratio quando iam fieri possit 192.a
Enebytum 12.b
Epytirum 15.b
Epytirum 218.a
Epiroticæ familiæ 30.b
Epirotici boues 48.b
Epularum usus pauperibus olim largior 181.a
Equas è uento concipere 43.a
Equorum greges 50.a
Equi forma 50.a
Equi boni futuri signa 50.a
Equorum fœtura 50.b
Equorum admissura 50.b
Equorum castitas 50.b
Equi quando domandi 50.b
Equi uarijs usibus destinantur 51.a
Equorũ colores probati 266.a
Equarum forma & custodia 266.a
Equini pulli indoles 266.a
Equinum pecus tripartitum 244.b
Equorum pascua 144.b
Equarum libido furiosa 144.b
Equos in uenerem quomodo excites 145.a
Equa quatenus fœture utilis 145.b
Equi indoles & forma 145.b
Equi ætas ex dentibus quomodo noscatur 146.a
Equorum morbi, eorumq; causæ signa 146.a
Equarum rabies & remedium 147.b
Equini pulli cura 145.b
Equi occasus 191.b

Erneum 12.b
Erithacæ 64.a.65.a
Eruum 87.b
Erucæ auertendæ ratio 240.b
Eruum 244.b.248.b
Eruca 246.a
Ergastuli cura 188.b
Erucæ 201.b
Etheſiæ 193.b
Etheſiæ ceſſant 192.b
Eurus uitandus 28.b
Eugeniæ 94.b
Eudoxi & Metonis ſaſtus 179.a
Experientia 31.b
Examinis exituri ſigna 65.b
Examen nouum quomodo colligas 65.b
Eximendorum fauorum ſigna 66.a
Eximendorum fauorum modus 66.a
Examen ut condatur 177.a
Examinis fuga ut inhibeatur 177.a

F

Familiæ ruſticæ numerus 3.b
Falces uariæ 32.b
Familiæ cibaria & ueſtimenta 10.b
Famuliam Cato quomodo direxerit 31.a
Factum olei 33.a
Farrago 34.b
Faba quomodo ſeratur 34.b
Far quando promendum 40.b
Fauſtulus 42.a
Fœtura in bobus 49.a
Fauus ſexangulus 65.a
Faui quo tempore eximantur 66.a
Fabricius 68.b
Fames mortis comes 79.b
Far cluſinum 82.b
Far uenuculum 82.b
Fabæ ſatio 85.a
Faba quomodo terenda purgandaq; 85.b
Farrago 87.a
Fabæ ſarritio 88.a
Fabæ cultura 285.b
Faba uti gurguliones non ſentiat 272.b
Farrago 279.a
Falx uitibus cito admouenda 129.b
Faſtidij remedia 139.b
Faſtidij aborum remedium 147.a
Faber 169.b
Fauonius quando ſpirare incipiat 190.b
Fauonius cum grădine 191.a
Familiæ ruſticæ ueſtis 188.b
Ferijs quid facere liceat 17.a
Ferijs quæ facere liceat 92.b
Feriæ quibus iumentis non ſint 93.a
Feciniæ 94.b
Febris bouis remedia 140.b
Febricitantis bouis ſigna 140.b
Ferox 159.a
Ferarum cibaria 171.b
Februarij cal. tertio nonas, nonis, 7, 6, 3 idus, idibus qd contingat 190.b

Februario ab idibus in calendas martias quid faciẽdũ, & quæ tempeſtates 191.a
Ferijs quid faciẽdum uilico 188.b
Fici ubi ſerendi 3.a
Ficorum genera 36.b
Ficulna inſitio 35.b. 31.b
Ficus ſurculo ſerenda 36.b
Filix 80.a
Ficus 257.b
Fici cultura 264.b
Filix 270.a
Fici emplaſtratio 268.b
Ficus quo ſerenda 133.b
Ficorum genera 133.b
Fidiculæ occaſus 190.a
Ficuleni ſurculi poſitio 191.b
Fidicula qñ appareat 192.a
Fidiculæ ortus 192.a
Fidis occidit 193.b
Fidis occidit 193.b
Filix 194.a
Fidiculæ ortus 195.b
Fidis ortus 196.b
Ficus 207.b
Ficus qñ ſerenda 229.a
Fici ægræ medicina 264.b
Flagellũ quid & unde 34.a
Flutæ 49.b
Flagellum 114.a
Flores ſatorum 269.b
Fœnus 1.a
Fœneratoris pœna 1.a
Fornax calcaria 8.a
Foliorũ ueſura in ſolſtitio 37.b
Fœtura 43.a
Foſſiua cretæ 27.a
Fœtura in bobus 49.a
Fœtura canum 52.a
Fœtæ Romanorum 53.a
Fœneratio 68.a
Fœni græci ſationes duæ 87.a
Fœni tractandi et condẽdi ratio 91.b
Fœcunditas uitis quomodo exploranda 98.a
Foſſura hyberna 111.b
Focaneus palmes 115.b
Focaneus palmes 130.a
Focaneus palmes 250.b
Fœnum græcum 244.a
Formicas à ficis ut abigas 264.b
Fœni ſectio prima 269.b
Foſſæ cæcæ 269.b
Formæ agrorum uariæ 122.a
Fœtæ cura 145.a
Fœmunæ officium 207.b
Fœniſciæ quomodo inſtituendæ 192.a
Frumentarius ager quibus qualitatibus æſtimandus 80.b
Frumenta uento purganda 92.b
Frumenta quomodo condenda 92.b
Frutex 93.a
Fraxinus 128.a
Fructuarius palmes 130.a
Frondes bubus utiles 130.a
Frumenti ſatio 194.b
Frutex 223.a
Furis pœnas 1.a
Fucus & fur 65.a
Fundus qualis optandus 71.b
Furunculus 114.a
Fuci quid, et an omnes perdendi 180.a

Gallina quo fortiatur 13.a
Gabrius eques 46.a
Galli apti ad pastoriciam artem 53.a
Gallinarum genera tria 60.a
Gallina villatica qualis eligenda 60.a
Gallus qualis eligendus 60.a
Gallinarum locus qualis 60.b
Gallinarum fœtura 60.b
Gallinæ rusticæ 61.a
Gallinaria insula 61.a
Gallinaria insula 159.b
Gallinæ africanæ 61.a
Gallinas quo farcias 61.b
Galathicum ordeum 94.a
Gallicus ager piceno attributus 96.a
Gallinæ 238.a
Gallinarum pediculis remedia 238.a
Gallicæ oues 149.b
Gallinarum genera tria 159.b
Gallina cohortalis 159.b
Gallina rustica 159.b
Gallina aphricana uel numidica 160.a
Gallinæ propria 160.a
Galli 160.a
Gallinæ quales eligendæ 160.a
Galli tanagrici chalcidici 160.a
Gallus qualis habendus 160.b
Gallum procacem quomodo cohibeas 160.b
Gallinaria ubi constituas 160.b
Gallinarij partes 161.a
Gallinis pro lauacro puluis est 161.b
Gallinarũ custos fidelis sit 162.a
Gallinarum cibaria 161.b
Gallinarum fœtura 162.a
Gallina incubandis ouis apta 162.a
Gallinæ quæ submouẽdæ 163.b
Galitanum municipium 169.b
Gemini 42.a
Gestatio in utero boum 49.a
Gemellæ 94.a
Germania 98.a
Generandi uis 100.a
Genitalia secreto loco 100.a
Georgia democriti 197.a
Gemellar 220.a
Gemistia 231.b
Gith 180.a
Git 147.a
Globuli 12.a
Gluma 37.b
Glaber quis quo fiat 25.a
Glirarium 63.b
Glires quo sagnentur 63.b
Glabreta 84.a
Glarea soluta 101.b
Glans quo recondenda 156.b
Glocens gallina 161.a
Glycirizites uinum 213.a
Gleconites uinum 213.a
Gleucinum oleum 221.a
Granea triticea 12.b
Granum 37.b
Granarium 39.a
Gregis suilli numerus 48.a
Gregis bubuli numerus 49.b
Gramen 80.a
Græcini sentẽtia elegans 108.b
Græcini sententia de uineali terra 102.a
Grando ut auertatur 240.a
Grana unæ 279.b
Gramen 270.a

Gramen quomodo auferẽdum 275.b
Græcæ oues 152.a
Gugurlio quo pacto arceatur 237.a
Gymnasiorum usus 68.b

H

Hæredium 28.a
Halcionij dies 191.a
Hara 47.b
Haræ constituende ratio 156.b
Helioselinon 267.b
Heliotropion 37.b
Helops 49.b.169.b
Heluenacæ plures 95.a
Heluolæ 95.a
Heluus color 95.a
Hespus indicãs horas noctis 58.b
Hexasticon ordeum 84.b
Higini laus 172.a
Higinus, & opinio eius 177.b
Hinni 148.a
Hipparchi opinio de cœli cardinibus 70.a
Hippium argos 42.a
Hippocratis scientia 25.b
Hippomanes unde 144.b
Hipposelinon 267.b
Hirci è quo semine eligẽdi 45.b
Hirci forma 154.b
Hirci libido 154.b
Hircorum ætas breuis 154.b
Hircus Baccho cur immoletur 24.b
Hircus qualis 45.b
Hircus unus quot capris sufficiat 46.a
Hirudo hausta, & ad eam remedia 142.b
Hœdi 194.b
Horda bos 48.b
Horrea 237.a
Horreum ubi 28.b
Horreum ubi optimum 75.a
hortẽsii ĩsania circa piscinas 66.b
Hortensii piscinæ 66.b
Hortensiũ sationũ tẽpora 198.a
Horti pastinandi ratio 297.b
Horti quales in uineis 113.a
Horti sedes 181.b.197.a
Horti sepes 240.a
Horti sepiendi ratio 197.a
Hortorum cultura 254.a
Hortorum cultus 260.b.270.a
Hortorum cultus à Virgilio omissus 181.b
Hortorum instructio 191.a
Hortorum remedia mira 240.b
Hortorum satio duplex 197.b
Hortus 240.a
Hortus aræ ne subiaceat 197.b
Hortus quãdo stercorãdus 182.b
Hortus quomodo fodiẽdus 182.a
Hostia prima sus 47.a
Hostum 33.a
Hyberna habitatio 235.a
Hydromeli 275.b
Hyemis initium 33.b.195.b
Hyems media 196.b
Hyenæ pellis mira uis 84.a
Hypenemia ouа 43.a

I

Iana Luna 35.a
Ianuarij Calendæ 196.b
Ianuarij Idus 190.a
Ibiscum 284.a
Idibus ab Ianuarij in aduẽtũ sauonij quid faciendũ 190.a
Ligneæ frondes quædam spinosæ 138.a

Imitatio 31.b
Impetignis curatio 146.a
In agricultura duo spectanda 23.b
Inerticula 95.a
Initia Cereris 54.b
Innoxijs agricultura committenda 78.a
Inoculatio 134.a
Inoculatio persici 287.a
Inoculatio q̃,et iplastratio 193.b
Inserendi ratio 8.b
Inserendi tempus optimũ 118.a
Insitio 281.b
Insitio arborum 134.a.191.a
Insitio arborũ uariarum 264.b
Insitio fici 264.b
Insitio hyberna 146.b
Insitio malorum 256.a
Insitionis genera 230.a
Insitionis genus nouum 231.a
Insitionũ gña tria 251.b.134.a
Insitio quando facienda 36.a
Insitio surculorum,qui primi florent 190.b
Insitio uitium 191.b
Instrumenta rustica 243.b
Instrumentum fundi mutũ 32.a
Instrumentum fundi semuocale 31.b
Instumentum rusticum 3.b.4.a
Intercus aqua 155.b
Intertrignus curatio 147.a
Intertrignis remedium 21.b
Inula 199.a.217.a
Inuyba 282.a
Ischomachi uerbum memorabile 187.b
Ischomachi Xenophontij uerbum 188.b
Italia 41.a.136.a
Italia unde dicta 48.a
Italiæ laus 23.b
Italiæ uites indigenas esse 98.b
Italiam colono obsequentissimam 98.b
Italicus ager q̃o arandus 80.a
Iuga 27.a
Iugatæ uineæ 27.a
Iugationis species duæ 27.a
Iugera ducenta quot operis colantur 89.a
Iugerum 28.a.121.b.122.a
Iugeri forma 122.b
Iugeri modus 122.a
Iuglans 247.a.133.b
Iuglandem quomodo uiridem serues 247.a
Iugorum genera quatuor 17.a
Iugum in mensuris 28.a
Iugũ q̃ altũ esse oporteat 113.a
Iugum quomodo faciendũ 112.a
Iumenta 135.b
Iuncus 80.a.270.a
Ius summũ summa crux 76.a
Iuuenci quales emendi 136.b
Iuuencus 48.b

L

Lactis uis,& uarietas 53.b
Lactuca capadocia 198.b
Lactuca cæciliana 198.b
Lactuca cypria 198.b
Lactuca,et mirũ de eadẽ 245.b
Lactuca gaditana 198.b
Lactuca unde dicta 246.a
Lactucæ conditura 206.a
Lactucæ species 183.b
Lactucarum plantatio 183.b
Lacus Italici, Velinus,Sabatinus, Vulsinienſis,Cominus 169.a
Lanata aminea 94.b
Lapidosus ager quomodo expediendus 80.a
Laser 222.b
Laserpicium 142.b
Lateres 171.a
Lateritius paries 235.b
Laus ẽt iferioribus cõtingit 69.b
Legaria 34.b
Legum custodes 244.b
Legumina 32.b
Legumina q̃ iuuent agrũ 89.a
Legumna q̃o seruentur 39.b
Legumnum messis 272.b
Legumnum species 82.b
Lens ut seruetur 272.b
Lẽtẽ q̃o à curculiõe ꝺ̃fẽdas 86.a
Lenticula 248.b
Lentis satio 86.a
Leo exoritur medius 193.b
Leo occidere q̃n incipiat 190.a
Leo q̃n occidere desinat 191.a
Lepidum 199.b
Leporaria 55.b.62.b
Leporarij faciendi mos antiquus 171.a
Leporis occasus 196.a
Leporũ ætas q̃n cognoscatur 62.b
Leporum fœcunditas 62.b
Leporum genera tria 62.b
Lepus unde dicatur 62.b
Lex Stolonis de modo agri 24.a
Libra occidere incipit 192.a
Libri Varronis de re rustica tres ad quos missi 55.a
Libum 12.a
Liburnicæ matres familias 53.a
Licinius Murena 169.b
Ligustrici boues 48.b
Lilia 253.b
Limites quales 29.b
Lini semen 86.a
Lini sementis 280.a
Lĩguæ uitiosum icremẽtũ 139.b
Linum 253.b
Liquamen è piris 255.b
Lira 82.a
Lirare 34.a
Lixiuum mustum 212.a
Lora 38.b.114.b
Luculli error 73.a
Luculli & Metelli uillæ 29.b
Luculli piscinæ 67.a
Lucũ collocare ut oporteat 17.b
Ludicra historia ꝺ̃ piscibus 66.b
Ludrica res de illyricis 53.a
Lũbrici equi q̃o tollãtur 146.a
Lũbrici uitularũ,et reme. 244.a
Luna extrema,et prima 35.a
Luna quadripartita 35.a
Lunares dies 35.a
Lupa 159.a
Lupini in uineis 193.b
Lupinus 85.a.279.a
Lupi uarij,et sine macula 170.b
Lupus fluuiatilis 169.b
Lupus instrumentum 243.b
Lustrare agrũ q̃o oport. 17.b
Lutosa terra 244.a
Luxati excantatio 21.b
Luxuria in auiarijs piscinis,& leporarijs 56.b
Lyra fidis 49.a

M

Maiales 48.a
Maceria q̃o ædificanda 4.b
Macęriæ species quatuor 29.b
Magister pecoris 78.a
Magister pecoris literatus 53.b

Magistri pecoris officium 43.b
Magistrũ studij sui unũquẽq; sibi quærere 67.b
Magonis libri xxviij 23.a
Magonis opinio confutata 126.b
Magonis sententia 7.a.102.b
Maio ab Idibus ad Calẽ. Iun. quæ tẽpestates, et opera 192.b
Maio à Cal. ad Idus quæ tẽpestates, & opera 192.a
Mala 42.a.207.b.230.a
Mala cydonia 216.b
Mala granata 268.b.216.a
Mala ne caducat sint 256.a
Mala punica qũo seruẽtur 262.a
Mala qũo custodiantur 256.a
Malleoli fœcunditas quando exploranda 28.a
Malleoli longitudo 105.b
Malleoli pangendi ratio optima 105.b
Malleoli resecãdi modus 111.a
Malleolos à peritis eligẽdos 99.b
Malleolos è feracissimis eligendos 99.b
Malleolus 224.a
Malleolus qualis eligẽdus 97.b
Malleolus qualis esse dẽat 105.a
Malleolus quando è uinea transferendus 112.a
Malleolus quid, & unde 97.b
Maleolus gña uaria 133.b 217.a
Malorũ punicorũ cultura 262.a
Malorum satio 134.a
Maltha calidaria, & frigidaria 243.a
Malthæ genus nouum 236.b
Malum punicum 133.b.229.b
Malus bifera ubi 26.b
Maratrites uinum 213.a
M. Ambiuius 204.b
M. Ausidius Lurco 58.b
M. Columella 90.b
M. Lenius Strabo 57.b
Mareotides unæ 95.a
Marisica fãba 84.a
Maris officium 202.a
Martijs ab Cal. ad Id. quæ tẽpestates, et qd faciẽdũ 191.a
Martijs ab Id. ad Cal. Apr. quæ tẽpestates, et qd faciẽdũ 191.b
Materia in uite 130.a
Materies quãdo cædenda 248.a
Materies quãdo succidẽda 190.b
Materies qñ tempestiua 5.a
Matrimonij utilitas 202.a
Matronarũ ãtiquarũ laus 202.b
Matronarũ officium 202.b
Mediastini 89.a
Mediastinus 78.a
Medica 37.a.45.b.248.b
Medicæ satio 269.a
Medicamentũ bobus utilissimum 138.b
Mel deterrimum 173.a
Mel diuersæ notæ 173.a
Meleagrides 61.a.160.a
Mel ex rore 180.a
Melicæ gallinæ 160.a
Melicæ gallinæ unde 61.b
Melimela mustea olim 39.b
Melissphyllon 64.a
Melissophyllon 64.a
Mella quo pacto conficias 180.b
Mellarium 64.b
Mellis laus 64.a
Mellis selectio 273.a
Mellum 52.b
Mel maturum quando 180.a
Melones 261.a

Mel secundæ notæ 180.b
Menas Licinius 204.b
Menalippæ filij 48.a
Mensoris officium 121.a
Menta 199.b
Mentigo 154.a
Mercatura 1.b
Mercenarij quales 30.b
Mergi 127.b
Mergus 251.b.286.a
Mergus in uineis 111.b
Merulæ mares 57.b
Mespilus 257.b
Messionis genera tria 38.a
Messis 38.a.272.a
Messis quando facienda 34.b
Messis tempus 92.a
Metendi genera plura 92.a
Metendi genus nouum 272.a
Metiendi ratio uaria 28.a
Metiginis remedia 184.b
Milesiæ oues 149.b
Miliarij forma 269.a
Millij, & panici messis 279.b
Millij satio 191.b
Militaris uia uitanda 74.a
Militia 68.a.72.a
Milium 84.b.259.b.269.b
Mille passuum 121.b
Milliarius clinus 54.b
Mina 44.a
Mira de conceptu boum 49.a
Mira de cucumere 261.a
Mira Democriti opinio 164.b
Mira, et uix credenda remedia 241.b
Mira quædam 241.b
Mira qdã d malis punicis 262.a
Mira quædã sup semente 278.b
Mira res de ocymo 268.a
Mirũ de conceptu ouium 151.a
Mirum de coryli radice 141.b
Mirũ de lupo, & sue 46.b
Mirũ expirũtũ ægyptiorũ 274.a
Mirũ q̃ pingueſcat sus 47.a
Mirum quoddam in gramine emendo 275.b
Modius, & mina 28.a
Modus oĩum rerũ optimus 67.a
Molæ aquariæ 243.a
Montiũ ima apta uitibus 101.b
Montium utilitas 26.b
Morborum causæ 43.b
Morborum curatio 43.b
Morborũ i equis medicinæ 146.a
Morborum signa 43.b
Mori satio, & cultura 157.a
Mularum educatio 147.b
Mularũ uitia, et remedia 148.b
Mulæ partus 43.b.148.a
Muli 266.b
Mulietos committere 43.a
Mulier cur timenda 202.a
Muli ut duris fiant unguis 51.b
Mulsa aqua 206.b
Multa 42.a
Mulus 51.a
Murena 51.a
Murena quoduis mare patitur 170.a
Murenam scabie uexari 170.a
Murgentina 95.b
Muria 205.a
Muria ad uina condiẽda 271.b
Murinus color 148.a
Mus araneus 142.a
Muris aranei uirus, & remedia 142.a
Muscus olearũ resecãdus 132.b
Muscus uitibus noxius 115.b

Mūſtaceī 15.b
Muſtorum fermentum 285.a
Muſtum 15.b
Muſtum lixiuum 214.b
Muſtum ſemper dulce 212.b
Muſtum tortiuum 213.a
Mutica ſpica 37.b
Mutinenſes oues 149.b

N

Napi 86.b.201.a.274.b
Naſturtium 246.a
Negotiatio tranſmarina 168.a
Nepæ frons 195.a
Nepæ oœaſus 192.a
Nepæ oœaſus incapiens 191.b
Neſotrophion 168.b
Niger Turanius 41.a
Nocturna ruſtici opera 196.a
Nomentana regio 196.a
Nomentanæ 94.b
Nomina optima nō appellando fieri mala 76.a
Noīa Romanorū à pecore 42.b
Nota quando pecori inurenda 190.b
Nothi pulli optimi 160.b
Noualis 34.a
Nouembres Calendæ 195.b
Nouembres Idus 195.b
Nouis delectari homines 108.b
Nubilarium 29.a.75.b
Nulla diſciplina unius ingenio conſumata 121.a
Numerus non ſemper ad amuſſim 43.b
Numidicarum educatio 167.a
Numſiana 95.b
Nundinæ 68.b
Nux græca qūo ſerenda 133.b
Nux quomodo ſerenda 229.b

O

Oœare 34.a
Oœatio 270.a.195.a
Octobris Calendæ 194.b
Octobris Idus 195.a
Oculorū doloris curatio 147.a
Ocymum 34.b.268.a
Odor grauis, apibus noxius 174.a
Oenanthe 274.a
Oenomeli 284.b
Offringere 34.a
Oleæ faciende locatio 18.b
Oleæ inimica quercus 131.a
Oleæ laus 131.a
Oleæ legandæ locatio 18.a
Oleæ legendæ ratio 11.a
Oleæ maiores ad eſcam, minores ad oleum 131.a
Oleæ quando ſeruentur 40.a
Oleæ ſterileſcētis remediū 281.b
Oleæ transferendæ rō 132.a
Oleaginia 95.b
Oleam non noſci procul à mari 131.a
Olea pendens qua lege ueneat 18.b
Olea quomodo legenda 39.a
Oleariæ œllæ, et torcularia 75.a
Olearis œlla 237.b
Olearum cultura 132.a
Olearum genera decem 131.a
Olearum inſitio 267.b
olearū putatio, et emuſcatio 192.b
Olearū taleæ qn̄ ſerantur 192.b
Oleaſtellum 219.a
Oleaſtro qūo oleā inſeras 267.b
Olei factio 286.a
Olei faciendi ratio 11.a.219.b
Oleis inimica terra 131.a
Oleis laborātibus remediū 191.b
Olera iunio ſerenda 272.b
Olera octobri menſe quomodo ſerantur 282.b
Olera quæ aprili ſerātur 268.a
Olera quæ martio ſerātur 260.b
Olera q̄ mēſe iulio ſerātur 274.b
Olerum conditura 205.b
Oleum æſtiuum 119.a
Oleum chamamulleū 274.a
Oleū i tabulato n̄ creſcere 220.b
Oleum laurinum 247.b
Oleum lentiſcinum 247.b
Oleum liliorum 271.b
Oleum myrtinum 247.b
Oleum optimum 195.b
Oleum qn̄ faciendum 2.a
Oleum roſaceum 271.b
Oleum ſalſum non fieri 220.a
Oleum ſecundarium 221.a
Oleum uiolaceum 268.b
Oleum uiride 282.a.219.b
Oliua œalabrica 219.a
Oliuæ nigræ conditura 218.b
Oliuam ſtatim exprimendam 220.b
Oliuarum conditura 217.b
Oliueta putanda 132.b
Olueti cultura 281.b
Olueti inſtitutio 252.b
Olueti poſitio 286.b
Olueti putatio 9.a
Oliuitati quæ præparāda 219.b
Olueti ſeminarium 131.b
Olus atrum 199.b.222.a
Olus cordum 207.a
Olympionicæ equæ 99.a
Olyſippo 43.a
Omphacomeli 278.a
Onagri 49.b
Operarij quales 30.b
Operarum in genera ſeminum modus 88.b
Operarum ratio 89.a
Ophiuchi oœaſus 193.a
Opilionis officium 152.a
Opimi tauri 43.a
Opuli 27.a
Opulus 128.a
Opulus qualis 130.b
Opus ruſticū diuidendū 78.b
Orata 57.a
Ordei ſatio 84.b
Ordeum 274.a
Or. cāterinū 84.b.278.b.280.b
Ordeum galathicum 244.a 248.b.280.b
Ordeū quantum proſit 203.b
Origanum 280.a
Oriēs eq̄noctialis, utilis uillæ 74.a
Ornithiæ qn̄ ſpirent 191.a
Ornithones 56.b
Ornithonis genera duo 57.a
Ornithon Luculli 57.a
Ornithon Varronis 57.a
Oryx 172.a
Orthociſſi 191.b
Oſtigo 154.b
Otium, et inertia quomodo fugienda 69.b
Oua anſerū quot ſubijcias 168.a
Oua longa, & acuta 162.b
Oua pauonū galinis ſupponenda 166.b
Oua qn̄ ſupponenda 162.b
Oua qūo diu ſerues 163.b
Oua qūo ſeruanda 61.a
Oua quot uni gallinæ ſupponas 162.b
Oua rotunda 162.b

Oues ad naturam loci eligendas. 149.b
Oues quando ad fœturam idoneæ 150.b
Oues quo pasci opoteat 44.b
Oues quoto anno saliantur 45.a
Oues ut marem gignant 151.a
Ouilia qualia esse deceat 44.b
Ouilli gregis modus 45.b
Ouilli pecoris admissura 150.b
Ouilli pecoris medicinæ 153.a
Ouis pulmonaria 154.a
Ouis qualis optanda 44.a
Ouibus qñ sol noxius 152.a
Ouium cura 150.b.275.a
Ouium fructus qua lege ueneant 19.a
Ouium genera duo 150.a
Ouium laus 149.b
Ouium medicinæ 153.b
Ouium pabulum 191.b
Ouium scabies unde 153.a
Ouium tonsura 268.b
Ouium tonsura, & medicamen 170.b.270.b
Ouium uendendarum formula 44.a
Ouium utilitas 41.b
Ouorum supponendorum ratio 162.b
Ouum in cereali pompa 24.a
Oxygala 205.b
Oxyporon 222.b

P

Pabuli hiberni uenditio 19.a
Pabulorum species 82.b
Paguri 241.a
Palladij agri 263.a
Palladij experimenta 288.a
Palladij exploratio 274.b
Palati tumor quo sanetur 141.b
Palea 38.a
Palma 34.b
Palmam nõ ubiq; parere 43.b
Palmaria 57.b
Palmarum planta 268.b
Palmarũ satio, & cultus 282.b
Palumbes quo fartiendi 61.b
Palumbus quo fartiatur 13.a
Palus 117.a
Palus uitanda, si possis 74.a
Pampinandi modus 127.a
Pampinandi tempus 118.a
Pampinare 34.a
Pampinatio 269.b.276.a
Pampinatio malleoli, & uiui radicis 109.b
Pãpinatio utilior putatiõe 109.b
Pampinationis tempus 109.b
Pampinarius palmes 130.a
Pampini 100.a
Pandatharia 27.b.57.b
Panicum 84.b.259.b.269.a
Panis depsititius 12.a
Panis ex mulio 84.b
Papauer 279.b
Papiliones quo necentur 269.a
Papularum curatio 146.a
Paridius ueterensis 108.b
Parmenses oues 149.b
Pascendæ ouis tempus 151.b
Pascendi pecoris ratio 42.b
Pascendi ratio antiquissima 135.b
Passus 121.b
Pastinandi ratio 103.a.144.b
Pastini mensura 145.a
Pastinum quid 105.a
Pastio 24.b
Pastio ab agricultura differt 41.a
Pastionis uillaticæ utilitas 159.b
Pastoralis scientia 42.b
Pastoralis scientiæ partes 81.42.b
Pastores quot, & quales habendi 52.b
Pastoriæ rei origo, & dignitas 41.b
Pastoris uxor conserua qualis 53.a
Pastoritiã rẽ eẽ utilissimã 136.a
Pastorũ dignitas antiqua 42.a
Pastorum numerus 53.b
Patrisfamilias industrij officium 73.a
Patris familias officium 76.a
Pauimenta in solarijs 271.a
Pauo salax 166.a
Pauonem quis primus apposuerit 59.a
Pauones 138.b
Pauones quãtum quæstum afferant 58.b
Pauones uenales 58.a
Pauonibus aptus locus 166.a
Pauonum admissura 166.b
Pauonum educatio 166.a
Pauonum fœtura 166.b
Pauonũ greges agrestes 58.b
Pauonũ pulli quo alendi 167.a
Pecori nota inurendam 247.b
Pecoris delectum quotannis faciendum 143.a
Pecudum species quædam fera 42.a
Peculium 135.b
Pecunia 135.b
Pecuniæ antiqua 42.a
Pecunia seiuncta ab agricultura 69.b
Pedamentum quid, & eius genera 27.a
Pedandæ uineæ ratio 111.a
Pedes uitis 115.a
Pedum dolor quo sedetur 25.a
Pensilia qñ promenda 40.b
Perdices quo alendæ 62.a
Pernæ quo saliendæ 22.a
Peroriga 50.b
Persica 247.b
Persica inscripta 286.b
Persica sine ossibus 232.b
Persici emplastratio 270.a
Persica satio 286.b
Persicorum cultura 286.b
Persicorum emplastratio 268.b
Persicorum genera 287.a
Persicorum insitio 287.a
Pes 121.b
Peste infesta locum mutandum 154.a
Pestiferæ labis curatio 147.a
Pestilentis morbi remedia 138.b
Pestis gregis quomodo effugienda 138.b
Petroselinon 268.a
Phalerides 168.b
Phaselus 85.a
Phasianus 239.a
Philippi dictum, ac factum luxuriosum 169.b
Philippi dictũ improbũ 57.a
Phrygia 23.b
Pinea nux 133.b
Pinus, & satio illius 287.a
Piri, & earum cultura 255.a
Piscandi ratio 279.b
Piscinæ 56.b
Piscinæ loculatæ 66.b

Piſtacia 282.b
Piſtrinum 243.a
Piſum 85.a.279.a
Pituitæ remedia 138.a.163.a
Placenta 12.a
Plaga uitis 115.b
Plantæ pomiferæ quales 133.a
Plantarum inſerendarũ poſitio 288.a
Plantarum translatio 253.a
Plantarum motus naturales tres 118.a
Platanus 35.b
Platanus non amittẽs folia 26.b
Ploſtellum punicum 38.b
Plumbeæ fiſtulæ 278.a
Pœni ſcriptores 70.b
Pollentinæ oues 149.b
Pollex 124.a
Pollintio 17.a
Pollices 127.a
Poma quando ſeruanda 283.a
Poma quomodo ſtabilia fiant in arbore 3.a
Poma unde 34.b
Pomarij ſcrobes 133.a
Pomarium 75.b.132.b
Pomarium ſeminarium 9.b
Pomiferæ arbores generatim diſponendæ 133.a
Pomiferæ arbores quando ſerendæ 133.a
Pomiferarum arborum diſpoſitio 253.a
Pomiferarũ interordinia 133.a
Pomorum cultura 272.b
Pomorum ſatio 107.b
Pomorum ſeruandorum ratio 39.b
Pompeiana 95.b
Pomponij Atticiuaria nomina 44.a
Pontia 57.b
Pontianus Amterninus, & hiſtoria de canibus 52.a
Porca 34.a.82.a.121.b
Porci in uirginibus 47.a
Porci præcidanea 16.b
Porcorum educatio 257.b
Porculatio 47.a
Porculatoris officium 157.a
Porcus græcum antiquum 47.b
Porta itineri longiſſima 23.b
Potoria uaſa gallinarum 161.b
Præcipiendi ratio 118.a
Præſidiarius 114.a
Prata 259.b
Prata noua 286.a
Prata ſeruanda 37.b
Prata ſtercoranda 248.a
Prati nouelli formandi ratio 279.a
Prati ſeneſcentis remedium 91.a
Pratorum cultus 91.a
Pratorum laus 90.b
Pratum 27.a
Pratum uetus quomodo reficias 279.a
Pratum unde dictum 90.b
Præcipites palmites 130.a
Pretia 95.a
Propagandi ratio 111.b
Propagatio 10.a.281.b
Propagatio arborum 16.b
Propagatio ueteris uineæ 114.a
Propagines 251.b
Propolis 65.a
Propago 286.a
Proſcindere 34.a
Proſciſſio agrorum 269.b
Prouerbium de olineto 132.b
Prunus 247.b
Prunorum ſatio 287.b.134.a
Prunorum natura 287.b
Pſythia 95.a
Piſana 82.b
Puerperæ illyricæ 53.a
Pulchritudo quantum poſſit 106.b
Pulla terra 69.a.101.b
Pulli quomodo ſubducendi & alendi 61.a
Pullos nuper editos ut tollas 163.a
Pullos quot uni nutrici credas 162.b
Pulmonis exulcerati remedia 135.b
Puls punica 121.b
Punici mali cultura, & emendatio 133.b
Pupinia 73.a
Puſula 154.a
Putandi tempora duo 110.b
Putandi tempus 114.b
Putatio 110.b
Putei fodiendi ratio 277.a
Putre & pingue ſolum 79.b
Pyra quomodo ſeruẽtur 255.b
Pyri ſatio 133.b
Pyrorum genera multa 133.b

Q

Quadrans 122.a
Quadrati agri forma 122.a
Quadriennio plantarum fœcunditatem declarari 98.a
Quadrupedum genera duo in uilla 136.a
Quæ cuiq; ſolo uitis conueniat 93.b
Quercus 120.b
Quercus nõ amittẽs folia 26.b
Quercus & olea contrariæ 30.a
Querquedulæ 168.b
Quid quo loco ſerendum 7.b
Quinquagena iugera 72.b
Quinquennis uineæ putatio 113.b
Quincunx 122.a
Quincunx 26.b
Quintus Cincinatus 68.b
Quinti Hortẽſij laurẽtinũ 63.a
Quinti Pinnij uilla 55.a
Quinti Scæuolæ error 73.a
Quo quidq; loco ſerendum 32.b
Quot parere fœtus ſcroſam oporteat 47.b

R

Rabies ne ueniat, quid faciendum 159.a
Rabidæ canis morſus remedium 140.b
Racemarij pampini 105.b
Radix ſyriaca 201.a
Radicis ſtatio 276.b
Radicis cultura 276.b
Radices 100.a
Rami 100.a
Rana linguax 139.b
Ranæ remedia 139.b
Rapa 201.a
Rapa 86.b
Raporum ſtatio 276.b
Raporum conditura 221.b
Regum in apibus genera tria 64.b
Reges apium 271.a

Regis apium forma 273.a
Regis apum forma 176.b
Reges 178.b
Rei rusticæ scriptores 70.b
Rei rusticæ cur nullus magister 188.a
Remedia horti laborantis 186.a
Repastinatæ uineæ 105.a
Repastinatum solum 105.a
Rex deterior necandus 176.b
Resex 114.a
Rex erro alarum detractione retinendus 176.b
Restibilis terra 37.b
Raphanus 276.b
Rheatini asini 49.b
Rheatini admissarij pretium 51.a
Rhodomeli 271.b
Ridica 27.a
Ridiculum de canibus 52.a
Ridiculum de leporibus 62.b
Ridica laudabilis 117.a
Ridiculum remediũ apud ignes sacros 154.a
Ridicula superstitio 162.b
Romanus sedendo uicit 23.b
Rosia 27.a
Rompi 27.b
Roma 54.b
Romanorũ cognomina de auibus 55.a
Robus 82.b
Rosæ 253.b
Rosæ semina 253.b
Rosæ ut uirides seruentur 271.b
Rotundi agri forma 123.b
Rosaria conserenda 191.a
Rosarium serotinum 191.b
Rosa 221.b
Rubus caninus 240.a
Rubigo ut arceatur 227.b
Rubrica 69.a
Rubellianæ 94.b
Rudus 235.a
Runcones 243.b
Rustici urbanis præpositi 41.a
Rustica plebs urbanæ præposita 68.b
Rustica res qua minerua tractetur 69.b
Rustica disciplina honesta 68.b
Rutæ satio 261.b

S

Sabulo duplex 28.a
Sabulo niger et rutilus 102.a
Sacer mons Hispaniæ 145.a
Sacer ignis 154.a
Sacres porci 47.b
Sacres porci 43.a
Sagitta in uite 101.a
Sagitta in uitibus 105.a
Sagittarij ocasus 191.a
Sagitta quando oriri incipiat 191.a
Sagittarius medius 196.a
Salutatoris aucupium 68.a
Salubritas agri 72.b
Salgama 204.b
Salgamaria uasa qualia 205.a
Salem uino addi 211.a
Salix 231.b
Sal candidus 13.a
Saltus 28.a

Salicis uiminalis gña tria 119.b
Salicis serendæ ratio 119.b
Salix perticalis 120.a
Salsura 247.b
Salsus agri humor quomodo arceatur 278.b
Samera 128.a
Sampsa 217.b
Sanguinalis herba 140.b
Sanitatis ratio in pecore 43.b
Sapa 205.a
Sarritio frumentorum 244.b
Sarriendi ratio 87 b
Sarritio 183.b
Sarritura frumentorum 191.b
Sarritio segetum 190.a
Saserna opinio de cœli mutatione 70.a
Saserna rum libri 25.a
Saserna reprehensus 31.a
Satureia 173.a
Saturcia 201.a
Satoris officium 104.a
Sarrillum 12.b
Sextilis piscis 169.b
Scorpionis ortus 196.a
Scrobes q̃ altas esse oporteat 107.b
Scrobes 244.b
Scrobes quot una opera fiant 191.b
Scrupulus in mensuris 122.a
Scrupulus uncia sextans 28.a
Scriblita 12.b
Scriptores rei rusticæ 23.a
Scamnum 81.a
Scrofam suos fœtus mandere 158.a
Scarus 159.b
Scopæ 19 b
Scrobes quando præparandi 191.b
Scabiei curatio 147.a
Scrofæ forma 156.a
Scyllites uinum 272.b
Scyllirium acetum 223.b
Scrobibus quomodo uitem deponas 102.b
Secluſorium 52.b
Sedum 201.a
Sedi succus 278.b
Seges 34.a
Semina ex plantis 36.a
Semina uetustate mutantur 36.a
Semina quoto die nascantur 37.a
Semina latentia in aere & aqua 36.a
Seminum genera quatuor 35.b
Sementem quomodo facias 7.a
Sementinæ feriæ 23.a
Semina medicanda 201.a
Seminarium quo facias 223.a
Seminum uitis electio 223.b
Seminum nariorum modus in iugerum 294.b
Seminandi farris et tritici tempus 83.a
Semina eligenda 84.a
Semis 122.a
Semiuntia 122.a
Sementis solennis 285.b
Sementis 280.b
Seminis 288.b
Seminarium 250.a
Semina translata non ubiq; respondere 126.b
Semicirculo minor arcus 124.a
Semicirculi forma 123.b

Semiuocale ĩstrumẽtũ fundi 31.b
Seneca 96.a
Sensus quinque 100.a
Sepes uiua quomodo fiat 197.a
Sepes horti unius 254.a
Septembris idus 194.a
Septimontialis satio 85.b
Septena iugera liciniana 72.b
Septorum genera quatuor 29.b
Septentrionalis terrarum pars salubrior 23.b
Serere ne dubites 189.b
Serui quales 30.b
Seruandorum arborum ratio 7.a
Sergius Orata 169.b
Serotini pulli 163.b
Serpẽtes à stabulis fugandi 152.b
Serpentum odor pullis pestilens 163.a
Serpentis ictus, & remedia ad eum 141.a
Serpillum 26 b.199.b
Seris herba 62.a
Seruorum risus 53.a
Seruorum mentio 53.a
Sesamum 229.a
Sesama i Cilicia & Syria 86.a
Sesamorum satio 193.a.193.b.86.a
Sexanguli forma 124.a
Sextula 122.a
Sextans 222.a
Siculicus 122.a
Sicum, densum, & macrum solum 79.b
Siliqua græca 134.a.230.a
Siliqua fœnum græcum 194.b
Silphium 222.b
Siliqua 87.a.257.a
Sinapis & eius probatio 282.a
Sinapis 199.a.222.a.275.a
Siser 199.a.222.a
Siccaneũ pratum 90.b
Sicilire 38.a
Siligo 82.b.84.b
Sirapa 219.a
Solstitium 193.a.178.b
Somnus fugiendus 188.a
Sol quando in gemnos transeat 192.b
Sorborum satio 134.a
Solia balnei 243.a
Sorba 208.a.246.a
Sol in sagittarium 195.b
Sol in capricornem 196.a
Sol in scorpionum 195.a
Sol in libram 194.a
Sol in uirginem 193.b
Sol in leonem 193.b
Soli taurilibus lustrari pulum 42.b
Solitanæ cocleæ 63.b
Sorbes 227.b
Spectatorum ignauia 68.b
Spionia 98.b
Spadones in uitibus 100.b
Sphærica 12.b
Spirilegum 38.b
Spica 37.b
Spionia 95.b
Speciosus ager utilior 26.b
Spina canina 197.a
Studium 121.b
Sterilium oliuarum remedia 132.b
Stratæ uineæ cultura 127.b
Stabula uaccarum qualia 143.b
Stercoris modus in iugerũ 195.b
Stercoratio 195.b
Stipulationis formula 44.a
Stramentum 38.a
Sterquilinum ubi faciendum 35.b
Stercoris genera 35.b
Stabula ubi 45.a.237.b.24.b
Sterquiliniũ 75.b.239.b.29.a
Stercorandi ratio noua 278.b.27.a
Stolones 24.a
Stercoris species 239.b
Stella in uitibus 112.b
Staturæ altissime exempla 98.b
Stercorandi modus 82.b
Stercoratio q; utilis 89.b
Stercus columbinum 59.b
Stercus auium 89.b
Stercus hominis 89.b
Stercus pecudum 89.b
Stercus ẽt ubi pecus non est 89.b
Sterquilinum quomodo curandum 90.a
Stercorandi agri tempus 90.a
Stercorationis modus 90.a
Stercoratio sine stercore 90.b
Stirpium nomina non eadem omnibus regionibus 95.b
Statuæ capillatæ 54.a
Stercorationis utilitas 79.a
Struthia cydonia 134.a
Sucularum occasus 191.a
Sucularum ortus 195.b.192.b
Suculæ celantur 192.a
Suculæ occasus 196.a
Sucula cum sole oritur 192.a
Suillæ carnis salsura 221.b
Suillum pecus 166.a
Sus quando ad partus idonea 156.a
Suum castratio 156.b
Suis febricitantis signa & medicina 157.a
Suis strumosæ medicina 157.b
Sus nauseans quomodo curetur 157.b
Sus ueterno laborans 157.b
Sues maxime sitire 157.b
Suum castrationis tempora 157.b
Suum castrandorum ratio 157.b
Suibus lutum pro lauacro est 161.b
Suum grex 46.b
Suis forma & semen 46.b
Suum emendorum stipulatio 46.b
Suum fœtura 46.b
Sues q̃diu fœtum gestent 46.b
Sues quomodo græce 47.a
Sucidiæ gallicæ 47.a
Sucida lana 54.a
Subrumi 43.a
Subrumi 53.b
Surcularis terra 101.b
Suffrago in uite 115.a
Surculi quales inserendi 118.b
Sulcus 34.a
Surculi quando serendi 36.a
Suburbanus fundus 3.a
Surculorum genera tria 223.a
Suppurationis remedia 140.a
Suppuratio quomodo reseranda 147.a
Sybaris qui & Thurij 26.b
Sybillæ libri 22.b
Sylua quomodo in agrum redigatur 79.b

Syri putei 175.a
Syri 39.b

T

Tabulata 128.b
Tagrus mons 43.a
Talearum ſerendarũ rõ 141.b
Talea 262.b
Taleæ 36.a
Talearum ſatio 9.a
Tali læſi medicamentum 141.b
Tarentinæ oues 45.a
Tarentina nux 133.b
Tarentinorum ouiũ cura 152.a
Tarentinæ oues qñ tonſuræ præparentur 192.a
Taura 48.b
Taurus 42.a
Tauri nobilitas & forma 48.b
Tauri forma 262.b.143.a
Tauri ætas ad admiſſurã idonea 143.b
Taurus unus quot uaccis ſufficiat 143.b
Taurus qñ ſolẽ accipiat 192.a
Tauri cornua 196.a
Tectorium 236.a
Tellurẽ non ſeneſcere 67.b
Tempus cito elabi 189.a
Tempora ſcribenda eſſe in uilla 35.a
Temporum ſexpartita diuiſio 35.a
Temporum quatuor initia & dies 33.b
Temporibus uarijs quid agendum 33.b
Terra quot modis dicatur 27.b
Terræ ſpecies plurimæ 27.b
Terræ dignoſcendæ rõ 28.a
Terrã natura eſſe fœcundã 67.b
Terrarum uarietas 69.a
Terram non ſeneſcere 78.b
Terræ qualitates ſex 79.a
Terreni genera tria 79.a
Terra quando proſcindatur 192.b
Terra lutulenta 227.b
Terræ qualitas 232.b
Terebra gallica 226.b
Terebra antiqua 119.a
Thaſiæ 95.a
Thebæ Ogygiæ 54.b
Thebæ in Sabinis 54.b
Thebæ Bœotiæ 73.b
Theophraſti libri 26.a
Theriaca uitis 258.a et b
Theſſalia, Appulia, Roſea 50.a
Thymus 173.a
Thymum 64.b.199.b
Thymites uinum 213.a.279.b
Tibia dextra & ſiniſtra 24.b
Tigris rabies 159.a
Trimeſtrium ſatio 191.a
Tineæ 178.b
Tineæ alueorum 179.a
Tinunculus 164.b
Tithymallus 177.b
Tonſura ouium 54.a
Tonſores quãdo eſſe in Italia cœperunt 54.a
Tonſæ cuis cura 152.b
Tonſuræ tempus 152.b
Torcularium qũo ædificandum 5.a
Torminum ſigna & remedia 139.b
Trapetum 219.b
Trapeti columnella 5.b
Trapeti cuppa 5.b
Trapetum accomodare qũo oporteat 6.a
Tremellij error 79.a
Tremellius Scroſa 78.b
Triangulus lateribus inæquabus 123.a
Triens 122.a
Tribulum 38.b
Trifolium acutum 142.a
Trifolium ſymonianum 142.a
Trigemmis maleolus 105.b
Triginta porcelli uno partu editi 47.b
Trimeſtre triticum 82.b
Trimeſtris ſatio 83.b
Trimeſtre ſemen nullum 84.a
Triquetri forma 123.a
Tritici genera plura 82.b
Tritici diu ſeruandi rõ 39.b
Tritici ſatio 278.b
Truncus 100.a
Tuberes 247.b.257.b
Tuberum ſatio & cultus 280.a
Tudicula 219.b
Turdi qũo alantur 165.b
Turdi 238.a
Turdi fœminæ 57.b
Turdorum pretia 166.a
Turdorum altilium mira multitudo 54.a
Turturum paſtio 60.a
Turtures quando fartiendi 60.a
Turtures quomodo alẽdi 165.a
Turtures 238.a
Turtures nouelli ſaginæ aptiores 165.b
Tuſſis bona remedia 140.a
Tuſſis remedia 146.a
Tymbra 173.a
Tyropatia 44.a

V

Vaccarum emendarum obſeruatio 48.b
Vaccæ forma 141.b
Vaccæ quando tauris ſubmittende 227.a
Vacerræ 171.b
Vagina 37.b
Vallis uitanda 236.a
Varronis ætas 22.b
Varronis ſcientia 25.b
Varronis Tuſculanum 63.a
Varronis ſeculum 165.a
Veha 24.b
Veles 195.b
Vellaturam facere 24.b
Vellera unde 54.a
Vena 210.a
Venus fugienda uillico 188.a
Venæ i equo appere debẽt 50.a
Ventrem quàmdiu ferant pecudes 43.a
Ventorum orbis 58.b
Verres quàmdiu ſaliat 47.a
Verres qua ætate caſtrãdi 48.a
Verris forma 257.b
Veris medium 192.a
Veris initium 33.b
Verris forma 199.a
Veris noui principium 289.b
Vergiliæ totæ apparent 192.a
Vergiliæ occidere incipiũt 195.a
Vergiliarum ortus 178.b
Vergiliarum occaſus 192.a
Vergiliarũ plenus occaſus 192.b
Verſus 28.a
Verna ſtatio 183.a
Veſta 65.a
Vetera errore hominum contemni 108.b

Veterũ de maleolis opinio 101.a
Veruacta iteranda 191.b
Veruacti iteratio 259.b
Vendemia 38.b
Viatores 69.a
Vitia 34.b
Vicinia qualis expetenda 30.a
Vicinus malus fugiendus 72.a
Vicinorum inimicatiæ mutandi soli causa 72.a
Villa quæ dicitur 155.b
Villa in qua parte agri cõstituenda 73.b
Villa qualis ædificanda 73.a
Villa in quam partem conuertenda 73.b
Villa 24.a
Villæ partes græcis nominibus 41.a
Villæ magnitudo & ubi ponenda 28.a
Villæ ædificium 234.b
Villæ fructuaria pars 74.b
Villæ rustica pars 74.b
Villæ urbana pars 74.b
Villæ membra tria 74.a
Villicæ ætas & officiũ 203.a
Villicæ diligentia 204.a
Villicus qualis 187.a
Villicus docendus 188.a
Villicus qũo doceri queat 188.a
Villici strenuitas 188.b
Villici officium 188.b
Villatica pastio 155.a
Villaticæ pastionis utilitas 55.b
Villicum qualem eligere oporteat 76.b
Villici officia 2.a.17.b.77.a
Villicæ officia 18.a
Villicus 24.a
Vinacia unæ 279.b
Vinea ubi conserenda 3.a
Vinea sine iugo 27.b
Vinea ubi serenda 33.b
Vinearũ fossio prima 193.b
Vinearũ fossio 190.b.193.b
Vineæ quinam locus destinandus 101.a
Vineæ curatio 7.b
Vineæ transferendæ rõ 7.b
Vineæ species multæ 27.a
Vineæ altitudo et distantia 27.b
Vinearum in quincunœm metatio 104.a
Vineas ueteres magis propagari 108.a.
Vineam diligenter colendam 108.a
Vineæ alligandæ ratio 111.a
Vinea uetus quomodo sub iugum mittatur 114.a
Vimeis perniciosa soli uitia 114.b
Vinearum tabulæ 245.a
Vineam quo loco ponas 245.a
Vineæ quam cœli partem spectare debeant 102.a 245.b
Vineæ dispositio 248.b
Vineæ prouinciales 250.b
Vinearum putatio 250.b
Vinearum prouincialium putatio 251.b
Vineæ ueteris reparatio 260.b
Vinearum oratio 276.a
Vineæ exili quomodo succurras 276.a
Vinearum cultura 281.a
Vineæ reparatio 286.a
Vinearũ prouincialiũ gña 126.a
Vineæ per se stantes 126.a
Vinearũ cultura, & satio 126.a

Vineæ reditus quantus 96.b
Vinea ubi ponenda 224.a
Vinearum genera tria 224.b
Vinea quali cœlo lætetur 39.b
Vineæ locus apertus 93.b
Vina quando promenda 40.a
Vina sapore, & colore distingui 283.b
Vineta i hortos diuidẽda 113.a
Vineta crebro confodiẽda 109.a
Videmiatoris ortus 191.a.193.b
Vineti instituendi ratio 97.a
Vindemia calidarum regionum 193.b
Vindemiarum maturitas 194.a
Vindemiæ necessaria præparanda 194.a
Vindemiæ præparanda 6.b
Vindemia 279.b
Vindemiæ q̃ præparãda 208.b
Vinaria uasa 5.b
Vinum græcum 6.b
Vinum helueolum 6.b
Vinum græcum quomodo facias 14.a
Vinum cum qũo facias 14.b
Vini concinnatio uaria 14.b. 15.b.16.a
Vinum pendens qua lege ueneat 18.b
Vinum in doleis quomodo ueneat 18.b
Vinum fecatum 19.b
Vinum quomodo admeti-ri debeas 19.b
Vinum fugiendum uillico 188.a
Vini uetustas ad ãnos XV 107.b
Vini uetusti ignobilitas nõ dignoscatur 107.b
Vinum è pyris 155.b
Vinum è malis 256.b
Vinum uiolaceum 268.b
Vini condiendi ratio 283.b
Vinum ut diu duret 283.b
Vinum è duro suaue 283.b
Vinum è nigro album 284.a
Vinum contra pestilentiã 284.a
Vinum rosatũ sine rosis 284.b
Vinum myrtite 213.b. 247.b. 258.a et b.
Vinum rosatum 271.a
Vini conditura 290.a
Vinũ aqua marina cõditi 210.b
Vinum dulce 212.a
Vini condituræ uariæ 212.a
Vini lãguẽtis remedium 212.b
Vinum florere 212.b
Vinum græco simile 213.a
Vinnius fluuius 58.a
Vinitor qd uitet, qd seq̃tur 125.b
Vinitoris boni officium 115.a
Vinitoris prudentis officiũ 117.b
Vinacia bobus utilia 138.a
Viola 231.b
Violaria, et rosaria ubi 30.a
Virgilij laus 172.a
Virgilij, & ueterum rusticorum error 110.b
Virgilij locus de seminibus 110.b
Virgilius ubi Magonem sequatur 104.b
Virgilij locus 79.b.83.a 84.a 92.b. 93.b. 102.a. 150.a. 157.b.172.b.173.b
Virginis humeri 193.b
Virginis ortus 194.a
Virginum ministeria 204.b
Visulæ 95.a
Vita urbana, & rustica 54.b
Vites quæ serendæ 95.b

Vitæ rusticæ antiquior 54.b
Vites quæ seruandæ 95.b
Vites negligenter coli 96.a
Vites alligandæ 190.b
Vites fodiẽdæ,et ligandæ 233.a
Vites duobus modis seri 104.a
Vites distinctis generibus cõ serendas 106.b
Vitem ab imo solo rectam esse oportere 109.a
Vites ægræ 260.a
Vitæ sationes duæ 87.a
Vitis nec arbor,nec frutex 93.a
Vitis laus 93.a
Vitium genera uaria pro regionum uarietate 93.b
Vitium laus 96.a
Vitiaria diligẽter faciẽda 191.a
Vitis 34.b.223.a
Vitis quando serenda 224.a
Vitis arbustiua 224.b
Vitium inter se distantia 224.b
Vitium cultura 225.a
Vitis qũo rencuelletur 225.b
Vitis infructuosæ remedium 226.b
Vitium fossura 227.b
Vitium pulueratio 227.b
Vitis ter fodienda 118.a
Vitis insitio per terebrationem 119.a
Vitia 244.a.279.a
Vitium curatio 248.b
Vitiarium ubi faciendũ 97.a
Vitiarij locus subigendus 97.b
Vitis caput 99.b
Vitis humeri 99.b
Vitis serendæ tempus 104.a
Vitis ut sulco cõmittatur 102.b
Vitium uaria genera serendi 106.a
Vitium confusio q̃ noxia 107.a
Vitiũ putatio 289.a
Viti luxurianti remediũ 288.a
Viti sterili remedium 288.a
Vitis cultura repetitur 129.b
Vitia agri quomodo emendentur 25.b
Vitis, & ficus folia non amittens 26.b
Vitis in arbore 27.b
Vitis bifera ubi 26.b
Vitis lachrymosa 258.b
Vitis rosata,uiolata,absynthiata 258.b
Vitiũ nouellarũ cultura 260.b
Vitium insitio 110 b.226.a 259.a.267.b
Vitis nouellæ formatio 269.b
Vitis nouellæ pulueratio 274.b
Vitium positio 284.a
Vitis quo loco ponenda 249.a
Vitis quomodo tuto transferatur 250.a
Viuaria 159.b
Viuarij positio 171.b
Viuiradices uenales 96.b
Viuiradices in pastinato 96.b
Viuiradix qũo serenda 36.a
Vlmarium 127.b
Vlmorum genera duo 127.b
Vlmus nostrâs 128.a
Vlmus alnia 228.a
Vlmus 128.a
Vlmi serendæ ratio 128.a
Vlmi transferendæ ratio 128.a
Vlmorum cultura 128.b
Vlmus nouella quomodo formanda 129.a
Vlmi cultura 129.a
Vlmus quomodo maritanda 129.a
Vngulæ læsæ remedium 141.b
Vnio 206.a
Volucra 227.b
Voluptatis illecebræ 144.a
Votum pro bubus 12.b
Vrbs quomodo condita 42.a
Vrina hominis 89.b
Vruncum 37.b
Vtilis ager 25.b
Vtilissimum in uita quid sit 189.a
Vua quomodo seruetur 39.b
Vua ut plura genera acinorum habeat 226.b
Vua passa 208.a.285.b
Vuæ ollares 215.a
Vua sine acinis 226.b
Vuæ ad escam aptæ 94.a
Vuæ ad uinum aptæ 94.a
Vuæ seruandæ ratio 280.a
Vua uariorum botryonum 258.b
Vua sine seminibus 258.a.b
Vulturus Beticæ eurus 127.a

X

Xenophontis locus elegãs 204.a
Xenophontis œconomicus 187.b

Z

Zeus 169.b
Zizipha qũo seruentur 268.a
Ziziphus 268.a
Ziziphus duplex 173.a

GRAECARVM DICTIONVM INDEX.

A

Ἄλση 159.a
Ἀμφίβιον 61.b
Ἀπόκαυσις 85.b
Ἀποκατάστασις 98.a
Ἀσφάλτιον 142.a
Ἀφροσιπόροσον 198.a
Ἀτράφαξις 199.b

B

Βοῶπις 48.a
Βούλιμος 48.a
Βόστρυς 48.a
Βούσυνον 48.a

Δ

Δρακὼς 158.b

E

Ἐμβρύου ἄκος a

I

Ἱππιοχροῖ 151.a
Ἱππόσιλινον 199.b
Ἰχθυοφορεῖα 159.b

K

Κάμπαι 20.a
Κεράτιον 134.a
Κεράτιον 230.a
Κτηνιαχροῖ 51.a
Κρεμασῦρες 144.a
Κυτὸς βάτος 197.a

Λ

Λάκκον 159.b
Λαγοφορεῖα 159.b

M

Μελιπηὼν 64.b
Μελιπηοφορεῖον 64.b
Μελισσῶνες 159.b
Μελίμελι 216.b

N

Νεοσσοφορεῖον 62.a
Νομοφύλακες 204.b

Ο

Οἶσροι 178.b.271.a
Ὀρνιθῶνες 159.b
Ὀρνιθοφεῖα 160.a

Γ

Γερισερὼν 59.a
Γερισεροτροφεῖον 59.a
Γερισερῶνες 159.b
Γονύζονον 140.b

Ρ

Ῥώμη 159.a

Σ

Σκύλαξ 159.a
Στωιδὴ 159.a
Σέρια 167.b
Σταρίδη ἄγρια 163.b
Σταφιλῖνος 173.a
Σκυτάλη 142.a
Σιζυγίαι ἐναντιότητον 179.b
Σίλφιον 142.b
Σμύρνιον 199.b

Τ

Τιβύμαλλον 141.b
Τρυγήτηρ 191.a

Υ

Ὑδρωψ 155.b

Φ

Φαληδᾶνα 178.a

Χ

Χηνοβοσκεῖον 61.b
Χηνοτροφεῖα 61.b

Blaqueare ab Italis excodicare dicitur.i. circa uitis radi-
a cem dolabra terram aperire.Pal.li.i.

Abolescere pro euanescere.i.ad nihilũ redigi,usus ẽ C.li.iij

Abortus pro immaturum fœtum edo usurpat. Var.lib.iij. Col.uero abortio, pro eodem est & abortior deponens

Acetabulum uasis genus quod quartam heminæ partem.i.dragmas quindecim continere quidam scribunt,alij totam heminam

Aceo acorem sapio.Ca.nam inde acor & acidus

Acervus minutarum rerum congeries,tumulus,idẽ & meta à Var. dicitur lib.ij

Acinum M.Cato neutro genere usurpat pro unæ grano: quem alij acinum mas ge.protulerunt

Acheloides Nymphæ à flumine acheloo dictæ

Acida una quæ acorem sapit.Col.li.xi

Acras syluestrem pirum apud Col.significat li vij

Acrimonium allij & cæparum uocant. Co.lib ix.q̃ q̃ acrimonia est uehementia quædam animi acumen & mentis seueritas

Acus frumenti purgamentum Cat. & Colu.li.viij. acus etiam quartæ inflexionis.paleæ frumenti dicuntur ad similitudinem acus quæ suimus.Col.li.ij

Actus duplex,minimus & quadratus, Minimus est latitudinis pedũ quatuor,longitudinis centum uignti auctore.Col.li.v. Quadratus undiq; finitur pedibus centũ uignti ut scribit Col. ibidem.et Var. li.i.actus item qua cuiq; uehiculum trahere licet & iter quo quis pedes uel eques commeare potest.de quo latius in dictione iugeri

Adjcialis cœna erat dapalis & opipara ab adjciendo.Var.

Adminiculo siue adminicular in utraq; prosustento.Co.li.ultimo

Adoreum far uernaculum dicitur.Co.li.xi.

Aequilibrium ponderis æquamentum.Co.li.ulti.

Aeacij flores hyacinthus,quem è sanguine Aeaci natum dicunt. Col.

Aestiua summa pars uitium à rusticis dicitur auctore Co.li.ulti.

Aedituus is dicitur,q̃ sacras ædes curat:prisci tñ dixere æditimũ. Var.

Ager restibilis,qui restituitur et reseritur. Vernactum terra quæ alternis annis requiescit quasi uere actum,& est q̃n uere primũ agri proscinduntur auctore Var.li.ij. Noualis fœ.ge.siue nouale ne.ge. aruũ tunc primũ ad sementẽ proscissum, licet alij uelint nouæ sementi relictũ,usi Maronis patrocinio q̃ scripsit Alternis idẽ tonsas

cessare nouales, Et segnem patiare situ durescere campum.

Agna in dictione iugeri

Alaternus genus fruticis apud Col. lib. vij.

Albuelis uitis genus, sicut item uisula. Col.

Alita fit ex zea ζείαν græci stipulam dicunt.

Allobrogica & biturica mala à gente nomen habuerunt. Col.

Allopecas à cauda uulpium dicta. Col.

Altera genitrix Cretæ Prometheæ. adludit ad fabulam, quia Prometheus ex creta terra hominem formauit. Col.

Altinum urbs olim in litore Venetiæ florentissima fuit.

Althæa hybiscus dicitur auctore Palladio lib. xi. siue agrestis malua ut alij uolunt.

Alumẽ salsugo terræ dictũ à lumine q lumẽ coloribus tingẽdis præstet.

Alueus siue aluus aluear et aluearium pro eodẽ intellectu. i. apium tugurriolo ab alimonijs mellis usurpari à Var. & Col. sæpe comperies.

Amaracus non modo flos, sed arboris genus apud Col. legitur lib. ix.

Amylum fit ex tritico lacte expresso cum triticum per aliquot dies in aqua purgatum est dictum ab à dictione priuatiua & μύλου mola factum amidum uulgus appellat. Col. lib. xij.

Amelus flos est quem eleganter Ver. in. iiij. Geor. describit. Col.

Amites pticæ aucupatoriæ sup qbus rete uolucribus tẽditur. Pal. li. vij.

Amythaon Melampodis pater fuit qui inter medicos præclarus habitus est. Col.

Amigdalus & amigdala pro arbore legitur in Col. li. xi. pro fructu uero & amigdala & amigdalum neutri generis hæc eadem dicitur nux græca siue thasia siue lõga auctore Macrobio lib. Satur. xi.

Amphibium dicitur duplicis uitæ. Var.

Amula uas ad aquam gestandam. Col.

Andrachne herbæ species quam portulacam dicimus. Col. lib. x.

Amera apud Col. semen ulmi significat, licet Pli. Samariam uocet.

Annotinus in dictione anniculus.

Anniculus, unius anni. quo utitur Cato. Carta 5. b. et Varro li. iiij. sed annotinus usus ẽ Col. li. iiij. hornus & hornotinus p aspirationẽ. q. fit ab hoc et anno quo est Col. ibidẽ usus. dicimus & bimus siue bimulus trimus et quadrimus, duorũ triũ et quatuor annorũ: et nõ sõlũ ad res animatas sed ẽt inanimatas referri possunt.

Anserculus anseris pullus. Col. viij.

Antepagmẽta ualuarũ ornamẽta quæ antibus appigũtur. i. affigũtur.

Apicia ouis quæ nõ sit uillis altis & densis toto corpore maxime circa ceruicẽ & uentrem Var. lib. iiij.

Apiana ab apio brassica, quam græci σελινοειδα uocant.

Appendix quod alij adiunctũ est quasi ex alio pendeat. Var. lib. iiij.

Apyrenum malum granatum proprie dulce uocauerũt prisci medici: uerũ si græcã dictionem latine explanare uoluerimus apyrenũ dicitur, cui nulla est granorum duritia uel minor quàm alijs Col.

Apotheca pro cella uinaria & proprie in qua uinum conseruatur & uenditur Col. lib. i.

Ἀποδυτήριον apoditirion locus ubi deponebantur uestes ante ingressum balnei. Vale.

Arborator is est. qui arbores curat. Col. lib. x.

Arista ab arendo inquit Var. lib. i.

Armenia cereola, & damascena, prunorum genera.

Armonium coloris genus tendentis in subrussum. Var.

Armeniaca præcocia persica quidam putant. nam tuberes & armenica proxime ab amigdalis florent.

Artrare est aratrare & est quando sata inarantur postquam nata sunt & excrescunt. Co.

Aruum, quod aratum, nec dum satum est. Var. lib. ij.

Asiatica persica frigoribus proueniebant, contra gallica tempestiua fiebant. Col.

Asini pisces qui per diminutionem asselli dicuntur. Var.

Asirio semine radix, hæc syrica radix uocatur, quod ex hortis syriorum sit translata.

As erat libra duodecim continens in se uncias.

Dupondius à duobus ponderibus. i. libris duabus.

Tressis à trib. assib. et sic deĩceps usq; ad nonusses. i. ad nouẽ asses.

Decussis ab decem assibus dictum, quæ dictio in omni denario numero mensuræ & ponderis ualet.

Aeris minima pars sextula dicitur, quod sit sexta pars unciæ.

Semiuncia, quod sit dimidia pars unciæ.

Sextans, q sexta pars assis.

Quadrans, q tertia pars assis.

Triens, quarta pars.

Quincunx, à quinq; uncijs. i. partes quinq;.

Semis, dimidium est assis.

Septunx, à septem & uncia conclusum. i. unciæ septem.

Bes olim des dempto triente, idest octo, & declinatur bessis.

Dodrans dempto quadrante nouem unciæ.

Dextans dempto sextante unciæ decem.

Deunx dempta uncia unciæ undecim.

Silicum dictum est, quod semunciam secet.
Sextertius dupondus & semis.
Asphodelus à nostris ferula dicitur Col. lib. ix.
Attæi himeti. i. attici mellis quod optimum nascebatur in himeto monte Athenarum.
Atinia gallica ulmus uulgo forcerago. Col. lib. xi.
Atlantides abscondũtur altero & trigesimo die post autumnale æqui noctium ante nonum Cal. Nou. auctor Col. lib. ij.
Atriensis cui atrij cura credebatur. Col. lib. xi.
Auellana nux ab Auella oppido campaniæ, ubi abundabat, & cuius arbor corilus dicitur, eadem nux pontica, quod in Asiã Græciamq; primo è ponto uenit: dicitur & prænestina q prænestini his abũdent. Pal. lib. i.
Auerruncæs, auertas & depellas. Ca.
Aulla uel olla Cato usus est conuersa au, in o longum, unde Plautus aullulariam comœdiam suã de olla auri plenam inscripsit.
Autumni æquinoctium circa octauam partem libræ auctore Columella li. ix. licet ratio hypparchi eo auctore doceat primis signorum partibus non octauis solstitia & æquinoctia confici.
Autumnitas pro autumni tempore usurpatur à Catone

B

Badius color, ex castanea colore qualem in quibusdam equis cernimus. Pal. lib. iiij.
Balausus herba est non multum dissimilis à Narcisso. Col. lib. x.
Basculi populi hispaniæ. Var.
Basterna uehiculi genus. Pal. lib. vij.
Battis herba aculeata sponte nascens, & est marina & hortensis. Battis satiuus à quibusdam dicitur holus cordum. Col. lib. xi. xij.
Bela ouis quasi mela, unde belare. Var. li. iiij.
Beta herba nigra & candida, quæ bleta dicitur. Col.
Bigemmis in dictione palmes.
Bionias herba est, quæ pampinorum amœnitatem præstat & alligat. Col.
Bipalium fossoris instrumentum altitudinis duorum pedum, auctore Col. lib. xi. quod rustici eodem auctore lib. ultimo sextertium uocant dictum forte à duabus palis, ut bipennis à duabus pennis.
Biturici populi galliæ inde biturica uitis. Col.
Βούλιμον magnos oculos habens.
Εὐῶπιν magnam mammam habens. Var.
Bitus siue blitus herba satiua quam nos betam dicimus. Pal. lib. iiij.
Bosphorus bouis transitus, ratiõ tñ exigit, ut bosporus dicamus. Var.
Boues cerebrosi in dictione cerebrosus.
Βούπαιον magnum puerum.
Βούπεινα magna fames.
Brachia in uite uetusta duramenta uocantur. Col. li. iiij.
Branchiæ sunt partes piscium iuxta ceruicem more follium hiantes. Col.
Brissa una dicitur cum pedibus ad exprimendum uinum calcatur. Col. lib. xij.
Bruma conficitur circa octauum Calen. Ianuarias auctore Col. li. ix.
Bubile dictum ut ouile, equile, caprile, hoc est ubi boues, equi, capræ stabulantur. Var. lib. i.
Bulbus capitata, omnis radix, adeo ut & bulbus croci, et cannæ oculus à Co. dicatur lib. ix. & ultimo.
Bulbi megarici, quod Megaris græcie uenerint: & genus est cœpæ. Cato.

C

Cacabus haeni genus in quo pulmentaria coquimus. Col. lib. xij.
Cæcilia genus serpentis.
Cærare cæris oblinire unde cæratura. Col. lib. xij.
Cæterus in prima positione apud Cat. lib. i. legitur.
Cæsim. i. uno ictu. Col.
Calamentum cannarum putamina & fragmenta minutiora Co. appellare uidetur lib. iiij.
Caluescere in arboribus defluuium foliorũ pati. Co. significat. li. iiij.
Campe, eruca uermis genus in pampinis & oleribus. Col. li. x.
Cancelli, ligna sunt, inter se modicis interuallis transuersum annexa quibus scenæ, & tribunalia atq; fenestræ muniebantur. Var.
Canabis siue (ut inquit Palladius) Cannabum herba est, de qua torquentur funes. deriuatiuum canabinus. Var. lib. i.
Candosœus à gallis dicitur species Mergi. Col. lib. v.
Canteriatæ uites, quæ pedamunibus adnixæ singulis.
Cantherius castratus equus dictus, quod semine careat Catone & Varrone auctoribus item iugi genus cum ueteribus depositis hastilibus adnectuntur singulæ transuersæ perticæ in unam partem ordinis, auctore Columella lib. iiij. est & cantherius mons in sabinis, ut inquit Var. lib iij.
Canna degener est harundo. Col. lib. vij.
Cantharis siue cantharida uermis uiridis auri colore superlucens cantharides etiã ficorũ uermiculi dicuntur & piri et pinus Pal. lib. i.
Capisterium uas ligneum amplum à capiendo dictum quo rustici maxime utuntur. Col. li. i.

Capulare est transfundere.i.mittere laticem de uase in uas.inde capulator.Ca.lib.& Capulæ ansatu uasa.
Capreolus coliculus intortus in uitibus ut cincinnus à capiendo dictus Var.lib.ij.est et capreolus bicornis ferramẽti genus apud.Co.li.xi
Capis capidis genus uasis: unde per diminutionem capidula à capiendo.Cato.
Caput uitis ultimum flagellum.Col.lib.iij.
Cappadocia lactuca,quæ pallido denso & pexo folio uiret.Col.li.xi.
Carbones pro usura salis apud Varronem inuenies lib.i.C.
Carbunculus,terræ species quod satorum radices comburat.Var.li.i.
Caracata uitis flexa in orbiculos & gyros.Col.lib.v.
Carica fici species apud Palladium lib.iiij.
Casia frutex cubitorum trium suauissimi odoris & uirtutis.Col.li.iij.
Castanetũ dictũ est, ut cupressetũ,pinetũ,cănetũ, et uinetũ.Col.li.iiij.
Castitatem oliuæ præsulem crediderunt antiqui.Pal.
Cassiope astrũ in quod relata fuit Cassiope mater Andromades.Col.
Catulire est ostendere se uelle maritari auctore Var.lib.ij.idest coitum mais gestu appetere.
Catulo facere caniculæ canibus sacrificare.Co.li.ij.
Cauter uel cauterium ferrum ad urendum.Pal.li.i.
Caurus uentus qui & corus dicitur.Co.
Cæterus in prima positione apud Co.li.i.legitur.
Cærare,cæris oblinire:inde cæratura.Col.li.xij.
Cæsim.i.uno ictu Co.
Cæcilia genus serpentis.
Cedria primus sudor quod fluit à canali dum pix fit.Co.li.vi.
Centuria est modus ducentorum iugerum olim à centum iugeribus dicta auctore Varrone li.i.sed mox duplicata nomen retinuit.Co.li i.ut in dictione iugeri.
Celiaci qui fluxum uentris patiuntur.Ca.
Cellares columbi,qui clausi cellis ad fretum nutriuntur.Co.li.viij.
Centones ex pannis uel lanis diuersorum colorum in unum condensatis uel consutis fiebant.Ca.
Cephalo,palmorum planta Pal.li.v.
Cerebrosi boues contumaces ut homines à peruerso cerebro qui toti suo consilio hærent & iracundiæ obtemperant & à nemine persuaderi possunt.Col.lib.ij.
Ceuæ uaccæ humilis staturæ lactis abundantes.Col.li.vi.
Ciconia mensuræ genus.i.regulæ machinula ad mensurandum altitudinem sulci pastini.Co.li.iij.
Cicera similis piso à qua cicera distat solo colore ut inqt Pal.Col.li.i.
Cilicium ex uillis captæ à cilicia ubi primum inuentum est Var.li.ij.
Cimerius ubi iungitur pontus meotidæ paludi.
Cimolia creta ab insula cimola,qua utũtur fullones in uestibus abluẽdis,hanc nunc uulgus terram saponariam uocat.Co.
Circumcisum uinum uterum expressum dicatur Var.li.ij.
Citrus apud nos alterius generis q̃ citri atlanticæ, de quibus preciosissimæ mensæ apud Romanos fiebant.Pal.li.iiij.
Citrum lignum preciosissimum quo lectos prisci exornabant & neutri est generis.Var.
Coagmenta coniunctiones arctæ & compares à cogendo.i. stringendo Ca.
Cocleæ solitariæ ex africa Var.li.iij.
Cocula uasa ænea coctionibus apta Ca.
Codicillus pro paruo codice.i.exiguo ligni globo Ca.li.i.
Cogitato si nihil fiat nihilo minus sumptum futurum Ca.
Cœpina ubi sunt satæ cœpe Col.li.xi.
Colum siue qualum uas uimineum quo de lacu fluens mustũ excæptũ guttatim defluit à colãdo dictũ Ca.li.i.Va.autẽ qualos dixit.
Colis & eius diminutiuum coliculus est exiguus ac tener brassicæ uitis & aliorum olerum caulis Ca.
Colostra uel colostrum spongiosa lactis densitas quæ primum mulgetur: est & morbi genus quo lactentes tentantur, si biduo à partu maternum lac gustauerint Col.li.vi:
Colocasium herba quæ nascitur in ægypto ad Nilum Co.li.viij.
Colluere apud Catonem idemidem lauare significat.
Collucare est decussis ramis siue frõdibus arborũ lucẽ ĩtroducere Cat:
Columba à columnibus uillarum dicta est.Var.li.iij.
Columbi mũscelli medij inter maiores & minores Va.li.iij.
Colliquiæ, siue colliciæ siue elices sunt maiores sulci in quibus si redundat aqua excoletur Col.li.ij.
Collirium non oculorum solum sed pro omni medicamento accipit columella lib.vi.
Comprehendere de furculis & plantis Col.dicit quando promissis radicibus iam germinant li.iiij.
Compluuiata uitis dicta à cauis ædium compluuijs Var.
Congius sextariorum sex Ca.
Conuoluolus à conuoluendo uermiculi genus qui se pampino inuoluit unde & inuolucrum Ca.li.i.
Conditio pro conditur apud Varronem li.iij.& Co.li.xij.

Consultor pro eo, qui petit consilium & qui dat Var. li. iij.
Consiligo radix Col. li. xij.
Congilis rapi genus Col.
Cordum est quod post tempus nascitur. hinc hœdi & sues cordi à Varrone nuncupantur. Col. uero autumnale fœnum cordum uocat.
Cortina plumbeũ uas in quod de torculari oleũ fluit ut uult Ca. ueriũ cortina uas æneũ, in quo coquũtur colores tingendis lanis uel serico.
Coriago morbus quando ita pellis adhæret tergori bouis ut à costis abduci non possit Col. li. vi.
Coracinus piscis species: licet à coruo etiã coracinus ducatur Pal. li. iiij.
Corrudam sylvestrem asparagum uocant. Ca.
Corcyrum antrum in Cylicia unde primum delatum est crocum.
Corambla herba est, quæ oculos retundit et hebetes facit: ideoq; dicta corãbla: nã κορὰ pupillã significat, ἄμβυ uero retusum et hebes Co.
Coracinum piscem nigrum Co.
Cortinale, locus ubi sunt cortinæ hoc ẽ uasa q̃bus sapa decoq̃tur Co. li i.
Cotyla poculi genus quo diogenes usus anteq̃ uideret puerum manum in poculum concauasse. Cato Pal. usus est cotula conuersa y in u.
Coxendicem cossam exponit Nonius Ca.
Cucullones idem putamus quod cucullos. Ca.
Culmus frumenti calamus à radice usq; ad spicam Col. li. vij.
Culex herbæ species apud Pal. li. iiij.
Cumæ urbs cãpaniæ un̄ cumana brassica sessilis folio et capite patula.
Cuniculus tertia leporum species dictus, eo q̃ cuniculos in terra facere soleat. Varro li iij.
Cunila bubulæ herbæ species quam uulgus cotam uocat. Co. li. vi.
Cunela uel cunila quam rustici satureiam appellant, sed cunila à satureia & timbra distinguitur Co. li vij. & xi.
Curator gallinarius qui præest pascendis gallinis Va li. iij.
Cuspis, tubulus fundi perforati Var. li i.
Custos, resex, præsidiarius appellatur palmes in trunco uitis in pollicem præcisus Co. li. iiij.
Cyma pro summitate brassicæ Co. li. xij.
Cynus arboris species apud Pal. li. i.
Cylindrus lapis teres, quo terra densatur & æquatur.
Cyperum auctore Varrone li. iij. genus est herbæ palustris, quæ à columella cyperus dicitur li. xij.
Classis, collectio paucorum hominum Co. li. i. classes denum hominum faciundæ in rustico opere, quas antiqui decurias uocabant.
Clauus genus tuberculi, quod uulgo callus dicitur rotunda specie coloris albi, innascitur plantis digitisq; pedum maxime. Co. li. vi
Clathrare clathris aliqd claudere qđ et cancellare dicimus Co. li. ix.
Claua longior, & classior talea est Pal li. iiij.
Clathri ligna sunt cauearum, uel quibus aliquid munitur aut sepitur inde clathratæ fenestræ Ca.
Clima quoquouersus pedũ ẽ lx. Co. li. v. ut uidebimus i dictiõe iugeri.
Clibanus genus furni minutioris Co. li. v.
Clostrũ à claudendo dictum hostiorũ est instrumentum ferreũ quasi claustrum conuersa au in o longam ut qualum colum Ca. li. i.
Cloacæ uero per quam sordes publicæ eluuntur.
Crates ficaria qua ficantur fici Co. li. i.
Crambe est species brassicæ Ca.
Crepido. prærupti saxi margo & extremitas uiarum uel ripæ paulo eminentiores crepidines dicuntur Col.
Creta species terræ alio modo argilla dicitur Co. li. iij.
Cremor lac expressum ex grano aqua macerato Ca.
Cribello. i. cribro: hoc est frumentæ excussio Pal. li. i.
Crocogama herbæ species Pal. li. xi.
Crocodilus lacerta est nili: immensæq; magnitudinis quam debellauit Chneumon
Chalcis piscis est de genere romborum Col.
Charchari elachatæ, cumarus, gobio pisces sunt.
Chalbanum sucus est ferulæ Syriæ: & Græci χάλβανον dicunt per ch, nostri uero in g ch conuertunt Co.
Cherepolus uel cherephilus oleris species, quæ humiliter serpit Co. li. x.
Chelas cancri brachia, quæ facere uidentur libræ sydus Co.
Chærus genus uasis.

D

Dardaniæ artes phrygij faciebant mulierem menstruatam, nusquam cinctam, solutis capillis, nudis pedibus contra erucas & cætera horum arcumire Colu.
Dactylides à digitali gracilitate dictæ Col.
Decussare est in decusses formare, atq; diuidere, & pro integram longitudinem dissecando trahere. decussis enim dicitur à decem assibus Co. li. iij.
Decacumno est cacumina. i. cimata herbarum, fruticum, arborum decerpere. Colu. li. iiij.
Decemodiæ & trimodiæ uasa sunt rustica, quibus rustici in serendo frumento dum serunt utuntur. nec non pollinctor in frumento per molas frangendo trimodia utitur. Co. li. xij.

Decoxit, domino debitã pecuniam cum non esset soluendo abstulit Co.
Defrutum à defrudo uinũ decoctum usq; ad mediã partem Pal.li.xi.
Defrutaria uasa ad defrutum idonea.
Delachrymare uites dicuntur quãdo primo uere guttas demittunt Co.
Delitiares tegulæ à delitia tigno dictæ has alij calliciares uocant Ca.
Delphica laurus, qđ uictores delphis ea coronãtur: & est uiridior laurus Cypria uero folio breui, nigro p margines ibricato crispa Ca.
Dentes Columellares dicuntur in equis qui incipiunt nasci iam illis agentibus quintum annum Var.li.iij.
Dentes brochi eminentes dentes Var.li.iij
Deplere pro euacuare, ac superna laticis exhaurire Ca.
Depso est subigendo manibus molle & tenerum reddere: quod uerbum à græco fit Ca.
Depangere plantare, inde depactus.Co.
Despondere animũ est suæ spontis finem statuere & quasi ex desperatione mori decernere. apud Colu. uero pro eodem intellectu despondere sine animo leges lib.viij.
Desultor, unde desultorij equi & desultores qui olim incursu agebant singulos equos, ut nunc faciunt qui eos ad brauium ut curarant alunt Va.
Diffundo pro promo & haurio usurpat Co.li.xij
Digitelli diminutiuum à digito & uidetur esse genus herbæ.
Dij consentes qui multorum consensu dij habiti sunt unde consentia sacra ex multorum consensu statuta. Var.li.i.
Dioneis floribus. i. Veneris.
Dispepsia difficilis & ægra concio δύσπεψιν dis difficile πέττω cõcoquo Cato.li de re ru.
Disraro est diuaricare quod opus rustici castrationẽ uocant Co.li.iiij.
Diuaricare usurpat. M. Cato pro rarefacere ac dimidere & in diuersas partes porrigere.
Dolabra etiam apud Columellam marram significat li.ij
Dolabella diminutiuum à dolabra. i. marra Co.li.iiij.
Dolare non solum est ascia uel dolabra cædere sed apud Col.li.xi in rectitudinem dirigere.
Dolus Mendesius scriptor ægyptius fuit.
Dupondium mensura duorum pedum apud Col.li.ij
Ductarius funis. qui per orbiculos roclæ trajcitur. Ca.
Ductim, cum mora Co.
Draco appellatur palmes emeritus pluribus q; induratus annis.

Ebulus herba est faciens bacas in simulitudinem sambuci.
Elices dicuntur reuolutiones. Col.
Emacitas, emendi auiditas. Col.lib.iiij.
Emaciare macrum facere apud Col.lib.iiij.
Embamma significat immersionem quãdo intingimus uel panem, uel obsonium in uasculis repletis re liquida. Co.lib.xv.
Emblema ex origine dictionis, quæ græca est, significat tesserulas, quibus instrata pauimenta uariantur & uersicoloria fiunt.
Emuscare mucum adimere. Co.lib.xi.
Enate genus uitis.
Epiphora oculorum morbus. quem uulgo lachrymam uocant cum descensus humoris oculos angit. Co.li.vi.
Epitirum à contracta olina quæ græce dicitur pitiris conditura est oliuarum & est genus edulij seu casei siculi. fit. n. ἐπὶ & τῖρος caseus. Co.lib xij.
Epistates præceptor siue præfectus rei faciendæ. Ca.
Ephippium stragulum quo equus instruitur.
Epistomon dicitur foramen per quod aqua effluit.
Equinoctium uernum circa. viij cal. Aprilis in octaua parte arietis sic autumnale in octaua parte libræ. Col.
Equienti mulæ equum appetenti ut credimus
Eruum, pabuli, seu leguminis genus dictum ab eruendo quod manu carpatur. Cat.
Erecti pisces sunt in longitudinem dorso erecto, ut differant ab his qui dicuntur cubantes & prostrati, quales sunt rombi, soleæ passeres.
Eruca à græcis κάμπη uermis genus qui olerum folia rodit præsertim brassicæ. Col.li.xi.
Ethesiæ uenti flati per singulos annos
Etymon recta interpretatio. Var.
Euanno est uanno hoc est cribro frumenta purgare. Va.li.ij.
Exaltare in altum effodere hoc est in profunditatem usus est Co.li.iij
Exactor operis is est qui operis rationem exigit. Col.lib.iij.
Exherbare herbas euellere. Col.lib.iiij.
Examinare examina apum eijcere. Col.lib.ix.
Exaniari, sudando, exiccari. Col.lib.xij
Exanio saniem eijcio. Col.lib.xij
Exgrumẽtes, de mensura & recta uia excedẽtes uel grumos eruẽtes.
Eximij proprie sunt porci qui de grege excepti ad sacrificandum liberius pascuntur. Col.

Fabis habilis herbas significat quibus fabæ condiri solebant. sunt enim fabæ fabrorum conuiuia.

Factus siue factum dicebant, quod uno tempore conficerent, quẽ alij centum quadraginta modiorum, alij centumuiginti. Ca. & Var.

Falces uericulatæ nostrates uel deticulatæ à ueru. Col. li. ij.

Falcis uinatoriæ figura capulo pars proxima culter, quæ flectitur sinus, quæ à flexu percurrit scalprũ, quæ deinde aduncat est, rostrũ appellatur, cui supposita semiformis lunæ species securis dicitur, eiusq; uelut apex pronus imminens mucro uocatur. Col. lib. iiij

Falcula à falcæ diminutiuum parua falx. Col. lib. xij.

Falces scirpiculas à scirpãdo i. ligando, nã his utũtur in uinea ligãda.

Farraginarium à farragine locus ubi seruatur farrago. Col. li. xi.

Farris genera quatuor, clusinum, candidum, uenuculum, rutilum & candidum halicastrum & trimestre. Col. li. ij.

Fastus numero plurali pro fastis. Col. li. ix.

Fecineæ uuæ plusq̃ cæteræ fecis afferunt. Col. lib. iij.

Felis animal domesticum ad murum uenatum: uulgo catus dicitur. q. cautus accipitur etiam pro fouino.

Fertum genus libi à fero dictum, quod sæpe ad sacra ferebatur uel q̃ pluribus uarijsq; rebus farctum esset. Cato.

Feriæ denicales, cum familia purgabatur mortui hominis causa. i. dies quibus in funere alicuius nacaret tota familia usq; ad exactum funus. Col. lib. ij.

Feruali mense lupercus. i. Februarius mensis in quo sacra feralia mortuis fiebant & ludi lupercales. Col.

Festucare est festucis & paleis & amurca aream aut solare obducere. Cato.

Ficaria ficorum locus. Pal. lib. iiij.

Fiber animal in ponto qui periculo urgente testiculos sibi amputat medici castora uocant. Col. lib. ultimo.

Filictum ut cannetum cupressetum ubi sunt multæ felices cannæ cupressi. Var. lib. iij.

Fistulosus caseus spongiosus dicitur. Col. lib. vij.

Fiscus pro sacculo apud Co. lib. x.

Fiscella non solum uas uimineum aut ex iuncis quo lac colatur, sed etiam apud Catonem ex uiminibus & funiculis qua boum ora fauces q; iumentorum capistrantur

Fœnisicium fœni sectura & messem significat. Va. li. i.

Fœnum græcum quod siliquam uocant rustici. Co. li. ij.

Focaneus palmes qui solet in bifurco medius prorepere q̃ inter duo brachia qua se diuidit uitis enatus uel fauces obsidet. Co. li. iiij.

Forda bos dicitur, quæ prægnans est. prisci hordam dicebant unde & sacra fordicalia quibus prægnantes boues immolabant. Va. li. iij.

Forma, uas in quo formatur caseus. Co. li. vij.

Forum uinarium apud Varronem canalem significare uidetur: unde Co. lib. xi forum & torculare in uindema emundatur

Foriculis diminutiuum uidetur à foris. Va.

Fortis fortunæ dies appellatus à seruio tullo rege q̃ is fanum fortis fortunæ secundum tiberim extra urbem dicauit

Fucus à Varrone lib. iij. appellatur & fur.

Furunculus est unius aut alterius folij pampinus è duro prorumpens. Col. lib iiij.

Flagellũ uirga siue caput minoris sarmenti ubi nascitur uua. Va. lib. ij

Flameola rubra, nam flammeum rubeum est. Col.

Flacidi à flaccis, quorum aures pendulæ & non arrectæ sunt.

Fracidus à frango siue fracео, iam putrescens, unde fraces apud Ca. feces laticis significant.

Frit in summa spica minus q̃ granum est, urruncum in infima Var. libro secundo.

Fruge salis mica salis.

G

Galbulus cupressi pila. Var. li. ij.

Gallinæ aphricanæ quas græci meleagridas uocant. Va. li. iij.

Gallina pumilis parua nana. Col. li. viij.

Gallinaria in mari ligustico insula. Co. li. viij.

Galactopotæ lac potantes. Co.

Gelicidium ipsum gelu & glacies. Co. li. vij.

Gemellar nasis genus. Col. lib. xij.

Gemellæ uites ab uuis semper geminis nomen habuerunt. Co.

Genera caulum ex his locis complures fiebant nam Pompeianũ procerius caule à radice tenui intra folia crassescit.

Gilbus color est.

Gurgulio pars gutturis per quam pulmo attrahit & reddit spiritus

Glabretæ areæ glabræ. i. quæ herbis fruticibus q; nudæ sunt in fundo sato. Col. lib. ij.

Glaucũ herbæ genus syluestris et erraticæ niagrũ uocatur alij paralion dicũt. nascitur. n. in afflatu maris, aut nitroso loco: inde nomen sumpsit, nã glaucũ cœruleũ significat qui color est maris. Col.

Gleconites conditura uini ex pluribus rebus. Col. lib. xij.

Gleucinum oleum græce mustum hoc est expressum antequam oliuæ præmantur. Col. li. xij.
Glycyriza dulcis radix Pal. lib. xi.
Glisco pro eo quod est pinguesco & cresco. Col. libro secundo & libro septimo.
Glocio est gallinarum uocis cum ouis incubituræ sunt. dicitur etiam glocido. Col. lib. viij.
Glubo aut corticem aut pellem detraho. Cato.
Gluma est grani tritici folliculus à glubendo dicta. Var. li. ij.
Glumus terræ collectæ uerruca minor tumulo. Co. li. ij.
Grauedo grauior pituita & crassior unde grauedinosi. Co.
Granum à gerendo id enim seritur uti spica gerat frumentum non ut glumam aut aristam gerat. Va. lib. ij.
Grossi & grossuli ficus non dum matureſcentes. Ca.
γύαρτα unæ excrementa. Pa. lib. xij.

H

Halex piscium intestina & genus piscis qui sola aqua nutritur. Ca.
Halicastum in dictione farris.
Halica farina hordeacea apud Pa. lib. vij.
Halesus fluuius & mons non longe ab æthna. Co.
Halcyonij ab halcyonibus auibus nomen traxere, quarum fœturæ ante brumam septem diebus & totidem post mare sternitur Co.
Haron in ægypto uocant bulborum genus scillæ proximum amplitudine. Col.
Harundo crassior, canna gracilior apud Col. li. iiij. scribentem ut canna similis harundo prodeat.
Hara stabulum dicitur tam de porcis q̃ auibus Va.
Heliotropium herba solaris Va. li. ij.
Heluolum color inter russum & album, unde heluolæ uuæ & heluolum uinum Ca.
Hemina mensuræ genus sextarij dimidium Ca.
Hæredium duo iugera. Va. li. i.
Herba sanguinalis, quam græci πολύγονον uocant. Co. vi.
Heritreus color russus. Col. li. vij.
Hinnus ab hinnitu equorum mulus ex equo & asina, mulus uero ex equa & asino. Va. lib. iij. & Col. lib vi.
Hiena agreste animal Col. li. ij.
Horreum quo confertur omne rusticum instrumentum. Col. li. i.
Hordeum exastichum, à sex ordinibus. i. cantherinum
Hordeum distichum galaticum ponderis & candoris eximij.
Humeri, loci in media uite Col. li. iij.
Hyemari, tempestate agitari significatur apud Col. li. vi.
Hyemis initium. v. idus Nouembris. Col. lib. xi.
Hypomelides poma sunt sorbo similia. Pa. lib. xiij.
Hyacinthus iris uel gladiolus dicitur similitudine foliorum
Hypenemium à uento natum uel factum est. Va.
Hyosciamos herba est.
Hyperionis. i. solis nam sol ab Hyperione genitus fuit.

I

Iaculus pro laqueo ut iaculi quibus copulantur iuuenci à iaciendo. Colu. lib. vi.
Iolcos thessaliæ ciuitas. Col.
Iugum apud Var. lib. i. uocatur quod iuncti boues uno die exarare possunt & apud Pal. lib. iij. in uinea iugum dicitur cum duabus aut pluribus pertics fixis aliæ supra eas alligantur, in quibus uites coniunguntur.
Iugerum quod quadratos duos actus habeat, quod ita Varro diuidit li. i. actus continet. cxx. pedes in longitudinẽ, & totidem in latitudinem. scrupulus continet quoquo uersus pedes. x. uersus pedes centum: herediũ duo iugera centuria iugera centũ: saltus constat ex quatuor centurijs, iugerum apud Col. uero distinctus pes digitorũ. xvi. passus pedum. v. actus minimus latitudinis pedum quatuor longitudinis. cxx. Clima quoquo uersus pedum est. lx. actus quadratus undiq; finitur pedibus. cxx. duo actus iugerũ efficiunt & ab eo quod erat iunctũ nomen iugeri usurpauit. actum prouincæ beticæ rustici agnã uocant. ijdẽ. xxx. pedum latitudinẽ, & clxxx. longitudinẽ porcã dicunt, at galli candetũ appellant. aratores uero candetum uocant in areis urbanis spatiũ. c. pedum in agrestibus uero pedum. cl. semijugerum quoq; arepennẽ uocant. iugerum est longitudo pedũ. cxl. latitudo pedũ. cxx. stadium habet passus. cxxv centuria est modus ducentorũ iugerum olim à centum iugeribus dicta, sed mox duplicata nomen retinuit scrupulum iugerum centum pedũ qui conficiuntur ex. x. pedibus in quadrato sextula iugeri continet quatuor scrupula, scilicius sex scrupula, semuncia. xij uncia. xxiiij. sextans. xlviij. quadrãs. lxxij. triens. xcvi. quincunx. cxx. semis. cxliij. septunx. clxviij. bes. cxcij. dodrans. ccxvi. destãs. ccxl. deunx. cclxiij. as. cclxxxviij. iugerum. pedes. xxviij millia & DCCC. hoc est as in quo sunt scrupula. cclxxxviij.
Iugarius qui iugum imponit Col. lib. i.
Iumẽta q̃ nostrũ laborẽ uel onera subuectãdo uel arãdo iuuẽt. C. li. vi

Iugata uitis à iugo, quod ad similitudinem militaris iugi fiebat nam duabus defixis hastis tertia superligabatur.
Iubar lumen est & pro aurora ponitur.Col.
Illicium pro incitamento apud Var.li.iij.
Imporcare porcis est inducere in agros, nam porcam elatam terrã, inter duos sulcos à porrigendo dictam uocant.Col.li.ij.
Incerno farinam cribro decutio Cato.
Incerniculum setaceum cribrum quo farina decutitur.Ca.
Indigetur impersonaliter dictum
Inerticula una quæ iners habetur in tentandis neruis.Col.li iij.
Infer pro infra utitur Cato.
In ficorum genere sunt calcidicæ,chiæ,purpureæ,chelidoniæ, mariscæ,calistrutiæ,liuiæ,libissæ,flauæ,& reliqua
Infriare,terendo inspergere:Cat.De re ru.
Infra mensuram palmi non nascitur curculio.Col.
Infundibulum quo in uasa liquores infundunt.Ca.
Inharundulatio ratio colligandi aliquid harundinibus. Var.li.i.
Initia,sacra cereri.Var.li iij.
In re familiari laborioſior est negligentia q̃ diligentia.Col.
Insolare est solem immittere unde insolatur humus.Col.li.iiij.
Insula gallinaria in mari tusco secundum Italiam contra montes liguſticos.Var.lib.iij.
In speciem litteræ grecæ,ideſt,ſ uel λ.
Intertrigo suffricationem significat ut apud Cat.
Interordinium spatium interordines, ut intercolumnium.Col.lib.iij.
Interuenium spatium inter uenas.Pal.li.ix.
Inuncare,est aduncum reddere.Col.lib.vij.
Inuestis puer imberbis.Pal.
Inuersæ metæ similis hoc est turbinicam habens figuram cuius una pars angusta est,superior uero lata est,meta inferiorem partem latam habet,superne uero tendit in acutum.Col.
Iris herba est suauissimi odoris,radicem habet raphano simlem quæ sternutamenta mouet,uulgo lilium cœruleum.Ca.
Iſchiaci qui coxendicæ laborant.Ca.
Italia à bubus quod græci tauros italos dixerunt uel ab italo tauro persecuto ab Hercule.Var.
Ithiphallus proprie membrum uirile erectum dicitur: dicuntur & ithiphalli curatores bacchi q̃ in orcheſtra saltabant.hoc nomine dictus est priapus ἐθίφαλλος græce.Col.
Iteratio secunda preſſura:tertiatio,tertia.Col.

Ἰπποσέλινον nonnulli σμύρνιον appellant atrum olus.Col.
Ἴππιον ἄργος quod & acharchum dicebatur peloponneſi urbs & uidetur ab equis dictum
Ἰχθυοφόϊα piscina uel uiuarium ubi pisces nutriuntur.Col.

L

Labrum,uinarium uas in quod de leue defluit uinum.Ca.
Lac cyrenaicum silphium est.
Lactucula q̃us descendat à lactuca tñ alia est herba lac habẽs.Col.
Lactis gustus quæ condiat herba de lepidio uidetur intelligere cuius usus non est sine lacte:emundat enim cutem in facie,& lepras tollit,& cicatricum uulnera & nomen trahit à græco
Lactucarum quoq; plura sunt genera,hoc est cæciliæ cappadociæ Tarteſiacæ,paphiæ siuæ Cypriæ.est etiam seſſilis lactuca
Laciniæ sunt in ueſtimento partes extremæ, & cæſuræ particulatim concisæ decoris causa.Co.uero lib.viij iubet pecus ægrotum distribui in lacinias.i.in particulas separari ut facilius convaleſcat
Laconicum est locus orbiculans in balneo in se recurrens in quo elicitur sudor sicco calore,dictũ q̃ eo lacones peculiariter uterentur. C.
Lagos herba leporaria
Lanatæ uuæ à lanugine quæ eas ueſtit
Lapsana holus syluestre trium foliorum accipitur pro syluestri braſſica.Columel.
Lapathos siue lapathium herba est, à noſtris mercurialis dicitur.Co.
Larix,arbor:incendia non recipit.Pal.
Laserpiciatum à laserpicio.est autem laserpicũ ſilphium:asam nunc uocant.Cato.
Latrina est locus priuatarum ſordium
Latiæ muſæ Accium & Virgilium non ſolos aditis ſuis recepere. Co.
Lætitia loci pro ubertate.Co.li.iiij.
Lætare pro ſtercorare apud Pal.lib.i.unde lætamen
Legarium legumen uocæ gallicana,dictum legumen à legendo q̃ uellatur & non ſubſecetur.Var.lib.ij.
Lentiſcus arbor est,ex qua colligitur maſtix & est trifera
Lentorem,tenacitatem & uiſcoſitatem ex humore procedentem nam lentus tenacem ſignificat:unde & lentiſco uerbum
Leporarium nõ tantum pro leporum ſepto ſed pro quocunq; loco ubi incluſa animalia paſcuntur.Var.
Lepidium multi gingion appellant herba est omnibus nota uulgus gicherum appellat.Col.
Lernei cancri.i.qui ex lerna palude exijt dum Herculis pedem mo-

mordit pugnantis & in sydus relatus est. Col.

Leucoia alba uiola

Libera dea uini apud Col.

Ligula genus mensuræ

Ligusticum herba est in liguriæ montibus nascens

Limes decumanus in semitis & limitatione agrorum is uocatur qui agrũ ab exitu æquinoctiali ad occasum æquinoctialem, secat. Co.

Liniamentum filũ quod ex lino uoluendo trahitur & pars ex panno lineo. Co. li. vi.

Liram, eandem rustici porcã uocant cum sic aratum est ut inter duos latius distantes sulcos medius cumulus siccam sedem frumentis præbeat inde liratim. Co.

Lithostratus locus est lapidibus stratus. si uerbum græcum proprie interpretari uolumus uerum lithostrata ex parmulis crustis constabat, quibus solum pauimentum incrustabatur. Va.

Loculamenta loca distincta uel capsulæ in peristerio, ubi columbi siue aliæ aues nidificare solent. Col.

Longurius pertica longior, & est id lignum, quo in præsepe equi discernuntur. Va.

Lomentum panis ex faba Pal.

Lora siue lorea potionis genus, quam græci δυτερίαν appellant. q. secundariam dicta à lotis acinis, fitq; ex maceratis aqua uinaceis post mustum acinis expressum & est operariorũ uinum. Ca.

Lotus arbor ẽ dicata matri deũ, ẽ ẽt herba ĩ phrigia laudatissima. Co.

Lotot item arbor est peculiaris africæ, cuius bacis uescuntur hoĩes. Co.

Lubrica lapathos, quam ὑδρολάπαθον uocant. Co.

Lupus serrula manubriata. Pal.

Lutare luto obducere significat. Ca.

Lutescere, luto inquinari. Col.

λαγοτροφεῖα leporaria. Co.

Lira signum cœleste.

M

Magudeus serpici genus est, alij dicunt caulem laserpicij esse. Co.

Maiales porci ubi desinunt esse uerres. Va.

Malleolus nouellus palmes innatus prioris anni flagello à similitudine rei q in ea parte quæ deciditur ex uetere sarmento promnens utrinq; speciem malleoli præbet. Col. lib. iij.

Malagma emplastrum significat. Col. li. vi.

Mazonomum genus lancis. Var.

Malum consilium consultori pessimum. Va.

Mandragoræ duo sunt genera candidus q & mas, & niger qui fœmina existimatur, ferunt mala auellanarũ nucũ magnitudine. Co.

M. Varronis uilla in casinate. Va.

Marsicam cæpam rustici unionem uocant. Co.

Marræ bidentes & sarcula, rustica sunt instrumenta. Co:

Materia palmes, qui de nouello nascitur & in tenero alligatus dependet. Colu.

Matrices quæ pariunt & fœtus generant. Co.

Matellionem à matella deriuari sentimus & est aquarium uas Ca.

Matrices dicuntur quæ ad progenerandum aptæ sunt & plerunq; in Gallinis. Var.

Maturam sationem sæpe decipere solere, sera nunquam quin mala sit prouerbium à ueteribus usurpatum. Col.

Mater aricia porri, & ex Aricia erat porrum capitatum, & genus caulium non excelsius filo, numerosius quoq; atq; tenuius. Col.

Mauricini populi marsos. Col.

Mea quam generat Tartesi littore gades, tartesiam lactucam suam dicat, quoniam Columellarum familia ex gaditano municipio progenita fuit.

Mecessa pro mihi quæ cessit, & secundum priscos locutus est, qui tibe & sibe & me pro tibi & sibi & mihi dicebant. Var.

Medipontus instrumentum funarium. Cat.

Medica herba ẽ, quæ et melica quæ semel sata decẽ annis durat. Var.

Mediastinus minister in rustico opere, qui ad reliquorum mancipiorũ nutum uilissima quæq; officia exequatur. Var.

Mellum dicitur cingulum circa collum ex corio firmo cum clauulis capitatis, quæ intra capita insuitur pellis mollis, ne noceat collo duritia ferri, dictum q ex pellibus melis fieret. Var.

Meles taxus accipitur pro eo animali, quod uulgus appellat marturellum. Var.

Meliturgus, qui operatur circa mel Var.

Meliton, uel melitrophion, uel mellariũ locus ubi sunt aluearia. Var.

Melantium græce nigrum papauer sic dictum latine qt dicitur alio nomine mel aspermon. i. nigrum semen, alij nigellam. Col.

Mellatio uindemia mellis. Col.

Mella mellis residuum. Col.

Melimeli liquor ex conditura mellis & mali cidonei.

Melisphillum herbæ genus: quidam apiastrum dicunt. Pal.

Melimela per simplex. l. utrobiq; sunt poma mustea à. μῆλον. i. mel & μῆλα malum quod mellis saporem habet.

Melanthius apud homerum in odissea seruus ulyssis, quem herus fœda morte reuersus domum affecit. Var.

Μελίσσωνα apiaria ubi apes nutriuntur. Col.

Meleagrides, & numidicæ & guttæ aues sunt quæ & afræ dicuntur. Col.

Melicæ gallinæ, q̃ in media id genus auiũ corpore amplissimo fiat. l. littera pro d. substituta, media regio orientis, ex qua Medi qui & persæ dicuntur. Co.

Melanurium piscis à nigra cauda nomen trahens. Col.

Mẽtigo moribus quã pastores osthignẽ uocãt mortifera lactẽtibus. Co.

Menalippa, mulier quæ cum booto filio ad metapontum deleta fuit ubi sacram ædem habuit. Var.

Mendesius possessiuum à ciuitate ægypti.

Mergæ furculæ, quibus acerui frugum fiunt, dictæ à mergis uolucribus, sunt etiam fulces. Co. li. ij.

Mergus est propaginis curuatura, ubi supra terram iuxta suum admiculum uitis curuatur atq; ex alto scrobe submersa producitur ad uacantem palum.

Meta, palearũ uel fœni congeries est, siue strues in acutũ tendens. Ca.

Miliarium uas altum & angustum. Pal.

Mina ouis. i. uentre glabro. Va.

Miris siue smurza uel ut alij mira, herba est similima cicutæ caule foliisq; & flore minor. Co.

Misella una nigra apud Varronem

Miscelli in dictione columbi

Mitulus genus piscis. Cat.

Modicum mensura. ccxli. iugerum & modica centuria. cc. iugerum.

Molile magnum ahenum quod capiat culeos triginta. Ca.

Moloch est agriam ibi scum appellant quidam: alij dicunt malachiã. i. maluam. Co.

Morticinæ oues quæ morbo pereunt. Va.

Mucrone graphio quo in pugillaribus cæreis scribimus. Co.

Mulietus pecudum fraus Va li. iij. greges ouium cum æstiuatum abiguntur ductores ad publicanum profitentur, ne si inscriptum pecus pauerent, lege censoria committant mulietos.

Mulctus & mulctura pro eodem. Var.

Mulsum, uinum cum melle mustum. Va.

Mundus muliebris ornatus græce κοσμὸς. Co.

Munerarij dicebantur qui munera. i. ludos populos dabant. Co.

Murena fluta sole torrefacta, q̃ flecti non possit. Va.

Mureus, coloris species. Pal.

Murgentinam alij Pompeanam uocant. Co.

Muria sal cum aqua medicatum & induratum, de qua plura. Co.

Murena tartesia à tarteso oppido Hispaniæ sito quondam inter beticis hostia, quo nomine etiam fluuius ipse appellabatur.

Mus araneus græcis μυγάλη ut alij dicunt mugalem magnitudine muris, mustellina specie, ore oblongo, cauda gracili, uersũ dentium quadruplici abundat in insula britannia. Col.

Mustum lixiuium antequam prælo pressum sit, q̃ in lacum musti fluxerit uel quod de lacu fluit antequam nimium calcetur uua. Co.

Mustela, piscis in lacu brigantino retiæ generatus. Co.

Mutilus, sine cornibus. Col.

Mutica spica, quæ non habet aristam. Va.

N

Napinæ & rapinæ prosemente naporum, & raporum.

Nasiterna uas aquale est.

Nasturcium herba dicta, q̃ nasum torquere faciat.

Natrix genus natantis serpentis. Co.

Naxius ardor Bacchi coronæ sydus significat. nã ut ferũt poetæ, in insula dia, quæ postea naxos dicta fuit, relicta Ariadne à Theseo nuptias cũ Baccho fecit donatuq; corona inter sydera relata fuit. Co.

Necessitas ferijs cæret. Pa.

Nefrendes porci dicuntur amisso nomine lactantis ab eo q̃ non fabã frendere possent. i. frangere. Va.

Nepita herba est quæ græce κλήμιθη.

Nepa scorpium significat alij dicunt cancrum.

Nexus obligatio quædam quæ per æs & libram fiebat. Co.

Nihil agendo homines male agere discunt. Catonis oraculũ. Co.

Nocturnas uolucres, noctuam, bubonem, ululã, nespertilionẽ, solebãt enim prisci ad hortos tuendos noctuã pennis patentibus figere. Co.

Nomophilaces dicuntur legum custodes & seruatores ἀπὸ τοῦ νόμου, à lege & τοῦ φύλακος quod est custos.

Nomades pastores dicuntur, quorum uita omnis in pascendis gregibus habetur à græco νέμω. i. pasco.

Nouales ubi satum fuit antequam secunda aratione renouetur. Va.

Noxis præstari. i. pro dãno satisfacere & emptorẽ indẽnẽ facere. Va.

Nubilarium locus ad aream quo propter nubes conferuntur frumenta semitrita. Va.

Numella genus uinculi lignei ad discutiẽdos noxios paratum quo collum & pedes immittuntur. Va.

Nux græca in dictione amigdala.Co.
Nux tarentina teneri corticis.Pal.

O

Obstrigilandi causa,detrahendi,mordendi,repugnandi.
Occo ab occidendo,occare est glebas comminuere.Va.
Ocymum q̃ cito ueniat.i. pabuli segete uiride sectum antequam gerat siliquas.Var.
Oculus articulus & gemma.Co.
Oenates flos uini.Pa.
Ogyges conditor & rex thebarum sub quo diluuium factum est.
Oletas,Oleitas,Oliuitas olei,mellatio mellis, messis frugum uindemia uini est.Ca.
Olea calabrica quam quidam oleastellum uocant diminutiuum ab oleastro.Col.
Oleum lixiuium quod ante pressuram fluit.Col.
Oletum consitus olea locus.Co.
Oleagina ad similitudinem oliuæ.
Olea conditanea quæ condiri potest apte.
Olus atriplicis græci ἀτράφαξις.Col.
Olysippo Lusitaniæ urbs quæ nostris tẽporibus Vlissbona dicitur. Va.
Omphacomelli immaturo melli.Co.
Onychina pruna quæ colorem habent onycos.i.unguis.Co.
Opimi boues altiles.i.ad publica sacrificia saginati.Va.
Oporoteca fructuum repositorium.Va.
Opon cyrenaicum succus sylphij.Pal.
Ora leonis herbam significat leoninam in montibus nascentem,cuius flores cum emittuntur simles sunt ori leonino aperto.
Orix origis fera est,quæ continuo pilo hoc est ad caput uerso uestitur orientemq; caniculam contuetur & adorat, nascaturq; præcipue in getulia.Colu.
Ornithonoscion ubi pascuntur gallinæ.Va.
Ornithon uolucrum omnium generis uiuarium.Va.
Ornithia ab auibus tractum nomen appellantq; tempus quod est septuagesimo die post brumam ab aduentu auium, tunc.n.adueniũt ciconiæ hirundines coturnices & reliquæ aues aduenæ.
Ortus aquilæ septimo idus decembris.Co.
Ortus arcturi circa.6.&.5.Cal.Martias.Col.
Orthocissos recta hedera, et rigens, quæ sola sine adminiculo stat.Co.
Oscitat leo aperitur leonis flos.
Ostium,quod ex uno facto olei reficitur.Va.

Oxigala condimenti genus.Co.
Oximelli mixtura ex aceto & melle.Co.
Oxigarum acetum garo mixtum.Co.
Ozimum herba est, quam basilicon alij appellant mendose, quidam ocymum pronunciant à uerbo græco ὄζω.
οἶστρος oestrum asylum latini uocant,siue tabanum,nonnunquam furorem significat.

P

Palea pro pelle dependente ex animalium gutture.Va.
Palata uinea à palando,unde palo palas uerbum.
Paliurus herba est spinosa & aspera ab alijs,acus palearis ab alijs acer domesticum uocatur,item arbor est aphricæ suauem fructum faciens quo uina commendantur.Co.
Palmes pampinarius infructuosus,qui ex duro prouenit. Co.
Palmes fructuarius,qui ex anniculi palmite procreatur.Co.
Palmare materias.i palmites,qui de nouello nascuntur alligare.Co.
Palma bigemmis,gemmarum duarum.Col.li.v.
Palmulæ cariotæ ἀπὸ τῆς κάρης à capite sunt enim palmulæ iniquæ capiti.
Palmaria insula in mari thyrreno.
Pampinare est pampinos decerpere.Var.
Pãpinariũ sarmẽtũ quod legitur ex uite fertili in duro trũco natũ Co.
Pandataria insula in puteolano Var.
Panacæ centaurea dicitur Co.
Papulæ, tubercula illa dicuntur, quæ in scabie tument,quibus cutis exasperatur leniterq; roditur Co.
Partiarius is est,qui fundo quem colit partem dimidiam frugum aufert.Ca.
Palilia festa palis pastorum deæ ubi notandum q̃ in hac dictione mutatur r.in.l.
Paupertatem certissimam esse cum alicuius indigeas uti eo non possis quia ignoraretur ubi proiectum iaceat quod desideratur uetus prouerbium.Columella.
Passus tenditur in quinq; pedes in dictione iugeri.Cat.
Passus in dictione iugeri.Col.
Passum genus liquoris quod ex una passa cogitur.Pal.
Pastinatio est fossio agri ad putandas uites.Co.
Pastinum ferramentum bifurcum plantandis malleolis aptum.unde repastinatæ uineæ ueteres dictæ,quæ refodiebantur, hæc propria appellatio restibilis uineti,sed nunc quicquid emoti soliuineis præ-

paratur,repastinatum uocant.Co.

Patrem familias uendacem non emacem esse oportere.Ca.

Patibulum fera est lignea Ca.

Pausia genus oliuæ.Co.

Pecus arquatum cui uirent oculi quem morbum aurignem alij regiũ appellant Co.

Pectita participiũ uidetur noue dictum à pecto alij legunt pcita Co.

Pectunculus piscis per diminutionem à pectine.

Pedamentum & iugum pro palo Va.

Pedare est uitibus pedamenta affigere. inde pedatio & pedamina materia pedandis uitibus apta.Co.

Pedicinus idem quod pes,dicitur & petiolus.

Pegasidum, musarum à pegaso equo.

Pelamides à luto nomen traxerunt, quæ primum cordilæ,mox cum annum excessere tinni uocantur.Co.

Penicillum,diminutiuum à peniculo,peniculum uero à pene.i. cauda deriuatur.Col.

Pergula in uineis topiarium opus significat.Pa.

Peroriga appellatur quisquis equũ admittit.Va.&.Co.

Peristylus locus columnis clausus.Var.

Peream nisi piscem putaui facetissimum Philippi dictum.

Persica peregrina fuerũt utpote quæ à Persia ad nos trãsierunt.Co.

Pestum oppidum in campania rosis generosum.

Pes in dictione iugeri.Co.

Petaso est coxa cum crure porcino salita.Va.

Pilea est columna stans.Co.

Pinso & piso in eodem sensu est in pila tundere uel molis frãgere.Ca.

Pinacothecæ ubi tabulæ reponuntur.Va.

Pisces cubantes siue prostrati sunt quales rombæ,soleæ,passeres.Co.

Pituita est catarrhus,sed in gallinis quæ alba pellicula extremam linguam uestit.Co

Pix corticata apud allobroges,meturica uero in Liguria cõficitur.Co.

Pix brutia secũdus est liquor crassior defluẽs à ligno igni circũdato, quæ rursus in cortina ænea coniecta spissatur & coagulatur.Co.

Pix naritia ab insula maris ionij dicta.

Pocillum à poculo diminutiuum.Ca.

Polenta genus liquidioris placentæ.Ca.

Polentia,urbs iuxta alpes diuidentes Italiam à Gallia.Co.

Pollin excrementum inter furfurẽ & farinam.Ca.

Polucere,reddere,uerbum sacrificare est libamenta deis.Ca.

Polycrates,Phragmon,& Ageladas statuarij fuere generosi.

Pollinctor,curator pistrini qui pollinario cribro pollinẽ excutit.Ca.

Polubrum uas aquatile Ca.

Poma q indigeant potu.Va.

Pompeij & Herculaneum oppidum campaniæ.Co.

Porca dicitur quæ est elata terra,q ea seges frumentum porrigit. Va.

Porculatio porcorum nutricatus,porculator porcorum nutritor.Va.

Porci delici à mamma primum depulsi,neq; iam lactentes,qui à partu decimo die puri ab eo appellantur ab antiquis sacres,q tum ad sacrificia idonei primum dicuntur.

Porcus nomen græcum antiquum sed obseruatum quod nunc uocant chiron.Var.

Porrus mas.gene.in plurali porrorum.Pal.

Porrum tarentinum alio nomine sectuum dicitur.Co.

Portitor helles aries qui in cœlis deputatus est.

Posterare pro differre usurpat.Pal.

Post principia locus in castris à principibus militibus dictus.

Pullus,pecudum,uolucrum & arborum est.Co.

Pulicosa canis,pulicibus onusta.Co.

Pullicies,& pullatio pro ipsa pullorum prole & fœtura.Co.

Puluerato à rusticis occatio cum omnis gleba à rusticis in uineis effringitur & resoluitur in puluerem.inde puluero.Co.

Puluinus lyræ edicta terra.Col.

Poscauinum in torculari aquatum quod apud alios lora dicitur,alias genus potionis ex aqua & aceto.Pa.

Pyctes pugillator.Co.

Pyrrhois gemma à colore ignis dicta.

Phalarides aues aquaticæ.Va.

Præsentia domini prouentus est agri.

Præcipites palmites,q de annotinis uirgis enati in duro alligãtur.Co.

Præcidanea à præcidendo, quemadmodum succidanea à succidendo: & erat hostia pro frugibus.Ca.

Præcocia quæ cito matureſcit quasi percoqua.Co.

Procyon stella quæ antecanis dicitur latine.

Prodromi uenti aquilones præcedentes. viij. diebus caniculam præcursores.Co.

Progemmare uites dicuntur quando oculos promittunt.Co.

Propomata olei genus.Pal.

Propolis quasi suburbanum.i. q apes ante introitus foramen construunt,ac omnes frigoris & caloris iniurias propulsant.Va.

Proscindere terram cum primum aratur, cum iterũ effringere dicunt cum iteratur offringere uocant, tertio cum arant iacto semine boues lirare dicuntur, nonnulli postea persatores ocare solent. Va.

Protocomos primum comantes. alij prototomos legunt, idest primæ sectionis. Col.

Psitiæ etiam uites sunt. Col.

Ptisana decorticatum hordeum, uel hordei sucus siue aqua. Co.

Φυτῶν historias plantarum historia, sic φυσικῶν αἰτιῶν .i. causarum naturalium sic. n. Theophrastus libros scripsit. Va.

Φαγέδαινα morbus ulcerosus usq; ad ossa ceteriter carnem depascens cum adustione emittit q; ferentem saniem, & puto hoc in loco esse malum quod in iumentis uermem appellant. Co.

Γρασιουρίδες animalia quæ nocent hortis Pa.

Γολύπυρον multi frumenti. Va.

Γολυάρνας polyarnas multorum agnorum

Γολυβούτας polybutas multorum boum

Γολυμήλας polymelas multarum ouium. Va.

Περιπετάσματα sunt uela quæ extenduntur ad occludendum & ornandum locum

Περιστροφεῖον columbarium. Va.

Q

Qualus, genus uasis uiminei, per quod uinum guttatim defluit cum calcatur una: à colando. Cato.

Quadrantal, uasis genus pedem quadratum habentis & continet xlviij. sextarios. Ca.

Quatuor temporũ anni principia, dies primus ueris est in aquario. æstatis in tauro, autũni in leone. hyemis in scorpione, adeo ut dies. xxiij. aquarij sit ueris initium, sic reliquorum signorum quatuor annitemporum secundum alios, quod magis probatur primi dies uerni temporis extant ad 7. idus Maij autumnalis ad. 3. id. sextilis, hiberni ad. 3. idus nouembris. Ver. dies habet. 91 æstas dies habet. 94 autumnus 92. Hyems. 88. & deijs latius apud Var.

Querquedulæ & phalerides aquatiæ aues

Quilagrum colit, grauem tributis creditorem patitur

Quinquatria dies Mineruæ sacer.

Q. Hortensius primus omniũ cœna adiciali pauonem apposuit. Va.

Qui arat fructum rogat, qui stercorat exorat, qui cædit cogit. Co.

R

Racemarij surculi sunt aut steriles aut minus feraces. Co.

Radix syriaca ignota hac tẽpestate, aut eadẽ est radix barbarica. C.

Radula

Radula à radendo ostimentum. Co.

Rana morbus bouillæ linguæ. Co.

Rasis genus crudæ picis. Co.

Rauicoloris appellantur, qui sunt interflauos & cæsios.

Recrastinare, & pro protrahere leges. Co.

Recipere est excipere ad usum suum & reseruare: inde recipitur domuno i reseruatur. Ca.

Reditus, uel redditus prouectus & prouentus idem Col.

Regula uas in trapeto unde oleum aut uinum stringendo defluit. Co.

Reijculæ, oues quæ ætate uel morbo graues reijciantur. Ca.

Remittere librum, corticem reijcere. Co.

Repastinari ager est is dicitur cuius natura fodiendo mutatur. de origine & significatione eiusdem plura Col. Va.

Reshibilis terra quæ quotannis oblita sit. Va.

Resex malleolus qui ad solem resecatur. Co.

Resoluit nexus. i. peperit & enixa est. Col.

Retrimentum à reterendo deduci uidetur. Pli. recrementum dicit

Retorridum dicitur quod intempestiue amissis uiribus à sole torretur

Riphei montes septentrionales

Ricinus genus uermis canes acrius atq; boues infestans. Cat.

Ridica robustum pedamentum. i palus crassior scissus. Va.

Robus genus tritici. Co.

Robigo, deus quem putabant robiginem auertere. est autem rubigo morbus segetum. Va.

Robigo deo, ut auerteret robiginem, catulo ab uberibus tracto faciebant. Colu.

Rododaphnes rosa laurina, quam nereum uocant. Pal.

Rosea campus appellatur in agro reatino, ꝙ in eo arua rore humida semper serantur. Va.

Rota, syluestris capra. Va.

Rubellæ nomentanæ dicuntur à rubente materia

Rudis & rudicula aliquando ponitur pro rutabulo siue impolita uirga. Palla.

Rudetũ, terra, quæ prius rudis fuerat & inculta, tum autẽ arata. Ca.

Rusirmaceriæ & Pompeij, sunt oppida Campaniæ. Ca.

Rumpotinum, genus arbusti gallici inde rumpotineium locus. Col.

Rumis siue ruma, mamma unde dicuntur agni lactentes subrumi, Ruma præterea dea in rumis sacello pastores sacrificabant lacte pro uino. Va.

Rumpit raduces arbores, in quas uites ex arboribus traducuntur. Va.

E

Runcare, manibus herbas noxias frugibus extirpare Ca.
Runco, rusticum instrumentum à runcando .i. surpando uulgo ita appellatur Pal.
Ruscum, uirgultum uel rubus, qui longiore flagello extenditur in longum, unde uites ligantur. quidã accipiunt pro fruticæ, ex quo nunc scopæ fiunt qui folia habet myrto similia, sed acutiora. accipitur ẽt pro folliculo pendente in tyrso in quo claudatur semen. Co.
Rusticæ uinalia, quartodecimo Calen. Septembris celebrantur, quo die primum uinum in urbem deferebant. Va.
Rusticæ gallinæ sunt agrestes rostro longiore, quæ per diminutionem rusticulæ quoq; appellantur Co.
Rhynton, tarentinus nugator uilissimus in agendis præcipue fabulis ad quem alludunt tam Varro, quàm Columella, apud quos modo legitur Myrthon modo Rhynton.
Rhetica, à rhetis populis alpium

S

Sabelli, populi à Sabinis orti, qui incolunt montes qui sunt inter Sabinos & marsos. Col.
Sabeum arabicum, nam in arabia felici odoramenta pretiosa nascuntur, ut balsamus, casia, & thus
Sacres porci dicuntur q̃ puri ad sacrificium hoc est primum à lacte depulsi immolantur. supra in dictione porci. Va.
Sacer ignis, quam pusulam uocant pastores, inde ouis pusulosa. Col.
Sacer mons est ut opinamur sacrum promontorium, quod nunc appellant caput sancti Vincentij. Va.
Sacris tardipedi .i. uulcanalibus
Sagitta superior pars malleoli. hanc rustici uocant nouissimam partem surculi siue q̃ longus recessit à matre & .q. emicuit atq; prosiluit, aut quia cacumine attenuata prædicti teli speciem gerit
Saltus in dictione iugeri. Va.
Salix triplex, græca, Gallica, sabina, quam amerinam uocant græcam flaui coloris & obsoleti, purpurei, & tenuissimi nimis amerina salix gracilem uirgam & rutilam gerit Co.
Salix perticalis, quæ perticis hoc est pedamentis apta sit, uiminalis uero, quæ uinciendis uitibus & alijs rebus nascitur Co.
Saluio idem uidetur q̃ saliuo .i. sanum facio. Co.
Sales pro condimento in plurali usurpat Pal.
Salire proprie dicuntur animalia ratione carentia, quando feminam mares ineunt. ab eo fit salior, unde læta salitur ouis, & salax, nomen hoc est in coitu fortis & creber Va

Salaria uia dicta, q̃m ex illa sal in sabinos portari consueuerat. Va.
Salgama appellabantur à priscis, quæcũq; conditanea ad uictum nostrum in uasis seruabantur. Co.
Sampsa os oliuæ. Co.
Sampsucus herba, quam nunc appellant maioranam, alioq; nomine amaracus dicitur
Santonica herba, genus absinthij amarissimi à santonibus Galliæ populis. Columel.
Sardinia piscis genus, quod uulgus sardellam uocat. Co.
Sarranæ uiolæ purpureæ, unde sarrana purpura. Co.
Saxatiles columbi agrestes, qui in turribus nidificant. Va.
Sebetide nympha. sebetos fons est Neapolis cuius aqua uicatim decurrens omnes fere usus neapolitanis præstat
Sectarius porcus, qui gregem præcedens ducit. Ca.
Sectores dicti sunt, q̃ specie lucri sui secuti bona cõdẽnatorũ auctionabãtur, proq; his pecunias pẽsitabãt singulis, sectio uero ipsa actio. Var.
Secundæ, folliculi sunt continẽtes fœtũ in matris utero cũ mestruis. Co.
Sedum uel tabuli, sessum herba est quæ in tectis nascitur, moderni semperuiuum appellant alio nomine anagorum. Co.
Sedentaria opera, quæ ab artificibus sedendo fiunt. Co.
Seges q̃ aratrum satum est. Va.
Sentis canis, κυνόσβατον. Co.
Sementinæ feriæ à semente quod sationis causa susceptæ.
Septimontialis ultima satio fabæ à sacrificijs. Co.
Sepũ, siue seuũ, tribus .n. modis dicitur, pinguedo ex qua fiũt cãdele. C.
Serta campanica, herba est quam mellilotum dicimus. Ca.
Sesquiculeare uas, quod continet culleum & dimidium alterius.
Sestiana mala à sestio nomen acceperunt.
Sexennium ut decennium usurpat Pal.
Sextarius mensuræ genus
Sicilire pratum est falcibus consectari, à sectione. Va.
Siccaneum pro sicco. Co.
Signinum opus fractis testis addita calce conficiebatur. Co.
Signia urbs Campaniæ.
Silet uinea, herbæ, arbores, quæ non dũ germinant, & silet luna quæ non dum lucet. Co.
Siliqua græca, græce ceration dicitur, genus arboris et pomi prædulcis
Siler fluuius iuxta prædicta oppida. Co.
Simonianum trifolium, græci asphaltion uocant, à nobis acutum trifolium. Colu.

Singultiens gallina, quæ singultu pullos illectat. est enim singultus ipsa illectantis gallinæ cloccatio. Co.

Sine afflatu. i. sine nota aspirationis.

Siphones, fistulæ omnes dicuntur Co.

Sirus, spelunca subterranea granaria. Va.

Sisamū, milio simile, seritur Septembri mense usq; ad idus Octob. Pal.

Sylua barbarica ideſt seminea recte glandibus, & cæteris seminibus conseritur. Colu.

Situlus aquarius pro situla hoc est uase ad hauriendam aquam accommodo. Cato.

Sybaris ciuitas Calabriæ.

Solitaurilia, tauri, arietis, uerris uti molationem significat. Ca.

Solstitium æstiuum circa octauam partem cancri. Co.

Solstitium brumale, ut placet hipparco xvi. Cal. Ian. ut caldeis ix. Co.

Subrumi, qui alterius quàm matris mammam sugunt, q olim mammarum rumis diceretur. Va

Subscribere fauere proprie in causis agendis, unde & subscriptores fautores. Col.

Subrumo pro lacto usurpatur à Co.

Sublinat. i. pinguat. Ca.

Subscudes appellantur tabellæ quibus tabulæ inter se configuntur, quia quo innituntur suciditur. Pacuuius. nec ulla subscus cohibet compagem Ca.

Subsriare à sub & frio fit, hoc est paulum conterere.

Succidalana, recens tonsa à sudore dicta. Var.

Sucida à suibus edendis dicta, sucidium exponit Nonius pro larido.

Suffrago soboles innata ad ima crura uitium. Co.

Suggestus uel suggestum, ut hic à suggero fit: & est locus editior.

Sulcus uocatur, qua aratrum uomere lacunam striam facit. Ca.

Summum ius summam crucem dixerunt antiqui Co

Summittere sinere coalescere. Co.

Suniculus genus uasis. Pal.

Suppurare hoc est subter pus contrahere inde purulentum. Ca.

Susfillum morbus guttatim mingentis. Ca.

Sus à græca uoce: dicitur enim à græcis ὗς, à ueteribus uero dicebatur θύτις à θύω quod significat sacrifico, à suillo enim pecoris genere immolando initium primum sumptum uidetur. Va.

Scannum crudum & immotum solum agricolæ appellant. Co.

Scabillum à scanno diminutiuum pro sella Ca.

Scarifico significat paululum cortice incidere. Ca.

Scapus id in quo semina quarundam herbarum pendent & quod ademptis uuarum granis relinquitur. Var. lib. ij. & robur siue stipes fruticibus, & ijs herbis quæ per hyemem non demoriuntur. Columella.

Scabrities pro scabie. Co.

Scandulæ paruæ tabellæ hoc est in paruas laminas sciſsæ & ligno, quibus tecta teguntur

Scarus, piscis est, qui solus piscium dicitur ruminare herbisq; uesci.

Schenus arbor lentisci. Ca.

Scilla & squilla, cœpis genus syluestris. Co.

Scirpus iuncus est Col.

Scirpiculum canistrum ex scirpis confectum. col.

Scobes, scobs, & scobis pro sectura tabularum. Col.

Scutriscum uasis genus & uidetur ex figura græca deriuari à scutra. Cato.

Sculponea calcei genus ex lana confectum. Cat.

Spadones furculi, qui nihil attulerint. Col.

Spicilegum, spicarum collectio. Var.

Sphongias agricolæ uocant corrudæ radiculas inter se implicatas. Col.

Spira dicitur basis columnæ unius tori, & genus operis pistorij, & funis nauticus in orbem conuolutus. Cato.

Stranguria difficultas urinæ. Ca.

Stramentum à stando, ut straмen, siue à stratu q substernatur pecori non edatur.

Stria à stringendo fasciolus, uel strige ordines rerum inter se continuatarum collocaturum, q una sint constrictæ. Col.

Strigosum cuius corpus fame, aut aliqua uitij causa astringitur. Col.

Streptus, quod cum sole circumuagatur. Col.

Statumno, statuminibus firmo & supra impono, atq; intego. Pa.

Statumen dicitur id, quo sulcatur uitis, ut pali & pedamentæ. & quicquid pro monumento attedit & statumina à statu arborum dicuntur pro ut crescendo statum acipiunt rami. Co.

Stolones, pulli nati in arborum radicibus. Va.

Staphisagria pastinaca agrestis. Pal.

Stilobatæ, columnæ aquam fundentes. Va.

Stella, coniunctio capitum uitis. Co.

Stephanitis à coronario naturæ luxu, foliis acinos intercursantibus

Stellio genus est stellati lacerti.

Strues dicebantur extructiones rerum & proprie in sacrificijs. Cat.

Tages is fuit, qui primus hetruscis aruspicij disciplinam tradidit. Co.
Taleola diminutuum à talea. Co.
Talea frustum ligni præcisum ex utraq; ut in terra inseratur, quam alij sclauolam uocant. Va.
Tamnum herba est minutis foliis & aculeata. Co.
Tarcon hetruriæ dux, & aruspex.
Taura appellatur quæ sterilis uacca. Va.
Taxus arbor est, ex qua fabricantur arcus. toxica quoq; inde sudare dicuntur.
Tectorium incrustatio calce uel gypso parietum. Ca.
Tectum pecus dicitur ad differentiam colonici, appellatum tectum, q operimentis tegeretur
Tertiarium & quartarium, tertia & quarta pars. Ca.
Tertiare tertio arare. Co.
Terra furcularis ubi surgunt plurimi surculi. Co.
Termes ramus de arbore recisus. Co.
Teniola exiguum filum. Co.
Teredo uermis est lignum terens, atq; exedens
Temperius aduerbium deductum à tempore aduerbio quod significat opportune & tempestiue. Co.
Tessaras appellat lapillorum frusta quadrata
Titimallum lactuca marina uulgo tartumaglio Co.
Tyrsos tarteſiacos. i. lactucæ tarteſiæ, paphios, Cypriæ
Tibi trado: respicat ad morem currentium cum facibus in festo Cereris: quorũ primus cũ ad locũ statutum uenisset, facem sequẽti dabat.
Torcularium cella olearia. Ca.
Tormina, intestinorum dolores. Ca.
Torus in trunco uitis ut in corpore nostro pars eminentior. Co.
Tomacinæ, quæ apud alios tomacula & tanacæ edulia ex carne porcina. Varro.
Turunda: pastillus quo uolucres sagmantur, & liniamentum, & tenta quo ulcera curantur. Var.
Tubuli fistulæ sunt maiores fictiles. Var.
Tubures peregrinæ arbores ex Aphrica in Italiam allatæ Co.
Turiones sunt teneritates summitatum arborum uel arbustorum. Col.
Turduli populi sunt Hispaniæ. Var.
Turdus, merula, uarij, piscium nomina. Col.
Turni lacus, locus ex conualle aricina, ubi quõdam fuit lacus Turni, inde subierunt lacunares caules. Col.

Trapetum instrumentum & mola qua oleum perstringitur sic dictum auertendo siue astringendo. Ca.
Tracta, tabula qua panis uel aliud fictile formatur. Ca.
Trepidaneæ à mensura dicuntur, alij legunt crepidaneas à crepida
Trimestre est triticum quod legitur intra tres menses. Co.
Trigemmis malleolus qui exceptis oculis quibus est frequens in ipso capite tres deinceps articulos totidemq; gemmas habet.
Trocheæ, siue trocalia instrumenta cum orbiculis ad subleuanda & deprimenda onera.
Trulleum uas quo manus perluuntur, trulla. n. & trua uas quo è cu lina in latrinam aquam fundant.
Trusatiles molæ, alio nomine manuariæ, q manibus trudantur.
Θεατρίδιον diminutiuum forma græci à theatro
Θηριοτροφεῖον locus in quo fere nutriuntur.
Thracius à thracia hostium ponti per quod in propontida influit pontus. Var.
Tholus lignum cui inhæret tectum templi græci quidam exponunt domum esse rotundam.

Vacerra genus clatrorum ex stipitibus confectum. Co.
Valunla pro siliqua. Co.
Valetudinarium, locus in quo manent ægroti ut iuuentur. Co.
Vanga pro bipalio usurpat. Pal.
Vari dicuntur obtortis cruribus introrsum ut putamus, nam in exteriorem partem obtorta crura habentes, uaciæ dicuntur.
Varia & carriosa terra cum post longas siccitates leuis pluuia superiorem partem glebarum madefecit
Vara siue Varia instrumenti genus. Co.
Vapidum uinum quod iam exhausta feria in fundo remansit.
Vegrandes male grandes paruæ & minutæ. Va.
Vehæ genus plaustri à uehendo. Co.
Vellus uel uelumium, est lana ex una oue detonsa & conglobata à uellendo. Var.
Vellaturam facere pro uecturam facere Var.
Ventilabrum pala qua triticum uentilatur. Va.
Versus pro uersura. Co.
Veruactum terra quæ alternis annis requieuit. q. uere actũ, et est qñ uere primo agri proscindũtur ad differentiam restibilis dictũ. Va.
Versus in dictione iugeri. Va
Vesuuium, siue uesbium mons ardens in Campania

Vestiarium pro ipsa veste Co.
Veterina animalia quæ uehunt, quorum medici ueterinarij appellantur quos uulgus maresealsos dicit. Va.
Veternum morbus ex nimio ocio Col.
Viatores qui à uilla in Senatum proceres accersebant. Co.
Vicia à uinciendo propter capreolos leguminis genus. Va.
Viduertas calamitas quod non uiduet. Ca.
Viere est uincire, uel inflectere.
Villa à uehendo. q. uehilla, q in eã fructus conuehebantur ex agris rustica uiam ueham appellant propter uecturas & uellam nonnullam Va.
Vindemiator à græcis τρυγητὴρ Co.
Vinea restabilis quæ seritur ubi fuerit. Co.
Vinis in ablatiuo plurali apud Catonem.
Vinum præliganeum siue prælo expressum, siue à prælegendo dictum. Ca.
Vinum myrtite mirto medicatum. Col.
Vinum diurecticum durabile. Pal.
Vinum præsaminum ad sacrificia electum.
Vitiarium locus unde uites transferuntur Co.
Vitis capitata & brachiata, quæ scinditur in diuersa capita, & in diuersa brachia Co.
Vitex salicis genus, ex quo uasa uiminea fiunt.
Vitibus albis, uite bionia quæ dicitur.
Viuiradix surculus cum radicibus Col.
Vocifico apum est proprie cum fucos susurro insequuntur Va.
Vuæ apianæ q apibus prædam afferant Co.
Vbero pro exubero uerbum simplex Co.
Vlpicum à quibusdam punicum allium ἀπροσυπόρευτον à græcis longe maioris incrementi q allium Co.
Vncia digitum & trientem significat apud Pal.
Vrpex rusticum instrumentum ad agrum aratum coæquandum Ca.
Vrna quatuor & uiginti sextarios continet Co.
Vrinare est mergi unde urinatores qui sub aqua natant
Ziziphus genus arboris q nostrates zizibeos uocant: ziziphum eius fructus Pa.

MARCI CATONIS PRISCI DE RE RVSTICA LIBRI CAPITA.

Prædium cum comparare cogitabis. Cap. 1
Paterfamilias, ubi ad uillam uenit. Cap. 2
Prima adolescentia patrem familiæ agrum statim conserere studere. Cap. 3
Bubilia bona, beneq; ædificata. Cap. 4
Hæc erunt uillici officia. Cap. 5
Agrum quibus locis conseras. Cap. 6
Fundo suburbano arbustum maxime conuenit habere. Cap. 7
Ficos mariscas in loco cretoso, & aprico serito. Cap. 8
Fundum suburbanũ, & qui eũ fundum solũ habebit. Cap. 9
Oliuetum agri ducentorum quadraginta iugerum. Cap. 10
Vinea centenum iugerum Cap. 11
In torcularium hæc opus sunt. Cap. 12
In torcularium usui quod opus sit. Cap. 13
Villam ædificandam si locabis. Cap. 14
Macæria si ex calce, & cæmentis, uel siliceæ. Cap. 15
Calcem partiario coquendam qui dant. Cap. 16
Robur, & materies quo tempore anni tempestiua sit. Cap. 17
Torcularium si ædificare uoles. Cap. 18
In uasa uinaria stipites, arboresq; binis pedibus altiores facito. Cap. 19
Trapeti columnellam ferream, quæ in muliario stat. Cap. 20
Cuppam trapeti facito pedes decem. Cap. 21
Trapetum hoc modo accommodare oportet. Cap. 22
Face ad uindemiam quæ opus sunt. Cap. 23
Vinum græcum hoc modo fieri oportet. Cap. 24
Cum uinum coctum erit. Cap. 25
Vindemia facta, uasa, torcula, corbulas. Cap. 26
Sementim facito ita. Cap. 27
Oleas, ulmos, ficos, poma, uites. Cap. 28
Stercus diuidito sic. Cap. 29
Bubus frondem populeam, ulmeam. Cap. 30
Ad oleam cogendam, quæ opus erunt. Cap. 31
Vineas, arboresq; mature face ut incipias putare. Cap. 32
Vineam sic facito uti curetur. Cap. 33
Redeo ad sementim. Cap. 34
Fabam in locis ualidis. Cap. 35

Quæ segetem stercorent. Cap. 36
Cariosam terram faciet. Cap. 37
Fornacem calcaream. Cap. 38
Vbi tempestates male erunt. Cap. 39
Per uer hæc fieri oportet. Cap. 40
Vitis insitio una est per uer. Cap. 41
Ficos, & oleas altero modo. Cap. 42
Sulcos, si locus aquosus erit. Cap. 43
Oliuetum diebus quindecim ante æquinoctium. Cap. 44
Taleas oleaginas, quas in scrobe saturus eris. Cap. 45
Seminarium ad hunc modum facito. Cap. 46
Arundinem sic serito. Cap. 47
Pomarium seminarium ad eundem modum. Cap. 48
Vineam ueterem si in alium locum transferre uoles. Cap. 49
Prata primo uere stercorato. Cap. 50
Propagatio pomorum, aliarumq; arborum. Cap. 51
Quæ diligentius propagari uoles. Cap. 52
Fœnum, ubi tempus erit. Cap. 53
Per uer cum arabitur ante quàm ocymum nascatur. Cap. 54
Ligna domino in tabulato condito. Cap. 55
Familiæ cibaria ubi opus facient. Cap. 56
Vinum familiæ, ubi uindemia facta erit. Cap. 57
Pulmentarium familiæ. Cap. 58
Vestimenta familiæ. Cap. 59
Bubus cibaria annua. Cap. 60
Quid est agrum bene colere. Cap. 61
Quot iuga boum, mulorum, asinorum habebis. Cap. 62
Funem torculum esse oportet extentum. Cap. 63
Olea ubi matura erit. Cap. 64
Oleum uiride sic facito. Cap. 65
Custodis, & capulatoris officia. Cap. 66
Item custodis officia. Cap. 67
Vbi uindemia, & oleitas facta erit. Cap. 68
Dolia olearia noua sic imbuito. Cap. 69
Bubus si morbum metues. Cap. 70
Bos si ægrotare cœperit. Cap. 71
Boues ne pedes subterant. Cap. 72
Vbi uuæ uariæ cœperint fieri. Cap. 73
Panem depsticum sic facito. Cap. 74
Libum hoc modo facito. Cap. 75
Placentam sic facito. Cap. 76
Spiram sic facito. Cap. 77
Scriblitam sic facito. Cap. 78
Globulos sic facito. Cap. 79
Enchytum sic facito. Cap. 80
Erneum tanquam placentam facito. Cap. 81
Sphæricam sic facito, ita uti spiram. Cap. 82
Votum pro bubus ut ualeant. Cap. 83
Sauillum hoc modo facito. Cap. 84
Pultem punicam sic coquito. Cap. 85
Graneam triticeam sic facito. Cap. 86
Amylum sic facito. Cap. 87
Salem candidum sic farcito. Cap. 88
Gallinas, & anseres sic farcito. Cap. 89
Palumbum recentem sic farcito. Cap. 90
Aream sic facito. Cap. 91
Frumento ne gurgulio noceat. Cap. 92
Olea si fructum non fert, ablaqueato. Cap. 93
Fici uti grossos teneant. Cap. 94
Conuoluulus in uinea ne fiat. Cap. 95
Oues ne scabræ fiant. Cap. 96
Amurca decocta axem unguito. Cap. 97
Vestimenta ne tineæ tangant. Cap. 98
Fici aridæ, si uoles, ut integræ sint. Cap. 99
Oleum si in metretam nouam inditurus eris. Cap. 100
Virgas myrteas si uoles cum bacis seruare. Cap. 101
Si bouem, aut aliam quamuis quadrupedem serpens momorderit. Cap. 102
Boues uti ualeant. Cap. 103
Vinum familiæ per hyemem. Cap. 104
Qui ager à mari longe aberit. Cap. 105
Aquæ marinæ concinnatio. Cap. 106
Hoc modo labra doliorum circumlinas. Cap. 107
Vinum si uoles experiri duraturum. Cap. 108
Vinum, asperum quod erit. Cap. 109
Odorem deteriorem uino demere si uoles. Cap. 110
Si uoles scire in uinum aqua addita sit, necne. Cap. 111
Vinum coum si facere uoles. Cap. 112
Vt uinum bene odoratum fiet. Cap. 113
Vinum si uoles concinnare. Cap. 114

Vinum ad aluum mouendam Cap. 115
Lentim quomodo seruari oporteat Cap. 116
Oleæ albæ quemadmodum condiantur. Cap. 117
Oleam albam secundum uindemiam Cap. 118
Epityrum album, nigrum, uariumq; sic facito Cap. 119
Mustum si uoles totum annum habere Cap. 120
Mustaceos sic facito Cap. 121
Vinum concannare, si lotium difficilius transibit. Cap. 122
Vinum ad ischiacos sic facito Cap. 123
Canes interdiu clausos esse oportet Cap. 124
Vinum myrteum sic facito Cap. 125
Ad tormina, & si tineæ, & lumbrici molesti sunt. Cap. 126
Ad dispepsiam, & stranguriam Cap. 127
Habitationem delutare cum uoles Cap. 128
Aream ubi frumentum teratur, sic facias Cap. 129
Codicillos oleaginos, & cætera ligna Cap. 130
Dapem pro bubus pyro florente facito Cap. 131
Dapem hoc modo fieri oportet Cap. 132
Propagatio pomorum, cæterarumq; arborum Cap. 133
Prius quàm messem facias Cap. 134
Romæ tunicas, togas, saga, centones Cap. 135
Pollinctionem in agro cassinate, & uenafri Cap. 136
Vineam curandam partiario Cap. 137
Boues ferijs coniungere licet Cap. 238
Lucum colluere romano more sic oportet. Cap. 139
Si fodere uelis altero piaculo eodem modo facito Cap. 140
Agrum lustrare sic oportet Cap. 141
Villici officia quæ sunt, quæ dominus præcipit Cap. 142
Villicæ quæ sunt officia curato faciat. Cap. 143
Oleam legendam hoc modo locare oportet Cap. 144
Oleam faciundam hac lege oportet locare Cap. 145
Oleam pedentem hac lege uenire oportet Cap. 146
Lege hac uinum pendens uenire oportet Cap. 147
Vinum in dolijs hoc modo uenire oportet Cap. 148
Qua lege pabulum hybernum uenire oporteat Cap. 149
Fructum ouium hac lege uenire oportet Cap. 150
Quo pacto cupresseta seri oporteat Cap. 151
De scopis uirgeis Cap. 152
Vinum fecatum sic facito Cap. 153
Vinũ emptoribus sine molestia hoc mõ admetiri debet Cap. 154
Per hyemem aquam de agro depellere oportet. Cap. 155
De brassica quod concoquit. Cap. 156
De brassica pythagorea quid in ea boni sit. Cap. 157
Aluum deijcere hoc modo oportet. Cap. 158
Intertrigini remedium. Cap. 159
Luxum, siquod est, ut excantes. Cap. 160
Locum, ubi asparagum seras, bene subigere oportet. Cap. 161
Pernas sic salire oportet. Cap. 162

FINIS.

M. TERENTII VARRONIS DE RE RVSTICA CAPITA LIBRI I.

Græci, & latini, qui de re rustica scripserunt. Cap. 1
Quæ disiungenda sunt ab agricultura. Cap. 2
Vti ars ex agricultura sit conclusio. Cap. 3
Quæ agriculturæ sint principia, & fines. Cap. 4
Quot partes habeat disciplinæ cultura. Cap. 5
De solo fundi quæ, & quot sint uidenda. Cap. 6
Quis sit ager optimus, & quis eo proximus, & quis deinceps. Cap. 7
Quod species uitis plurimæ sint. Cap. 8
Quod tribus modis terra dicatur bona, aut non bona, aut communis. Cap. 9
Quot modis metiantur rura. Cap. 10
Quo sit uilla statuenda modo, & quæ in uilla. Cap. 11
Quo sit loco potissimum uilla statuenda. Cap. 12
Quod in uilla primitus faciunda sint bubilia, & ouilia, & cellæ, & uasa uinaria, & olearia, & alia. Cap. 13
De septis, quæ tutandi fundi causa fieri debeant, & qualiter. Cap. 14
Ad quid inuentæ sepes. Cap. 15
De eis, quæ extra fundum commoda fiant, aut incommoda. Cap. 16
Quibus rebus agri colantur. Cap. 17
De numero familiæ rusticalis, & quot operis quisq; ager coli possit, & de modo cuiusq;. Cap. 18
Quot iuga boum singulis iugeribus satis sint, quod instrumentum agreste semuocale nuncupatur. Cap. 19

De eligendis bubus, & de modo probandi, & edomandi nouellos iuuencos. Cap. 20
De canibus, sine quibus utique uilla parum tuta sit. Cap. 21
Qualiter uniuersus instrumentorum apparatus fundi instituatur. Cap. 22
Quæ, & quo quicq; loco maxime oporteat serere. Cap. 23
Olea in quo agro serunda sit, qua parte, quo ordine. Cap. 24
Vinea quo agro serunda sit. Cap. 25
Quo in loco ridicæ in uinea figi debeant, & ad quam partem. Cap. 26
Quot diuidatur mensibus, & temporibus annus, & in quibus quid seri oporteat, ac colligi de agro seminata. Cap. 27
Quot dies habeat quælibet quarta pars anni, & in quibus signis cœli intrent. Cap. 28
Quid inter fauoniũ, et æquoctiũ uernũ fieri oporteat. Cap. 29
Quæ inter æquinoctium uernum, & uergliarũ exortum fieri debeant. Cap. 30
Quid inter uergliarũ exortũ ad solstitiũ fieri oporteat. Cap. 31
Quid inter solstitium, & caniculam faciundum sit. Cap. 31
Quinto interuallo inter caniculam, & æquinoctiũ autumni, quæ fieri oportet. Cap. 33
Sexto interuallo ab æquinoctio autumnali, quid fieri oporteat usq; ad brumam. Cap. 34
Septimo interuallo inter uergliarum occasum, & brumam, quæ fieri oportet. Cap. 35
Octauo interuallo inter brumam, & fauonium, quæ fieri oporteat. Cap. 36
De lunaribus diebus. Cap. 37
De stercore, & sterquilinio. Cap. 38
Quatuor esse genera seminum, & quæ quo tempore, & loco debeant seri. Cap. 39
Quæ sint genera seminum, & quemadmodũ propagari debeant, & quibus, & quo loco debeant seri. Cap. 40
De temporibus transferendorum surculorum, & quæ sint post sationem obseruanda. Cap. 41
De melica. Cap. 42
De cythiso. Cap. 43
Quot modij seruntur fabæ, tritici, ordei, farris. Cap. 44
Sata quoto quæq; die prodeant de terra. Cap. 45
Ex quibus foliis cognosci possint anni tempora. Cap. 46
Quemadmodum sata sunt tuenda. Cap. 47
Quæ in spica sunt uocabula, & causæ eorum. Cap. 48
De fructibus maturis capiendis, & fœnificio, & sicilitione pratorum. Cap. 49
De messe, & causa huius uocabuli, quare messis appellata, quare ue appellatæ sint. Cap. 50
Aream qualem esse oporteat. Cap. 51
In semẽ quẽadmodũ spicas secerni oporteat, et de tritura. Cap. 52
De stipula. Cap. 53
De Vindemia facienda. Cap. 54
De olea legenda. Cap. 55
De fœno condendo. Cap. 56
De tritico condendo. Cap. 57
De faba, & leguminibus, & uuis condendis. Cap. 58
De pomis condendis. Cap. 59
De olea condenda. Cap. 60
De murca condenda. Cap. 61
De promendis frugibus tuendi causa. Cap. 62
Quemadmodum frumentum sit promendum. Cap. 63
De amurca tuenda, ac promenda. Cap. 64
De uino promendo. Cap. 65
De olea promenda. Cap. 66
De nucę, & palmula. Cap. 67
De uuis, & malis, & sorbis pensilibus promendis. Cap. 68
De farre promendo aut ad cibarium, aut ad sationem, aut ad uendendum. Cap. 69

CAPITA LIBRI SECVNDI.

De origine, ac dignitate rei pecuariæ. Cap. 1
De pecudibus, arietibus, & agnis. Cap. 2
De capris, hircis, & hœdis. Cap. 3
De Sue. Cap. 4
De bubus, & uaccis. Cap. 5
De asinis. Cap. 6
De equis, & equabus. Cap. 7
De mulis, & hinnulis. Cap. 8
De canibus. Cap. 9
De pastoribus. Cap. 10
De lacte, caseo, lana. Cap. 11

CAPITA LIBRI TERTII.

De uillaticis pastionibus Cap. 1
Quæ dicatur uilla Cap. 2
Quæ in uilla, circum'ue eam ali, uel pasci possint Cap. 3
De auibus in genere Cap. 4
De turdis Cap. 5
De pauonibus :: Cap. 6
De columbis Cap. 7
De turturibus Cap. 8
De gallinis Cap. 9
De anseribus :: Cap. 10
De anatibus Cap. 11
De leporibus Cap. 12
De apris Cap. 13
De cocleis :: Cap. 14
De gliribus Cap. 15
De apibus Cap. 16
De piscinis Cap. 17

FINIS.

L. IVNII MODERATI COLVMELLAE DE RE RVSTICA CAPITA LIBRI. I.

Præcepta, quæ sequantur, qui rusticari uelint Cap. 1
Qualiter dispositus fundus maxime probetur Cap. 2
Quæ præcipue respiciendo agro, ante quàm ematur, notanda sunt Cap. 3
De salubritate regionum Cap. 4
De aqua Cap. 5
De positione uillæ Cap. 6
De officijs patrisfamilias Cap. 7
De pecore, & pecorum magistris Cap. 8
Qualis corporaturæ mancipia, cuiq; operi contribuenda sunt Cap. 9

CAPITA

CAPITA SECVNDI LIBRI.

Terram nec senescere, nec fatigari, si stercoretur. Cap. 1
Quot sunt genera terreni. Cap. 2
Quæ cura adhibenda sit bubus ab opera disiunctis. Cap. 3
Quo anni tempore campi arandi sint, & quomodo. Cap. 4
Exilis terra quomodo stercoretur. Cap. 5
De generibus seminum. Cap. 6
De generibus leguminum. Cap. 7
Quod sit seminandi tempus. Cap. 8
Quot seminũ modios iugerũ postulet, et medicinæ seminũ. Cap. 9
Quod solum cuiq; legumini conueniat. Cap. 10
De genere pabulorũ, & de medica, uicia, farragine, auena, fœno græco, eruo, & ciœra. Cap. 11
Quemadmodum, & quot operis unũquodq; frumẽtum, & legumen colatur. Cap. 12
Pro modo cuiusq; agri quot operæ designentur. Cap. 13
Quæ legumina aruis noceant, quæq; prosint. Cap. 14
De generibus stercoris. Cap. 15
Quibus temporibus agri stercorandi sunt. Cap. 16
Quemadmodum ex aruo prata fiant. Cap. 17
Quemadmodum facta prata colantur. Cap. 18
Quẽadmodũ sucisum fœnũ tractari, et cõdi debeat. Cap. 19
De area constituenda. Cap. 20
De messe facienda, & de tritura. Cap. 21
Quæ per ferias liceat agricolæ, et quæ nõ liceat facere. Cap. 22

CAPITA TERTII LIBRI.

Quod genus uitis conueniat cuiq; solo, & statui cœli. Cap. 1
Quæ uites suburbanis regionibus ad escã cõserẽdæ sunt. Cap. 2
Nihil magis rusticis conuenire, quàm uitem colere. Cap. 3
Quæ obseruare decet, qui uineas instituit. Cap. 4
Quali solo, & quomodo uitiarium faciundum sit. Cap. 5
Qualis et ex qbus partibus uitis malleolus legẽdus sit. Cap. 6
Quomodo fœcunditatem uitis explores. Cap. 7
Quæ spectãda sit q̃litas i eo solo, qđ uineis destinaueris. Cap. 8
Quomodo amneas feraces facias. Cap. 9
Ex qua uitis parte semina eligenda sunt. Cap. 10
Quæ spectãdæ qualitates i eo solo, qđ uineæ destinaueris. Cap. 11

Quæ Iulius Græcinus tradiderit de terra uineali Cap. 12
Quomodo terra pastinetur Cap. 13
Quot modis uitis ponetur, aut i prouincijs, aut ī Italia Cap. 14
Meliorem esse positionem pastinato solo q̄ nouali Cap. 15
Quæ mensura pastinandi soli abunde sit uineis Cap. 16
Quemadmodum, & quo tempore uitis serenda sit Cap. 17
Quæ obseruare debet qui uitem ponit Cap. 18
Quàm longus debet esse malleolus Cap. 19
Quo genera uitium ponenda sint Cap. 20
Vtrū distinctis generibus uitium horti conserendi sint. Cap. 21

CAPITA QVARTI LIBRI.

Contra opinionem Attici, & Celsi non esse satis altos scrobes bipedaneos uineaticis semmibus Cap. 1
Non oportere uiui radicis duos palos uestire, sed singula semina singulis adminiculis esse contribuenda Cap. 2
Nouam consitionem uineæ, nisi magna, & assidua cultura adiuuetur, celeriter interire Cap. 3
Prosterni uitem in scrobem, & recuruatam, usq; ab imo solo rectam culamo applicari oportere Cap. 4
A consitione omnibus mensibus fodiendum, & curandum ne herbæ nascantur, & uiuiradices ad unā materiam redigendos. Cap. 5
De pampinatione malleolis, & uiuiradicibus faciendā Cap. 6
Tepestiuā esse pāpinationē, q̄ digito palmites deijciūtur. Cap. 7
Per autumnum ablaqueandam esse uineam Cap. 8
Quemadmodum ablaqueata uinea putetur Cap. 9
Quod sit optimum tempus putandi Cap. 10
Quomodo malleolus resecandus sit Cap. 11
Quemadmodum pedanda sit uinea, & de canterio Cap. 12
Quomodo uitis alliganda sit Cap. 13
Malleolis iugum imponendum, & quàm alte canterius alleuandus sit. Cap. 14
Quemadmodū nouella uinea frequentanda est, & propagines faciendæ sint Cap. 15
Quo tempore uiuiradix transferenda sit Cap. 16
Quomodo iugum faciendum sit. Cap. 17
Quomodo in hortulos uineæ diuidendæ sint Cap. 18
De positione iugi, & quatenus à terra leuandum. Cap. 19
De cura, & modo alligandarum uitium Cap. 20
Nouella uinea quomodo putanda sit Cap. 21
Quemadmodum ueteraneæ uineæ restituantur Cap. 22
Quemadmodum eædem putentur. Cap. 23
Quæ bonus uinitor i cōstituta iā uinea uitare, aut seq̄ debeat. Ca. 24
De figura falcis uineaticæ Cap. 25
De cura adminiculandæ, iugandæq; uineæ. Cap. 26
Quæ bonus uinitor i cōstituta iā uinea uitare, aut seq̄ debeat. Ca. 27
Quomodo pāpinari, et quot fossuris uinea excoli debeat. Cap. 28
De inserendis uitibus, & insitione tuenda Cap. 29
De ratione pedaminum, uiminum, & de salicto Cap. 30
De genista. Cap. 31
De arundinetis. Cap. 32
De Castaneis, & castanetis. Cap. 33

CAPITA QVINTI LIBRI.

Quēadmodū datas formas agrorum metiri debeas. Cap. 1
De uarijs agrorum formis, & eorum dimensionibus Cap. 2
Inter uites pangendas quot pedes relinquendi sint Cap. 3
De cultura prouincialium uinearum Cap. 4
De ulmarijs faciendis Cap. 5
De arbusto gallico. Cap. 6
De generibus olearum Cap. 7
De seminarijs oliuarum faciendis Cap. 8
De arboribus pomiferis Cap. 9
De insitione arborum Cap. 10
De cythiso. Cap. 11

CAPITA SEXTI LIBRI.

De bubus parandis, atq; emendis, earumq; forma Cap. 1
De bubus domandis. Cap. 2
De boum cura, & cibarijs Cap. 3
De uitijs boum, & medicinis Cap. 4
Quæ sint quibus pestilentia ingruit gregi, & quæ remedia adhibenda. Cap. 5
Quod remedium adhibetur boui cruditate laboranti Cap. 6
Quo remedio sedatur dolor uētris, et intestinorū pecoris Cap. 7
De uitiosis incrementis linguæ Cap. 8
De febre boum. Cap. 8

De tussi boum. Cap. 9
Suppurationis remedia. Cap. 10
Claudicanti boui quod remedium adhibeatur. Cap. 11
Ad scabiem remedia, & ad morsum rabiosi canis, uel lupi, nec non & ad coriaginem. Cap. 12
Ad exulcerationem pulmonis, & palati tumorem. Cap. 13
Ad talum, seu ungulam læsam remedia. Cap. 14
Ad conuulsos armos, & cornua præfracta. Cap. 15
Ad ictus serpentis, & noxiorum animalium. Cap. 16
Remedia ad hausta hirudinem. Cap. 17
De machina facienda, qua clausa iumenta curentur. Cap. 18
De tauri forma. Cap. 19
De forma uaccæ. Cap. 20
Quo tannis delectus faciendus. Cap. 21
De conseptis, & stabulis faciendis. Cap. 22
Quæ ætas idonea ad admissuram. Cap. 23
Remedia ad lumbricos uitulorum. Cap. 24
De castrandis uitulis. Cap. 25
De equis. Cap. 26
De ætate admissarij, & quis pullus generetur. Cap. 27
De indole, & forma equi. Cap. 28
De cura, & medicina equorum. Cap. 29
Ad tussim. Cap. 30
Ad intertrignem, & scabiem. Cap. 31
Ad muscas, & oculorum dolores. Cap. 32
Ad fastidia ciborum, & labem pestiferam remedia. Cap. 33
De equarum rabie. Cap. 34
De mulis. Cap. 35
Ad temperandã sæuitiã admissarij in libidinẽ furẽtis. Cap. 36
De medicinis eorum. Cap. 37

CAPITA SEPTIMI LIBRI.

De asello. Cap. 1
De ouibus emendis, tuendisq;. Cap. 2
De arietibus eligendis. Cap. 3
De ouibus tectis. Cap. 4
Medicinæ pecoris ouilli. Cap. 5
De caprino pecore. Cap. 6
De medicina caprarum. Cap. 7
Casei faciendi ratio. Cap. 8
De suibus, & eorum medicinis. Cap. 9
De medicina suum. Cap. 10
De castratione suum. Cap. 11
De canibus. Cap. 12
De morbis, & medicinis canum. Cap. 13

CAPITA OCTAVI LIBRI.

De uillaticis pastionibus. Cap. 1
De gallinarũ gẽnibus, gallis cohortalibus parãdis, et nutriẽdis Ca. 2
De gallinarijs constituendis. Cap. 3
De cibarijs gallinarum. Cap. 4
De seruandis, & supponendis ouis. Cap. 5
De ouis. Cap. 6
De gallinis farciendis. Cap. 7
De palũbis, & colũbis farciẽdis, et coũbarijs constituendis. Cap. 8
De alendis turturibus. Cap. 9
De turdis educandis. Cap. 10
De pauonibus educandis. Cap. 11
De numidicarũ, et rusticarũ gallinarũ educatione. Cap. 12
De auibus, quas Græci ἀμφίβια, & latini duplicis uitæ appellant. Cap. 13
De anseribus educandis, & anserario constituendo. Cap. 14
De anatibus, querquedulis, & simlibus. Cap. 15
De piscinis, & piscibus alendis. Cap. 16
De positione piscinæ. Cap. 17

CAPITA NONI LIBRI.

De uiuarijs faciẽdis, & includendis pecudibus feris. Cap. 1
De apibus. Cap. 2
Quot genera sint apum, & quod ex ijs optimum. Cap. 3
Quales pastiones, & qui situs pastionũ apiũ esse debeat. Cap. 4
De sedibus apum eligendis. Cap. 5
De uasis alueorum probandis. Cap. 6
Quemadmodum aluei collocandi sint. Cap. 7
De comparandis apibus, & quemadmodum syluestria examina capiantur. Cap. 8
Quemadmodum uernacula examina obseruantur, & in aluos condantur. Cap. 9

Quæ sit forma regis apum. Cap. 10
Quomodo apum paucitas emendetur. Cap. 11
De condendo examine, & eius fuga inhibenda. Cap. 12
Remedia apum laborantium morbo. Cap. 13
Quid quoq; tempore faciant apes, & quid earum curator facere debet. Cap. 14
De melle conficiendo, & qñ castrari debent alui. Cap. 15
De cera facienda. Cap. 16

LIBER DECIMVS CARMINA CONTINET DE CVLTV HORTORVM.

CAPITA VNDECIMI LIBRI.

Quæ intra uillam agi debeant ab homine officio uillicationis præpositio. Cap. 1
Quid quoq; mẽse faciendũ sit, tpibus accõmodãdo opera. Cap. 2
Prosa de cultu hortorum, & herbis hortensibus Cap. 3

CAPITA DVODECIMI LIBRI.

Cura rei domesticæ, et præcepta, quæ uillica exeq debeat. Cap. 1
Quẽadmodũ tractare debeat penora, siue cellaria. Cap. 2
Distributio instrumenti, & supellectilis. Cap. 3
Quæ & qualia uasa parare debeat penoribus, & salgamis condiendis. Cap. 4
Quemadmodum ex uino uapido acetum fiat. Cap. 5
Quomodo muria dura fiat. Cap. 6
Quæ per quatuor anni tẽpora herbæ, & quo condiãtur. Cap. 7
Oxygala quomodo fiat. Cap. 8
Conditura lactucæ. Cap. 9
Cæpæ, pyrorũ, et malorũ, cæterorũq; pomorũ cõpositio. Cap. 10
De mella facienda, qua in condituris utuntur. Cap. 11
De aqua mulsa facienda. Cap. 12
De caseo in usus domesticos seruando, & de quibusdam herbis condiendis. Cap. 13
De malis, & pyris in sole siccandis. Cap. 14
De ficis aridis. Cap. 15
De uuis passis faciendis, & sorbis seruandis. Cap. 16
De aceto ficulneo faciendo. Cap. 17
Quæ præparanda sint uindemiæ. Cap. 18
De pluribus generibus conditurarum, quibus uinum confirmatur. Cap. 19
De sapa, & defruto coquendis. Cap. 20
De defruto, quod adijcitur in uinum ad uetustatem. Cap. 21
Picis liquidæ alterum medicamen, quo mustum condias. Cap. 22
De picæ, qua utuntur Allobroges ad conditurã uini picati. Cap. 23
De picæ nemeturicæ ad condituras. Cap. 24
De aqua salsa, uel muria ad uina condienda. Cap. 25
Remedia acescentis uinĩ. Cap. 26
De uino dulci faciendo. Cap. 27
De alijs salubribus conditurarum generibus. Cap. 28
Quẽadmodũ mustum semp dulce tanq̃ recens pmaneat. Cap. 29
Optima uini curatio, & remedia languentis uini. Cap. 30
Siquod animal in mustũ ceciderit, & interierit, remedia. Cap. 31
Vinum ex marrubio. Cap. 32
Vinum scylliten. Cap. 33
De aceto scyllitico. Cap. 34
Vinum absynthiten, hyssopiten, abrotoniten, & reliquarum notarum quomodo fiat. Cap. 35
De musto tortuo. Cap. 36
Vinum simile græco facere. Cap. 37
Vinum myrtiten quomodo facias. Cap. 38
Passum quemadmodum fiat. Cap. 39
Lora optima quomodo fiat. Cap. 40
Mustum lixiuum quomodo fiat. Cap. 41
De caseo condendo. Cap. 42
Vuæ ollares quemadmodũ componantur, & seruentur. Cap. 43
Mala granata quemadmodum seruentur. Cap. 44
Mala orbiculata, sextiana, melimela, et alia genera quomodo seruentur. Cap. 45
De conditura inulæ. Cap. 46
Sampsa quomodo fiat. Cap. 47
Nigræ oliuæ conditura. Cap. 48
Sirapa quomodo fiat. Cap. 49
Oleum quemadmodum fiat. Cap. 50
De oleo gleucino. Cap. 51
Oleum ad unguenta quemadmodum facias. Cap. 52
De salsura suillæ carnis. Cap. 53

Rapa,& napos quemadmodum condias. Cap. 54
Sinapim quemadmodum facias. Cap. 55
Oleris atri,& siseris radicem quemadmodum condias. Cap. 56
Moretum,oxyporum,uel,ut alij,oxygarum quemadmodum componas. Cap. 57

CAPITA LIBRI DE ARBORIBVS.

De uitiario faciendo. Cap. 1
Qualia semina, & quando legas. Cap. 1
Quemadmodum semina eligas, & de habitu terræ. Cap. 3
De generibus uinearum. Cap. 4
Quemadmodum uites coli debeant. Cap. 5
De resecanda uinea uetere,& propaganda. Cap. 6
De propagatione. Cap. 7
De insitionibus fructuosis,quæ uites fœcundas faciunt. Cap. 8
Vt una complura genera acinorum habeat. Cap. 9
Vindemiam quomodo putes. Cap. 10
De pampinatione. Cap. 11
De fossura. Cap. 12
Ne rubigo uineam uexet. Cap. 13
Ne formica uitem ascendat. Cap. 14
Ne soricęs,aut uolucra uitem lædant. Cap. 15
De arbustis. Cap. 16
De oliuetis. Cap. 17
De pomario constituendo. Cap. 18
De scrobibus faciendis. Cap. 19
Quomodo semina legas. Cap. 20
Quando ficus serenda sit. Cap. 21
De nucę serenda. Cap. 22
De malo punica serenda. Cap. 23
De pyro. Cap. 24
De malis serendis. Cap. 25
De insitione arborum. Cap. 26
Quod omnium generum surculi omnibus arboribus inseri possint. Cap. 27
De cythiso. Cap. 28
De salicę,& genesta,& arundine. Cap. 29
De uiola,& ros. Cap. 30

PALLADIVM
TITVLI LIBRI PRIMI.

De præceptis rei rusticæ Tit. I.
De quatuor rebus,qbus agricultura consistit. T. II.
De aeris probatione. T. III.
De aqua probanda. T. IIII.
De qualitate terrarũ. T. V.
De industria, & necessarijs ad rura sententijs. T. VI.
De agri electione, & situ. T. VII.
De ædificio. T VIII.
De hybernis,& æstuis măsionibus,et pauimentis. T. IX.
De calcę,& arena. T. X.
De latericijs parietibus. T. XI.
De lumine,& altitudine. T. XII.
De cameris cannucijs. T. XIII.
De opere albario. T. XIIII
De tectorijs. T. XV.
De uitanda ualle,quæ propter aquas diligi solet. T. XVI.
De cisternis,& maltha frigidaria. T. XVII.
De cælla uinaria. T. XVIII
De horreo. T. XIX.
De olei factorio. T. XX.
De stabulis equorum,& boum. T. XXI.
De corte T. XXII.
De auiarijs. T. XXIII.
De columbarijs. T. XXIIII.
De turturario. T. XXV.
De turdis. T. XXVI.
De gallinis. T. XXVII.
De pauonibus. T. XXVIII
De phasianis. T. XXIX.
De anseribus. T. XXX.
De piscinis. T. XXXI.
De fœnili paleario, & lignario. T. XXXII.
De sterquilinio. T. XXXIII
De locis horti,& pomarij, & sepibus, & serendi tempore. T. XXXIIII
De remedijs horti,uel agri. T. XXXV.
De area. T. XXXVI.
De apiũ castris. T. XXXVII
De uasculis apium formandis. T. XXXVIII
De apibus emendis. T. XXXIX.
De balneis. T. XL.
De malthis,calidaria,& frigidaria. T. XLI.
De pistrino. T. XLII.
De instrumentis agrestium. T. XLIII.

TITVLI MENSIS IANVARII.

De ablaqueandis uitibus. T.I.
De pratis abstinendis in locis macris. T.II.
De proscindēdis agris, et iungēdis bobus, uel arādi disciplina. T.III.
De ordeo gallatico serendo. T.IIII.
De cicercula serenda cum disciplina sua. T.V.
De uicia serenda non ad pabulum secanda, sed ad semina redigenda cum disciplina sua. T.VI.
De fœno græco serēdo legēdi seminis causa cū disciplina sua. T.VII.
De eruo serendo. T.VIII.
De sarriendis frumentis, & leguminibus cum disciplinis suis. T.IX.
De pastinandi generibus, & scrobibus uitium T.X.
De tabulis uinearum. T.XI.
De mensura pastini Italica. T.XII.
De solo, & cœlo, & loco pangendis uineis congruenti, & ea, quæ illuc pertinet, disciplina. T.XIII.
De hortis, in eodem de lactuca serēda cum disciplina sua, item nasturtio, similiter & eruca, item caulibus, allio, & ulpico. T.XIIII.
De pomis, in eo de sorbo, de amygdalo. T.XV.
De nucæ iuglande cum disciplinis suis, de alijs pomis, quorum disciplina suis mensibus continetur. T.XVI.
De signandis animalibus, & lardi, & pernarum confectione, & echini, & rapis. T.XVII.
De oleo myrtino. T.XVIII.
De uino myrtite. T.XIX.
De oleo laurino. T.XX.
De lentiscino oleo. T.XXI.
De gallinarum partu. T.XXII.
De cædenda materie. T.XXIII.
De horis. T.XXIIII.

TITVLI MENSIS FEBRVARII.

De pratis seruandis, & lætamine saturandis. T.I.
De proscindendis collibus. T.II.
De satione trimestri T.III.
De serenda lenticula cū disciplina sua, item de cicercula. T.IIII.
De serendo cannabo. T.V.
De agris medicæ parandis. T.VI.
De eruo serendo. T.VII.
De curādis uitibus, et arboribus, et ordeo gallatico serēdo. T.VIII.
De ponendis uineis pastino, uel scrobibus, aut sulcis, & omni, quæ illuc pertinet, disciplina. T.IX.
De arbustiuis uitibus, & plantis arborum uitiferarum. T.X.
De uineis prouincialibus. T.XI.
De putandis uineis communibus altis, uel humilibus. T.XII.
De putatione arbusti. T.XIII.
De prouincialibus uineis putandis. T.XIIII.
De nouellæ uitis putatione. T.XV.
De propagnibus. T.XVI.
De insitionibus. T.XVII.
De instituendis olinetis. T.XVIII.
De pomiferis, & spatijs earū generale præceptum. T.XIX.
De fodiendis, palandis, & ligandis uineis, uel lætandis arboribus, & plantis circumfodiendis. T.XX.
De rosis, lilijs, croco, uiolis conserendis. T.XXI.
De lini semine serendo. T.XXII.
De cannetis, & asparagis, & plantis salicum, & geneſtæ, & seminarijs myrti, & lauri. T.XXIII.
De hortis, in eo de sepibus, de lactuca, carduo, nasturtio, coriandro, papauere, allio, ulpico, de satureia cum disciplina sua item de cæpullis similiter, de aneto, sinapi, de caulibus cum disciplina sua, de asparagis, de malua, menta, fœniculo, pastinaca, cunela, cærefolio, beta, porro cum disciplina sua, inula, & colocasijs, cimno, & aniso. T.XXIIII.
De pomis, & primo de pyro, de malo cydoneo, siliqua, moro, auellana, mixta cum disciplinis suis. T.XXV.
De educatione porcorum. T.XXVI.
De uino myrtite aliter. T.XXVII.
De uite thyriaca. T.XXVIII.
De uua sine granis. T.XXIX.
De uite nimis lachrymosa. T.XXX.
De myrtitis alia confectio secundum Græcos. T.XXXI.
Vt propomata sponte nascantur. T.XXXII.
Vt uitis botriones uarios ferat. T.XXXIII.
De horis. T.XXXIIII.

TITVLI MENSIS MARTII.

De putandis uineis,& inserendis,& pãgendis uitibus. T.I.
De pratis purgãdis ĩ locis frigidis,et proscindẽdis agris. T.II.
De panico,& milio serendo cum disciplina. T.III.
De cicere serendo cum ordine suo. T.IIII.
De cannabo. T.V.
De cicera. T.VI.
De nouellis puluerandis,& fodiendis,uitibus palandis,ac ligandis,et ueteranis uineis restituendis,& ægris,& læsis. T.VII.
De oleis amurca saginandis,et cætera earum cura,item de seminarijs,& rosarijs faciẽdis,uel colendis,et sarriẽdis frumẽtis T.VIII.
De hortis,in eo de cærduis cum disciplina,de ulpico, allio, & cepulla, cunela,aneto, sinapi,caulibus,maluis,armoracea, origano,lactuca,beta,porro,cappari,colocasiis,satureia,nasturtio,intybis,raphanis,de melonibus,& cucumere cum disciplina sua, item de asparagis,& spongijs eorũ,similter & ruta,et coriandro cũ disciplina sua,et cucurbita similter,et blito,itẽ de aniso,et cimino.T.IX.
De pomis,in eo de malo punico cum disciplina,& uini sui confectione, de citreo simliter,de mespilo,& de fico cũ disciplinis suis,& alijs pomis,quorum disciplina suis mensibus continetur. T.X.
De comparandis bobus,& tauris,ac uaccis. T.XI.
De domandis bobus. T.XII.
De equis,equabus,& pullis,& ætate eorum. T.XIII.
De mulino genere,& asinis. T.XIIII.
De apibus. T.XV.
De horis. T.XVI.

TITVLI MENSIS APRILIS.

De medica serenda,& disciplina eius. T.I.
De inserenda olea,uel oleastro,de uineis,& seminarijs fodiendis,& inserendis uitibus, & agris humidis, & pinguibus proscindendis. T.II.
De hortis,in eo de caulibus,item de apio,de atriplice, de ocymo cum disciplinis suis,item de melone,cucumere,porro, cappari, serpyllo, colocasia, lactucis,beta, cepullis,coriandro, intybis, cucurbitis,ac menta. T.III.
De zizipha cum disciplina sua,& de alijs pomis,quorum suis mensibus disciplina descripta est. T.IIII.
De oleo uiolaceo,& uino. T.V.
De armẽtis,ĩ eo de uitulis nutriẽdis,de tõsuris,et signaturis. T.VI.
De apibus,in eo de ueshigãdis apibus,et purgãdis aluearijs. T.VII.
De horis. T.VIII.

TITVLI MENSIS MAII.

De panico,et milio,de florẽtibus satis,de recidẽdo fœno. T.I.
De nouellæ sarmẽtis relinquẽdis,et pãpinandis uitibus. T.II.
De proscindendis,& aperiendis nouis agris. T.III.
De ocandis uitibus arboribusq;, & rude cædenda, fodiendis seminarijs,putandis oleis,ac lupino uertendo. T.IIII.
De hortis,in eo de spatijs,de apio, coriãdro,melone,cucurbita,carduo, radice,ruta. T.V.
De pomis,de flore mali punici,persico emplastrando, citro inserendo, & ficu plantanda, uel inserenda, de zizipha, & palma plantandis. T.VI.
De armentis,in eo de cæstrandis bobus. T.VII.
De tonsuris ouium. T.VIII.
De caseo faciendo. T.IX.
De apibus. T.X.
De pauimentis,& solarijs. T.XI.
De lateribus faciendis. T.XII.
De rosato. T.XIII.
De oleo liliaceo. T.XIIII.
De oleo roseo. T.XV.
De rodomelli. T.XVI.
De rosis uiridibus seruandis. T.XVII.
De horis. T.XVIII.

TITVLI MENSIS IVNII.

De area paranda. T.I.
De messibus. T.II.
De agris proscindendis,de uineis ocandis,fodiendis,uicia,fœno græco,lenticula,faba,lupino colligendis. T.III.
De hortis, in eo de brassica, apio, betis, radicibus, lactucis, coriandro. T.IIII.
De pomis,in eo de flore punici, de pyro, de malo, zizipho, de fico,de emplastratione. T.V.

De armentis, in eo de castratura, de caseo, de tonsuris. T.VI.
De apibus, in eo de legendo, & conficiendo melle, uel cera, de seruandis examinibus, & signis eorum, & regibus, de inopia examinum supplenda. T.VII.
De pauimentis, & latere. T.VIII.
Qualiter fructuum uenturorũ experimẽta sumãtur. T.IX.
De oleo chamæmilleo. T.X.
De œnante. T.XI.
De alica. T.XII.
De horis. T.XIII.

TITVLI MENSIS IVLII.

De iterandis agris, de messe triticea, de extirpandis uepribus, & filectis, de arboribus operiendis, puluerandis nouellis. T.I.
De hortis, in eo de cepullis, radicibus, atriplice, ocymo, malua, beta, lactuca, porro, item napis, & rapis cum disciplina sua. T.II.
De pomis, in eo de emplastratione, de pyro, malo, citreo, ficu, palma. T.III.
De armentis, & gregibus, in eo de admittendis tauris, & arietibus. T.IIII.
De extirpando gramine. T.V.
De uino scyllite. T.VI.
De hydromelli. T.VII.
De aceto scyllitico. T.VIII.
De sinapi. T.IX.
De horis. T.X.

TITVLI MENSIS AVGVSTI.

De agris exilibus arandis, de apparanda uindemia, de occatione uinearum locis frigidis. T.I.
De exili, & misera uinea reficienda. T.II.
De pampinandis, & obumbrandis uitibus, & extirpandis caretis, atq; filicetis. T.III.
De urendis pascuis. T.IIII.
De hortis, in eo de rapa, & napo, de radice cum disciplina sua, de pastinaca. T.V.
De pomis. T.VI.
De apibus. T.VII.
De aqua inuenienda. T.VIII.
De puteis. T.IX.
De aqua probanda. T.X.
De aquæ ductibus. T.XI.
De mensuris, & ponderibus fistularum. T.XII.
De omphacomelli. T.XIII.
De horis. T.XIIII.

TITVLI MENSIS SEPTEMBRIS.

De agris pinguibus tertiandis, uel implendis exilibus, de stercorando. T.I.
De serendo tritico, & adoreo in locis frigidis, & opacis. T.II.
De remedio salsi humoris, de seminum mensuris, & diuersis remedijs ad sationem pertinentibus. T.III.
De serendo ordeo canterino. T.IIII.
De lupino serendo. T.V.
De piso serendo. T.VI.
De sisamo serendo, & proscindendis agris ad medicã. T.VII.
De uicia, fœno græco, & farragine serendis. T.VIII.
De lupino seredo, q natus euertatur, ut locã fœcũdet exilia. T.IX.
De pratis nouellis formandis, uel ueteribus excolendis. T.X.
De uindemia celebranda. T.XI.
De panico, & milio metendis, & faselo ad escam serendo, & apparandis aucupijs. T.XII.
De hortis, in eodem de papauere, brassica, thymo, origano, cappari cũ disciplinis suis. item gith, nasturtio, anetho, radicibus, pastinacis, cærefolio, lactuca, betis, coriandris, rapis, & napis. T.XIII.
De pomis, in eo de tubere. T.XIIII.
De pauimentis solariorum, & lateribus. T.XV.
De diamoro. T.XVI.
De seruandis uuis. T.XVII.
De uite, cuius fructus humore putrescit. T.XVIII.
De horis. T.XIX.

TITVLI MENSIS OCTOBRIS.

De adoreo,& tritico,& ordeo canterino,& eruo,& lupino,& piso,& sisamo,& faselo serendis. T.I.
De lini semine serendo. T.II.
De notãda uitiũ fertilitate,qua prouidebimus pãctioni. T.III.
De ponendis uineis, uel propagandis, reparandis, putandis,& arbustis. T.IIII.
De ablaqueanda nouella. T.V.
De utilitate propagandæ nunc uineæ. T.VI.
De inserendis arboribus,uel uitibus. T.VII.
De oliuetis instituendis,& colendis,lætandis,uel remedijs eorum,uel fossis,riuisq; purgandis. T.VIII.
Remedium,si uua compluta est. T.IX.
De oleo uiridi faciendo,& laurino. T.X.
De hortis,in eo de intybis,de carduis,de sinapi malua cum disciplinis. item de anetho,cepulla,menta,pastinaca,thymo,origano, cappari, beta,armoracea,porro transferendo,& ocymo. T.XI.
De pomis, in eo de palma,pistacijs,cerasis,& alijs pomis, quorũ permẽses suos disciplina digesta est,itẽ de cõdiẽdis pomis. T.XII.
De apibus. T.XIII.
Quæ Græci, uel alij super uina cõdienda, curandaq; dixerunt. T.XIIII.
De rosato sine rosa. T.XV.
De uinis pomorum. T.XVI.
De œnomelli. T.XVII.
De defruto,carœno,sapa. T.XVIII.
De passo. T.XIX.
De cydonite. T.XX.
De fermento mustcorum seruando. T.XXI.
De uua passa. T.XXII.
De horis. T.XXIII.

TITVLI MENSIS NOVEMBRIS.

De satione tritici, farris,ordei, fabæ cum disciplina sua, de lenticula mature serenda,de lini semine. T.I.
De pratis nouis instituendis,ponendis uitibus,& propagandis,& circum fodiendis nouellis,ac recidendis mergis. T.II.
De uinea ueteri in ingo,uel pergula reparanda. T.III.
De putandis uitibus,& arboribus locis tepidis,& oliuetis,& faciendo oleo. T.IIII.
De oliuetis ponendis,& curandis ægris arboribus,cõrbibus,palis,ridicis faciendis,oleo laurino faciendo. T.V.
De hortis, in eo de allio ulpico cum disciplinis, de cepullis, & plantis carduorum,de armoracea,& cunela. T.VI.
De pomis, in eo de persico, de pinu, de prunis,de castaneis cum omni disciplina,& pomis aliorum mensium. T.VII.
De apibus,in eo de mundãdis,ac muniendis castris earũ. T.VIII.
Remedium uitibus,quæ sine fruge luxuriant. T.IX.
Remedium sterili uiti. T.X.
De rosario ex paucis uirgulis instituendo. T.XI.
De uua,quæ usq; ad uer reseruetur in uite. T.XII.
De gregibus ouilli generis,et caprini,et pascendi ordine. T.XIII.
De glandibus legendis. T.XIIII.
De materie cædenda. T.XV.
De transferendis arboribus maioris ætatis. T.XVI.
De oleo faciendo secundum Græcos,& emendando. T.XVII.
Oleum liburnico simile. T.XVIII.
Vt oleum sordidum purges. T.XIX.
De oleo odoris horrendi. T.XX.
De oleo rancido curando,& emendando. T.XXI.
De condiendis oliuis. T.XXII.
De horis. T.XXIII.

TITVLI MENSIS DECEMBRIS.

De serendis frumentis,& faba,& lini semine. T.I.
De fodiendis pastinis,& cædenda materie,palis,& ridicis,& oleo laurino,ac myrtino. T.II.
De hortis,in eo de lactuca,allio,ulpico,cepulla,sinapi,& cunela. T.III.
De pomis,ĩ eo de hypomelidibus,et aliorũ mensiũ pomis. T.IIII.
De rapis condiendis. T.V.
De echinis,& pernis,& lardo saliendis,& auium laqueis disponendis. T.VI.
De hortis. T.VII.

Adnotata paucula quædam errata quæ uel ſenſum peruertebant, uel lectorem morari poterant.

demitto, pro demito. 7.b
lata cuppa, pro q̃ lata cuppa 6.a
figito, pro figito 6.a
una, pro una 9.a
deimplicis, pro dein plicis. 12.a
habebit, pro habeat 18.a
turunda, pro turundam. 21.a
ut non ſolum, pro non ſolum & ſuperflua eſt. 22.b
ut te, ut abundat. 22.b
uitas, pro uitis. 26.b
inuectos, pro inuectus 30.a
inuectos, pro auectus. 30.a
oppetere, pro oportere. 33.a
Nam refert, pro nam ut refert. 35.b
ſata, pro ſato. 36.a
Byrachiũ, pro Dyrrachiũ. 37.a
cuius utilitatem quod ignorant pleriq; licet uidere è torculis olearijs fluere in agros, ac non ſolum denigrare terram ſed multitudine facere ſterilem. ita lege. 39.a
tubulis, pro tabulis 39.b
promtto, pro promuto. 40.a
M. Tullij pro M. Terentij 41.a
proponebant, pro præponebant. 41.a
rei, pro re. 41.b
Oeta, pro Aeeta. 42.a
ducuntur, pro dicuntur.
quoniã puri, pro q̃ iã puri. 43.a
proinde, pro perinde. 43.b
aduerſo ſole, pro auerſo 44.b
alieno, pro alienos. 47.a
amiſſurã, pro admiſſuram. 05.a
ut equis, pro ut equus 51.b
in agris, pro in agros. 54.b
in hoc, pro hũc ad te mitto.
inter, amnatium, pro Interamnatium. 55.a
tua iſte, pro tua iſta. 55.b
hos, pro os. 59.a
encudunt, pro excludunt. 60.a
ſarturæ a ſura. Alij. à ſartura aſſanda 60.a
ſubuolant, aliter ſubcollãt. 64.a
Sed ſi tranſituræ ſunt apes: pro Sed & aluus, in quam tranſituræ ſunt apes, apiaſtro perficanda. 65.a
præpoſui pro præpoſuit. 68.b
ſi, pro ſit. 73.a
æſtuum, pro æſtuum. 73.a
mollem, pro molem 74.a
madeſcit, pro madefacit. 81.b
effecta, pro effoeta. 82.a
fieri, pro ſeri 86.a
Græcij, pro Græcini 96.b
mollibus, pro molibus 103.a
productam, pro productiũ 104.b
quoddam, pro quodam 106.a
onerarij, pro onerari 111.b
ſine, pro ſint. 113.b
non quidẽ, pro non quid. 118.a
onera uitis, pro onerat ruſtici. 119.b
uti, pro uiti 129.b
liquorum, pro liquorem. 131.a
deliberatum, pro delibratam.
Solus, pro Solis. 134.a
facſcat, pro fracſcat aut flacæſcat. 135.b

diſpenſari, pro diſpenſati. 139.b
Saluiatur, aliter, ſaliuatur. 144.b
mollius, pro melius. 147.a
mullus, pro mulus. 148.b
colo, pro collo. 149.b
callidiſſimus, pro callidiſſimus. 151.a
ferrum, pro ferum. 158.a
os, pro hos. 165.a
dies, pro des. 166.b
ſcaurum, pro ſcarum & mox. ſcaurus, pro ſcarus. 169.a
fluxuoſos, pro flexuoſos. 170.a
uitem, pro uitam. 172.a
earumq; alias, pro eorumq; alia: ubi ter poſitũ eſt alias, pro alia, & mox nonnullas pro non nulla. 172.b
q̃ apes quibus, pro q̃ quibus uapes. nõ ẽ, pro nõ eſſe. 175.a
Poſt, pro poteſt. 177.a
habene, pro habent. 179.a
conijcatur, pro conijcãtur. 181.a
diligẽtius, pro diligentius 181.a
parpatitur, pro perpetitur. Delmatibus, pro palmitibus. 181.b
æque, pro æqua. 182.a
& ſummi frequentia, pro ſummoq; frequentia 182.b
Tu, pro tunc. 183.a
diſſerere, pro diſſere 183.b
Acriſionos, pro Acriſionæos. 184.a
aluos, pro aluus. 184.b
conuenientes, pro conniuentes. Mænalium, pro Mænalidum. pyrous, pro pyrois. 185.
Serpiculũ, pro ſcirpiculũ 185.b
uenere, pro uentre. 186.b
maias, pro maijs 192.a
debeant, pro debeat, matura pro mature. 194.b
materies, pro maceria. 197.a
cœrceat, pro cœrceas. aqua pro aquam. 199.a
alterutrũ, pro alterum. intus qui, pro quæ tectis. cuſtodienda, pro cuſtodiendi 202.a
Cellaris, pro cellarijs. diligentius, pro diligentiam. 204.a
ſufficienda, pro ſuffiẽda. 208.b
Gremia, pro crema. 209.a
potatum, pro potandum. 220b
ſeparare, pro ſeparet. 221.b
canis, pro cuius 223.a
interrimos, pro integerrimos. 226.a
uidemiam, pro poſt uindemiam 227.a
imitatur, pro imitemur. 232.a
priſtina, pro piſtrina. 243.a
utilitate, pro uilitate. 256.a
trina, pro trima. 262.b
uno, pro uino. 266.b
confracta, pro confracti. 270.a
fides, pro ſedes. 273.a
redices, pro recides. 273.b
ueſcitur, pro neſcitur. 281.a
regno, pro regio. 286.b

M. CATO DE RE RVSTICA.

ESTINTERDVM præstare populo, mercaturis rem quærere, nitã periculosum siet, et item fœnerari, si tam honestum siet. Maiores enim nostri sic habuere, et ita in legibus posuere, furem dupli condemnari, fœneratorẽ quadrupli. Quanto peiorem ciuem existimarint fœneratorem, quàm furem, hinc licet existimari. Et uirum bonum cum laudabant, ita laudabant. Bonum agricolam, bonumq; colonum. Amplissime laudari existimabatur, qui ita laudabatur. Mercatorem autem strenuum, studiosumq; rei quærendæ existimo, uerum (ut supra dixi) periculosum, & calamitosum. At ex agricolis et uiri fortissimi, & milites strenuissimi gignuntur, maximeq; pius quæstus, stabilissimusq; consequitur, minimeq; inuidiosus. Minimeq; male cogitantes sunt, q in eo studio occupati sunt. Nunc (ut ad rem redeam) quod promisi institutum primum hoc erit. I. PRAEDIVM Cum comparare cogitabis, sic in animo habeto, uti ne cupide emas, neue opera tua paras uisere, & ne satis habeas semel circumire. Quoties ibis, toties magis placebit, quod bonũ erit. Vicini quo pacto niteant, id animaduerto. In bona regione bene nitere oportebit, & uti eò cum introeas, circunspicias. uti inde exiri possit, uti bonum cœlum habeat, ne calamitosum siet. solum bonum sua uirtute ualeat. Si poteris sub radice montis siet, in meridiem spectet, loco salubri, operariorum copia siet, bounq; ibiq; aquarium, & oppidum ualidum propè siet, aut mare, aut amnis, quà naues ambulãt, aut uia bona, celebrisq;. Siet autem & in ijs agris, qui non sæpe dominos mutant, qui in his agris prædia uendiderint, quos pigeat uendidisse, uti bene ædificatum siet. Caueto ne alienam disciplinam temere contemnas. De domino bono colono, bonoq; ædificatore melius emetur. Ad uillam cum uenies, uideto uasa, torcula, & dolia multa ne sient. ubi non erunt, scito pro ratione fructuum esse. Instrumenti magni ne siet, bono loco siet. Videto quamminimi instrumenti sumptuosus ager ne siet. Scito idem agrum quod hominem, quamuis quæstuosus siet, si sumptuosus erit, relinqui non multum. Prædium quod primum siet, si me rogabis, sic dicam. De omnibus agris, optimoq; loco si emeris iugera agri centum, uinea est prima, si uino multo siet. Secundo loco hortus irriguus, tertio salictum, quarto oletum, quinto pratum, sexto campus frumentarius, septimo sylua cædua, octauo arbustum, nono glandaria sylua.

II.

PATER familias ubi ad uillam uenit, ubi larem familiarem salutauit, fundum eodem die, si potest, circumeat, si nō eodem die, at postridie, ubi cognouit quomodo fundus cultus siet, operaq; quæ facta, infectaq; sient, postridie eius diei uillicum uocet, roget, quid operis siet factum, satisne tempori opera sient confecta, quæ durare possint, quid restet, aut quæ reliqua sient conficienda, & quid factum uini, frumenti, aliarumq; rerum omnium ubi ea cognouit, rationem inire oportet operarium dierum. Si ei opus nō apparet, dicat uillicus sedulo se fecisse, seruos non ualuisse, tempestates malas fuisse, seruos aufugisse, opus publicum effecisse. ubi eas, aliasq; causas multas dixerit, ad rationem operum, operarumq; uillicum reuocā. Cum tempestates, pluuiæue fuerint, uideto quot dies, quæue opera per imbrē fieri potuerint, dolia luuari, picari, uillam purgari, frumentum trāsferri, stercus foras efferri, sterquilinium fieri, semen purgari, funes ueteres sarciri, nouosq; fieri centones, culiones ue familiam oportuisse sibi sarcire. Per ferias uero fossas ueteres tergeri, uiam publicam muniri, uepres recidi, hortum fodiri, pratum purgari, uirgas uincari, spinas runcari, cremariq; ex piscina immundicias afferri, mūdicias fieri. seruis excocta cibaria non tanta dari, quanta cum sine tempestate operātur in arua. Vbi hæc cognita æquo animo sient, quæue reliqua opera sient, curare uti pficiantur. rationes putare argentariam, & frumentariā familiæ, pabuli ue causa quæ parāda siēt parare. rationē itē uinariā, olearia mq; qd uenierit, quid exactum siet, quid reliquū siet, quidq; siet, quod ueneat, quæ satis accipiunda sient, satis accipiantur. reliqua quæ sient, ut compareant. Siqua desint in annum, uti comparentur, quæ supersint, uti ueneant quæ opus sient locato, locentur quæ deinde opera fieri uelit, et quæ locare uelit, imperet, et ea scripta relinquat. Pecus consyderet, auctionem uti faciat. Vendat oleum, si pretium habeat, uinum frumentumq; quod supersit. Vendat boues uetulos, armenta reiicula, oues reiiculas, lanā, pelles, plostrum uetus, ferramēta uetera, seruū senem, seruū morbosum, et siquid aliud supersit, uendat. Patrem familias uendacem, non emacem esse oportet. III.

PRIMA adolescentia patrem familiæ agrum statim conserere studere, ædificare diu cogitare oportet, conserere cogitare nō oportet, sed facere. ubi ætas accessit ad annos triginta sex, tū ædificare oportet, si agrum consitum habeas. Tum ita ædifices, ne uilla fundum quærat, neue fundus uillam. Patrem familiæ uillam rusticam bene ædificatam habere expedit, et cellam olearia m, uinaria mq; instructam, et dolia multa, uti lubeat caritatem expectare, & id rei & uirtuti, & gloriæ erit. Torcularia bona habere oportet, ut opus bene effici possit. Olea ubi lecta siet, oleum fiat continuo, ne corrumpatur. Cogitato quot annis tempestates magnas uenire, & oleam deyecere solere. Si cito sustuleris, & uasa parata erunt, nihil damni erit ex tempestate, et oleum uiridius, & melius fiet. Si in terra, uel tabulato olea nimium diu erit, putrescet, oleum fœndum fiet, ex quauis olea oleū uiridius, uel bonū fieri potest, si tempori facies. In ingera oleti centūuigenti, uasa bina esse oportet. Si oletum bonum, beneq; frequens, cultumq; erit, trapetos bonos, priuos, impares esse oportet, ut si orbes comriti sient, ō mutare possis, funes loreos, priuos, rectes senos, fibulas duodenas, medi pontos, priuos, loreos, trochleas græcanicas binas, quæ funibus sparteis ducantur. Orbiculis superioribus octenis, inferioribus senis citius duces. Si rotas uoles facere, tardius ducentur, sed minore labore. IIII.

BVBILIA bona, beneq; ædificata, bonas præsepes falisicas habeāt clatratas. Clatros inter se oportet pede distare. Si ita feceris, pabulū boues non eijcient. Villā suburbanā pro copia ædificato m bono prædio. Si bene ædificaueris, beneq; posueris eam, ruri si recte habitaueris, libentius, & sæpius uenies, fundus melior erit, minusq; peccabitur, fructi plus capies. Frons capitio prior est. Vicinus bonus esto. Familiam ne siueris peccare. Si te libenter monitas uidebit, facilius tua uendes, operas facilius locabis, operarios facilius conducs. Si ædificabis, operis iumentis, materia inuabunt. Si quid (bona sainte) sibi uenerit, benigne defendent. V.

HAEC ERVNT uillici officia. Disciplina bona utatur. Feriæ seruentur. Alieno manum abstineat. Sua seruet diligenter. Litibus familia supersedeat. Siquis quid deliquerit, pro noxa bono modo uindicet. Familiæ male ne sit, prouideat, ne algeat, ne esuriat, & opere bene exerceat, sic facilius malo, & alieno prohibebit. Villicus si nolet male facere, non faciet. Si posse erit, dominus impune ne sinat esse. Pro beneficio gratiam referat, ut alijs recte facere libeat. Villicus ne sit ambulator, solitus siet semper. Ad cœnam nequò eat. Familiam exerceat, consydereq; ut quæ dominus imperauerit, fiant. Ne plus cenſeat sapere se, quam dominum. Amicos domini eos habeat sibi amicos. Cui iussus siet, ausultet. Rem diuinam nisi compitalibus in compito, aut in foco ne faciat. Ini sse domini credat nemini. Quod dominus crediderit, exigat. Satui semen, cibaria, far, uinum, oleum mutuum dederit nemini. Dies, aut tres familias habeat, unde utenda roget, & quibus det præter cæ nemini. Rationem cum domino crebro putet. Operarium, mercenarium, pollintorem diutius eundem ne habeat die. Nequid em sse uelit insciente domino, neu quid dominum cælauisse uelit. Farsitum

ne quem habeat. Augurem, aruspicem, ariolum, chaldæum ne quem consuluisse uelit. Segetem ne defrudet, nam id infelix est. Opus rusticum omne curet uti sciat facere, et id faciat sæpe, dum ne lassus fiat. Si fecerit, scibit in mente familiæ quid siet, & illi animo æquiore facient. Si hoc faciet, minus libebit ambulare, & ualebit rectius, et dormibit libentius. Primus cubitu surgat, postremus cubitum eat. prius uillam uideat clausa uti siet, & uti suo quisq; loco cubet, et uti iumenta pabulũ habeant. Boues maxima diligentia curatos habeto. Bubulcis obsequitor statim, quo libentius boues curent. Aratra, uomeresq; facito, uti bonos habeas. Terrã cariosam caueto ne ares, neue plostrum, neue pecus in eam impellas. Si ita non caueris, quò impuleris, triennio fructum amittes. Pecori, & bubus diligenter substernatur, ungulæ curentur. Scabiem pecori, & iumentis caueto id ex fame, & si impluit fieri solet. Opera omnia mature confician. Nam res rustica sic est, si unam rem serò feceris, omnia opera serò facies. Stramenta si deerunt, frondem iligneam legito, eam substernito ouibus, bubusq; Sterquilinium magnum studeto habeas. Stercus sedulo conserua, cum exportaueris spargito, & comminuito. Per autumnum euehito. Circum oleas autumnitate ablaqueato, & stercore addito confoueto, frondem populneam, ulmeam, querneamq; cædito, & per tempus eam condito non peraridam pabulum ouibus. Item fœnum, cordum siclimenta de prato demitto, eaq; arida condito. Post imbrem autumni rapinam pabulum, lupinumq; serito. VI.

AGRVM Quibus locis conseras, sic obseruari oportet. Vbi ager crassus, & lætus est sine arboribus, eum agrum frumentarium esse oportet. Idem ager si nebulosus est, rapa, raphanos, milium, panicum id maxime seri oportet, in agro crasso, & caldo oleam conditiuam, radium maiorem salentinam, orchitem posea, sergianam, colminianam, albicerem, quam earum in his locis optimam dicent esse, eam maxime serito. Hoc genus oleæ in uigintiquinq; aut triginta pedes conserito. Ager oleto conserundo, qui inuentum fauonium spectabit, et soli ostentus erit, alius bonus nullus erit. Qui ager frigidior, et macrior erit, ibi oleam licinianam seri oportet. Sin in loco crasso, aut caldo seueris, hostus nequam erit, & ferundo arbor peribit, & muscus ruber molestus erit. Circum coronas, & circum uias ulmos serito, & populos, uti frondem ouibus, & bubus habeas, & materiam, ut siquid opus erit parata siet. Sicubi in his locis ripæ, aut locus iunctus humectus erit, ibi cacumina populorum serito, & arundinetum. Id hoc modo serito, bipalio uortito, ibi oculos arundinis pedes ternos alium ab alio serito. Ibiq; corudam serito, unde asparagi fiant. Nam conuenit

conuenit arundinetum cum coruda, eo quia foditur, & incenditur, et umbram per tempus habet. Salicem græcam circum arundinetum serito, uti siet, qui uineam alliges. Vineã quo in agro conseri oportet, sic obseruato. Qui uino locus optimus dicetur esse, et ostentus soli, ibi amineum minusculum, & geminum eugeneum, & helueolum minusculum conserito. Qui locus crassus erit, aut nebulosior, ibi amineum maius, aut murgentinum, aut apicium lucanum serito. Cæteræ uites, & de his uasellæ maxime in quemuis agrum conueniunt. VII.

FVNDO suburbano arbustum maxime cõuenit habere, uti ligna, & uirgæ salicti uenire possint, & domino fiat, qui utatur. In eodem fundo suum quodq; fructi genus conseri oportet, arbustoq; uitem copulari. Amineum minusculum, & maiusculum, & apicium. Hæc in ollis, ollæ in uinaceis conduntur eadem in sapa, & musto recte conduntur, quas suspendas duracinas, amineas maiores, & scantianas oportunissimas esse, hæ & ad fabrum ferrarium pro passis recte seruantur. Poma mala struthea, cotonea, scantiana, quiriniana, itẽ alia conditiua mala mustea, & punica, eo lotium suillum, aut stercus ad radicem eorum addere oportet, uti stabilia mala fiant. Pyra uolema, aniciana, & sementina. Hæc conditiua in sapa bona erunt, tarentina, mustea, & cucurbitina. Item alia genera q̃plurima serito, aut inserito, oleas orchites, posias, eæ optimæ conduntur, uel uirides in muria, uel in lentisco contusæ. Orchites ubi nigræ erunt, & siccæ, sale confricato dies duos, postea salem excutito, in solem ponito biduum, uel sine sale in defrutum condito. Sorba in sapa cum uis cõdire, uel siccare, uiridia facias. item pyrea eodem modo facias. VIII.

FICOS Mariscas in loco cretoso & aprico serito, africanas, & herculanas, saguntinas, hybernas, telanas, atras pediculo longo, eas in loco crasso, aut stercorato serito. Pratum si irriguum habebis, fœnum non deficiet. si non, & erit siccum, summittito sub urbe hortum omne genus, coronamenta omne genus, bulbos megaricos, myrtum coniugulum, & album, & nigrum, laurum delphicam, & cypriam, & syluaticam, nuces caluas, auellanas, prænestinas, & græcas, hæc facito uti serantur. IX.

FVNDVM Suburbanum, & qui eum fundum solum habebit, ita paret, itaq; conserat, uti quam fertilissimum habeat. Salicta locis aquosis, uietis, umbrosis, propterq; amnes ibi seri oportet. Et id uideto, uti aut domui opus sient, aut ut uenire possint. Prata irrigua, si aquam habebis, id potissimum facito, si aquam non habebis, sic ut habeas quamplurimum facito. Hoc modo prædium quoduis expedit facere. X.

OLIVETVM agri ducentorum quadraginta iugerum habere oportet uillicum, uillicam, operarios quinque, bubulcos tres, subulcum unum, asinarium unum, opilionem unum. Summa hominum XIII. boues ternos, asinos instratos clitellarios, qui stercus uectent tres, asinum unum ad oues centum, uasa olearia instructa iuga quinque, ahenum unum quod capiat quadrantalia triginta, operculum aheni unum, uncos ferreos tres, urceos aquarios tres, infundibula duo, ahenum aliud quod capiat quadrantalia decem. aheni operculum, urceos tres, labellum polulum, amphoras olearias duas, urnam quinquagenariam unam, trullas tres, situlum aquarium unũ, peluim unam, matellionem, trullum scutriscum unum, matellam, nasiternam unam, candelabrum unum, sextarium unum, plostra maiora tria, aratra cum uomeribus sex, iuga cum loris ornata tria, ornamenta bubus sex, urpicem unum, crates stercorarias quatuor, scirpeas stercorarias tres, semuncias tres, instrata asinis tria ferramenta, furcas ferreas octo, sarcula octo, palas quatuor, rutra quinq; rastros quadridentes duos, falces fœnarias tres, stramentarias sex, arborarias quinq; secures tres, cuneos tres, fistulam farrariam unam, forcipes duas, rutabulum unum, foculos duos, dolia olearia decem, labra totidem, dolia queis uinaceos condat decem. amurcaria decem, uinaria decem. frumentaria uiginti, labrum lupinarium unum, serias sex, labrum uinaticum unum, solium unum, labra aquaria quinq. opercula dolijs, & serijs prima plura, molas asinarias unas, & trusatiles unas, hispanienses unas, mollilia tria, abacum unum, orbes æneos duos, mensas duas, scamna magna tria, scamnum in cubiculo unum, scabillia tria, sellas quatuor, solia duo, lectum in cubiculo unum, lectos loris subtentos quatuor, & lectos communes tres, pilam ligneam unam, fullonicam unam, tedam iugalem unam, pilas duas, pilum fabarium unum, farrearium unum, seminarium unum, qui nucleos secernat, modium unum, semodium unum, culcitras octo, instragula octo, puluinos sex decim, operimenta decem, mappas tres, centones pueris sex. XI.

VINEAM CENtenum iugerum habere oportet uillicum uillicam, operarios decem. bubulcum unum. asinarium unum. subulcum unum. Summa hominum. XV. boues duos. & asinos plostrarios duos. asinum molarium unum. uasa torcularia, instructa tria. dolia cum operculis, ubi uindemiæ esse possint, culeorum octingentorum. dolia item, ubi uinaceos condat uiginti, frumentaria uiginti. opercula doliorum, & tectoria prima urnas spharteas sex. amphoras spharteas quatuor. infundibula duo. cola utilia tria. cola, queis florem

florem demant, tria, urceos mustarios decem. plostra duo. aratra duo. iuga plostraria duo. iugum asinarium unum. mollile unum, ahenum, quod capiat culeos triginta. operculum aheni unum, uncos ferreos tres. ahenum aliud, quod capiat culeos decem, & operculum, urceos aquarios duos. amphoram nasiternam unam. peluim unam. matellionem unum. trullum unum. situlum aquarium unum. trullum scutriscum unum. candelabrum unum. matellam, lectos quatuor. scamnum unum. mensas duas. abacum unum. scabillia quatuor, arcam uestiariam unam. armarium promptuarium unum. scamna longa sex. rotam aquariam unam. modium præferratum unum. semodium unum. solium unum. labrum uinarium unum. labrum lupinarium unum. serias decem. ornamenta bubus, & asinis instrata tria. semũcias tres. sportas fœcarias tres. molas asinarias tres. trusatiles unas. ferramenta, falces uineaticas sex, scirpiculas quinq; falces syluaticas quinque, arborarias tres, rusticarias decem, secures quinque, & cuneos quatuor, ucmeres ferreos decem, palas sex, rutra quatuor, rastros quadridentes sex, crates stercorarias quatuor, scirpeam stercorariam unam, forcipes duas, foculos duos, rutabulum, orbulas amerinas uiginti, quala saturia. VII. alueos quadraginta. palas ligneas quadraginta, limtres duos, culcitras quatuor, instragula quatuor, puluinos sex, operimenta sex, mappas tres, centones pueris sex. XII.

IN TORCVLARIVM hæc opus sunt, uasis quinis, præla temperata quinque, superuacanea tria, siculas quinq; superuacaneam unam, funes loreos quinque, subductarios quinque, medipontos quinque, trocleas quinque, capistra quinque, asserculas quinque, ubi præla sita sient quinque. serias tres, fibulas quadraginta, uectes quadraginta, confibulas ligneas, queis arbores comprimat, si debisant, & cuneos sex, trapetos quinque, cuppas minusculas decem, alueos decem, palas ligneas decem, rutra ferrea quinque. XIII.

IN TORcularium usui quod opus siet. VRceum unum æneum, quod capiat quadrantalia quinq;, uncos ferreos tres, orbem æneum unum, molas unas, cribrum unũ, incerniculum unum, securim unã, scamnum unum, seriam uinariam unam, clauem torculario unam, lectum stratum, ubi duo custodes liberi culent, et tertius seruus unà cum factoribus uti cubet. fiscinas nouas, uetus epidromum, puluinum, corium unum, lucernas craticulas duas, carnarium unum, scalas duas. In cellam olearium hæc opus sunt. Dolia olearia, & opercula, & labra olearia. xiiii. conchas maiores duas, & minores

duas, trullas æneas tres, amphoras olearias duas, urceum aquarium unum, urnam quinquagenariam unam, sextarium olearium unum, labellum unũ, infundibula duo, spongias duas, urceos fictiles urnales duos, trullas ligneas duas, claues cum clostris III. cællas duas, trutinam unam, centum pondũ incertum unũ, & pondera certa. XIIII.

VILLAM Aedificandam si locabis nouam ab solo, faber hæc faciat oportet. Parietes omnes (uti iussitur) cælce, & cementis, pilas ex lapide angulari, tigna omnia, quæ opus sunt, limina, postes, iugumenta, asseres, fulcimenta, præsepes bubus hybernas, & æstiuas falisas, equile, cællas familiæ, carnaria tria, orbem, ahena duo, haras decem, focum, ianuam maximam, et alteram, quam uolet dominus, fenestras, clatros in fenestras maiores, et minores bipedales decem, lumina sex, scamna tria, sellas quinq; tedas iugales duas, luminaria sex, paululũ latum pilam, ubi triticum pinsant, unam, fullonicam unam, antepagmenta, uasa torcula duo. Herus materiem, et quæ opus sunt domui, præstabit, & ad opus dabit, succidet, dolabit, lineabit, secabitq; materiam solam duntaxat. Conductor uero lapidem, cælcem, arenam, aquam, paleasq; parabit, & terram, unde lutum fiat. Si de cœlo uilla tecta siet, de ea re uerba diuina uti fiant, procuret. Huic operi precium ab domino bono, qui bene præbeat, quæ opus sunt, & numos fide bona soluat. In tegulas singulas. N. duo. In tectum sic numerabitur tegula, integra quæ erit, quæ non erit, unde quarta pars aberit duæ pro una. Deliciares quæ erunt, pro binis integris putabuntur, in alijs quot erunt in singulas quaternæ numerabuntur. Villæ fundamenta ex cementis, & cælce supra terram pede, cæteros parietes ex latere, iugumenta, & antepagmenta, quæ opus erunt, ex lapide indito. Cætera lex uti uilla ex cælce, & cementis si fiat, in tegulas singulas N. 115. in loco salubri bono domino. Hæc precia, quæ supra posita sunt, ex signo inani precum erit, loco pestilenti, ubi æstate fieri non potest, bono domino pars quarta precij accedat. XV.

MACERIA Si ex cælce, & cementis, uel silice ædificetur, uti dominus omnia ad opus præbeat, altam pedes quinque facito, & culmen pedem unum, crassam, pedem, & semissem, longum pedes quindecim, & uti sublinat conductor locari oportet. Parietes uillæ si locet in pedes centum, idest pedes denos quoquouorsum, habeat libellum in pedes quinos, & perticam unam ped. iii. ciix. Si sesquipedalem parietem dominus uoluerit, fundamenta faciat, & ad opus præbeat, ei longitudini, et latitudini in pedes singulos altitudinis opus est cælcis modium unum, arenæ modios duos. XVI.

CALCEM Partiario coquendam qui dant, ita dant. Calcarius perficit,

perficit, & coquit, & ex fornace cælcem eximit, & ligna conficit ad fornacem. Dominus lapidem, ligna ad fornacem, quod opus siet, præbet. XVII.

ROBVR, Et materies item pro ridicat, ubi solstitium fuerit ad brumam semper tempestiua est. Quæ materies semen habet, cum maturum semen habet, tum tempestiua est. Quæ materies semen non habet, cum glubet, tum tempestiua est. Ea quæ semen uiride, & maturum habet, uti est semen de cupresso, & de pino, quisuis anni temporibus legere possis. item quisuis anni temporibus matura est, et tempestiua, ibi dum sunt nuces binæ, inde semen excidet, & anniculæ. ubi primum incipiunt hiascere, tum legi oportet, tum primum per semen incipiunt maturæ esse. Postea usqueadeo sunt plus menses octo. Hornotinæ nuces uirides sunt. Vlmus, cum folia cadunt, tum utraq; tempestiua est. XVIII.

TORCVLARIVM si ædificare uoles, quadrarijs uasis uti contractiora fient. ad hũc modum uasa componito, arbores crassas pedes duos, altas pedes nouem cum cardinibus, foramina longa pedes tres semis, & ex cælpta digitos sex. Ab solo foramen primum, pede uno semis, inter arbores ped. ii. inter arbores, & parietes ped. ii. arbores ad stipitem primum directos ped. sexdecim, stipites crassi ped. ii. alti cum cardinibus ped. decem, sucula præter cardines ped. nouem, prælum longum ped. uigintiquinque, inibi lingulam ped. 115. pauimentum binis uasis cũ canalibus duobus ped. triginta quatuor, trapetibus locum dextra, & sinistra, pauimentum ped. uiginti, inter binos stipites uectibus locum pedes uigintiduo. Alteris uasis ex aduersum ab stipite extremo ad parietem, qui ponè arbores est, pedes uiginti. Summa torculario, & uasis quadrarijs latitudo pedum sexaginta sex, longitudo pedum quinquaginta duorum siet. Inter parietes arbores ubi statues, fundamẽta bona facito, alta pedibus quinq;, inibi lapides silicæos in totum forum statuito longum ped. quinque, latum ped. 115. Ibi foramen pedicinis duobus facito. ibiq; arbores pedicino in lapide statuito. Inter duas arbores, quod loci supererit, robore expleto, eo plumbum fundito, superiorẽ partem arborum digitos sex altam facito siet, eo capitulum robustum indito, uti siet stipites ubi stent. Fundamenta pedibus quinis facito. Ibi silicem longum ped. 115. latum ped. 115. Crassum ped. 15. planum statuito, ibi stipites statuito. Item alterum stipitem statuito, insuper arbores, stipitesq; trabem planam imponito, latam ped. duos, crassam pedẽ unum longam ped. triginta septem. Has duplices indito, si solidas non habebis, sub eas trabes inter canales, & parietes extremos, ubi trapeti stent,

trabeculam pedum uigintitrium, & semis imponito sesquipedalem, aut binas pro singulis desuper ponito. In his trabeculis trabes, quæ insuper arbores stipites stant, collocato. In his tignis parietes extruito, iungitóq; materiæ, uti oneris satis habeat. Areã ubi facies, ped. quinque fundamenta alta facito, lata ped. sex, aream, & canalem rotundam facito latam ped. quatuor. S. Cæterum pauimento toto fundamenta pedum duorum facito. fundamenta primum fistucato, postea cementis minutis, & calce arenato semipedem ununquodq; corium struito. Pauimenta ad hunc modum facito, ubi librauerís, de glarea, & calce arenato primum corium facito, id pilis subigito, inde alterum corium facito. Eo calcem cribro succretam indito alte digitos duos. ibi de testa arida pauimentum struito, ubi structum est, pauito, fricatóq; oleo perungito, uti pauimentum bonum siet. Arbores, stipitesq; robustes facito, aut pineas. Si trabes minores facere uoles, canales extra columnam exponito, si ita feceris, trabes pedum uigintiduorum longæ. opus erunt. Orbem olearium latum pedibus quatuor, punicarnis coagmentis facito crassum digitis sex, subscudes iligneas adindito. Eas ubi confixeris, clauis corneis occludito. In eum orbem tres cathenas indito. Eas cathenas cum orbibus clauis ferreis corrigito. Orbem ex ulmo, aut ex corylo facito. Si utrunq; habebis, alternas indito. XVIIII.

IN VASA uinaria stipites, arboresq; binis pedibus altiores facito, supra foramina arborum pedem quæq; uti absient, unæ fibulæ locum facito. semipedem quoquouersum, in suculum sena foramina indito. foramen, quod primum facies, semipedem ab cardine facito, cætera diuidito quam rectissime. porculum in media sucula facito. Inter arbores medium quod erit, id ad mediam collibrato, ubi porculũ figere oportebit. uti in medio prælum recte situm siet. Lingulam cum facies, de medio prælo collibrato, ut inter arbores bene conueniat, digitum pollicem laxamenti facito. Vectes longissimos pedum decem, et octo, secundos pedum sexdecim, tertios pedum quindecim, remissarios pedum duodecim, alteros pedum decem, tertios pedum octo. XX.

TRAPETI Columnellam ferream, quæ in miliario stat, eã rectam stare oportet in medio ad perpendiculum, cuneis salignis circunfigi oportet bene. eo plumbum effundere caueto, ni labet colũnella. Si autem mouebitur, eximito, & denuo eodem modo facito, donec non se moueat. si se mouerit, eo plumbum fundito. Modiolos in orbes, oleaginos ex orchite olea facito, & eos circumplumbato, caueto ne laxi sient. Si autem labent, in cuppam eos indito tunicas solidas, & latas digitum pollicem facito, labeam bifariam faciat, & habeat quas

figat clauis duplicibus, ne cadant. XXI.

CVPPAM trapeti facito pedes decem, tam crassam, quàm modioli postulabunt, mediam aliã iter orbes, quæ conueniat, tam crassam, quàm columnella ferrea erit. Eam mediam pertundito, uti in columnella indere possis. Eo fistulam ferream indito, quæ in columnellã conueniat, & in cuppam. Inter cuppam dextra, sinistráq; pertundito late digitos primores. IIII. alte digitos primores tres, sub cuppa tabulã ferream lata cuppa media erit, pertusam figito, quæ in colũnellam conueniat dextra, sinistráq;. foramina ubi feceris, laminis circumplectito replicato in inferiorem partem cuppæ omnis quatuor laminas dextra, sinistráq; foramina utrinq; secus laminas. Sublaminas polulas minutas supponito, easq; inter sese configito, ne foramina maiora fiant, quo cuppæ minusculæ indentur. Cuppam, qua fini in modiolos erit, utrinque secus imbricibus ferreis quatuor desues, ibiq; utrinque secus facito, qui figas. imbrices medias clauulis fugito. Supra imbrices extrinsecus cuppã pertundito, qua clauus eat, qui orbẽ claudat. Insuper foramen librarium ferreũ digitos sex latum indito, pertusum utrunq; secus, qua clauus eat. Hæc omnia eius rei causa fiunt, uti ne cuppa in lapidem conteratur. Armillas quatuor facito, quas circum orbem indas, ne cuppa, et clauus conterantur. Intrinsecus cuppam materia ulmea, aut faginea facito. Ferrum factum, quod opus erit, uti idem faber figat. LX. operæ opus sunt, cum plumbum in cuppam emittis. IIII. cuppã qui concinnat, et modiolos qui indat, & plumbet operas fabri duntaxat octo. Idem trapetum oportet accommodet. Sumpti summa. N. LXXII. præter adiutores. XXII.

TRAPETVM hoc modo accommodare oportet, librator uti statuat pariter. ab labris digitũ minimũ orbẽ abesse oportet. ab solo mortarij orbes cauere oportet, ne quid mortarium terant. Inter orbẽ, & miliarium unũ digitum interesse oportet. si plus intererit, atq; orbes nimium aberunt, funi circunligato miliarium arcte crebro, uti expleas quod nimium interest. Si orbes altiores erunt, atq; nimium mortarium deorsum teret, orbiculos ligneos pertusos in miliarium, in columnellam supponito, eo altitudinẽ temperato. Eodem modo latitudinẽ orbiculis ligneis, aut armillis ferreis temperato, usq; dum recte temperabitur. Trapetus emptus est in Suessano numis quadringentis, et olei. p. l. composturæ numis sexaginta, uectura boum, & operas sex cum bubulcis numis septuaginta duobus. cuppam ornatam numis septuaginta duobus. pro oleo. N. XXV. Summa sumpti. N. DCXXIX. cæterus ornatus domi. Põpeijs emptus est trapetus numis tricentis octoginta quatuor, uectura ducentis octoginta numis empta est. Domi me-

lius concinnatur, & accommodatur. Eo sumpti opus est. N. LXV.
Sũma. N. DCCXXIX. Si orbes ueteres trapeto parabis mudios crassos pede uno, digitis tribus, altos pede uno, foramen semipede quo quouorsum. eos cum aduexeris, ex trapeto temperato. Vendũtur ad rusfri macerias numis centum octoginta, temperantur numis triginta, tantidem Pompeijs emuntur. XXIII.

FACE Ad uindemiam, quæ opus sunt, uti antea parentur, uasa lauentur, orbulæ sarciantur, picentur dolia, & alia, quæ opus sint, picentur. & cum pluet, aqua imbuantur. Quala parentur, & sarciantur. far molatur. bennæ emantur. oleæ caducæ saliantur. Vuas miselas ad uinum præliganeum, quod operarij bibant, ubi tempus erit, legito sucum puriter omnium dierum pariter in dolia diuidito. Si opus erit, defrutum indito in mustum, de musto lixiuo coctum, partem quadragesimam addito de fruti, uel salis sesquilibram in culeum indito. Marmor si indes in culeum, libram indito in urnam, & mixto cũ musto. Si in dolium resinam indes, in culeum musti. p. iii. bene commiuito, inde in fiscellam indito, & facito uti in dolio musti pendeat. eã crebro quassato, uti resina deliquescat. Si indideris defrutum, aut marmor, aut resinam, dies uiginti permixto crebro, tribulatoq; quotidie. Tortiuum mustum circumcadaneum suo cuiq; dolio diuidito, additoq; pariter. XXIIII.

VInum græcum hoc modo fieri oportet. Vuas Apicias peroctas bene legito. ubi delegeris, in eius musti culeum aquæ marinæ ueteris quadrantalia bina, uel salis puri modium. Hunc in fiscellam suspendito, finitoq; cum musto distabescat. Si helueolum uinum facere uoles, dimidium helueoli, dimidium apicij indito, defrutiq; ueteris partem trigesimam addito. Quicquid uini defrudabis, partem trigesimam defruti addito. XXV.

CVM Vinum coctum erit, & cum legetur, facito uti seruetur familiæ primum. Sicq; facito, studeas bene peroctum, sicumq; legere, ne uinum nomen perdat. Vinaceos quotidie recentes suoernito. Lectos ex sicato restibus subtentis, cribro illi rei parato, siccos conculcato in dolia picata, uel in lacum uinarium picatum. id bene operito, iubetoq; oblini, uti habeas, quod des bubus per hyemem. Indidem, si uoles, lauito paululum, & lorea erit familiæ, quod bibat. XXVI.

VINDEMIA Facta uasa, torcula, orbulas, fiscinas, funes, patibula, fibulas iubeto suo quicq; loco condi. Dolia cum uino bis in die face extergeantur. Priusq; scopulas in dolia facito habeas illi rei, quæ labra doliorum circunfricet. Vbi erit lectum post dies triginta, si bene decocta erunt dolia, oblinito. Si uoles de fece demere uinum,

tum erit ei rei optimum tempus. XXVII.

SEMENTIM Facito ita, ocymum, uitiã, fœnum græcum, fabam, eruum, pabulum bubus se ito. Alteram, & tertiam pabuli sationem facito. Deinde alias fruges serito, scrobes inuertito oleis, ulmis, uitibus, ficis, simul cum semine. Si erit locus siccus, tum oleas per sementim serito, & quæ ante satæ erunt, teneras tum supputato, & arbores ablaqueato. XXVIII.

OLEAS, Vlmos, ficos, poma, uites, pinos, cupressos cum seres, bene cum radicibus eximito cum terra sua quamplurima, circumligatoq; uti ferre possis, in alueo, aut in orbula ferri iubeto. Caueto autem, ne cum uentus siet, aut imber effodias, aut seras. nam id maxime cauendum est. In scrobe cum pones, summam terram subdito. postea operito terra radicibus fini, deinde calcato pedibus bene, deinde fistucis, uectibusq; calcato quamoptime poteris. Id erit ei rei primum. Post hæc arbores crassiores digitis quinq; quæ erunt, eas præcisas serito, oblinitoq; simo summas, & foliis alligato. XXIX.

STERCVS Diuidito sic. Partem dimidiam in segetem, ubi pabulum seras, inuehito. et si ibi olea erit, simul ablaqueato, stercusq; addito. Postea pabulum serito, partem quartam circum oleas ablaqueatas, qua maxime opus erit, addito, terraq; stercus operito. Alteram quartam partem in pratum reseruato, idq; tum maxime opus erit, ub fauonius flabit. Euehito luna silenti. XXX.

BVBVS Frondem populneam, ulmeam, querneam, ficulneamq; usquedum habebis, dato. Ouibus frondem uiridem, usquedum habebis, præbeto. Vbi sementim facturus eris, ibi oues delegato, et frondem usq; ad pabula matura dato. Pabulum aridum, quod condideris in hyeme, q̃ maxime conseruato, cogitatoq; hyems q̃ longa siet. XXXI.

AD Oleam cogendam quæ opus erunt, parẽtur. Vimina matura, salices per tempus legantur, uti siet unde orbulæ fiant, & ueteres sarciantur. Fibulæ unde fiant aridæ iligneæ, ulmeæ, nuceæ, ficulneæ face uti in stercus, aut in aquam coniciantur. inde ubi opus erit, fibulas facito. uectes iligneos, aquifolios, laureos, aut ulmeos facito, uti sient parati. Prælum de sappino atra potissimum facito. At ulmeã, pineã, nuceam, hanc, atq; aliã materiem omnem cum effodies, luna decrescẽte eximito post meridiem sine uento austro. Tum erit tempestiua, cũ semen suũ maturũ erit. Cauetoq;, ne per rorẽ trahas, aut doles. Quæ materies semen nõ habebit, cum glubet, tempestiua erit. Vento austro caueto, neq; materiem, ne ue uinũ tractes, nisi necessario. XXXII.

VINEAS, arboresq; mature face uti incipias putare. Vites propages in sulcos, sursum uorsum, quoadeius facere poteris, facito uti ducas.

Arbores hoc modo putentur, rami diuaricentur, quos relinques, et uti recte cædantur, et ne nimium crebri relinquantur. uites bene nodẽtur per omnes ramos. diligenterq; cæueto, ne uitem præcipites, et ne nimium perstringas. Arbores facito uti bene maritæ sint, uitesq; uti satis multæ asserantur, & sicubi opus erit, de arbore deijciantur, et in terram deprimantur, & biennio post præcidito ueteres. XXXIII.

VINEAM sic facito, uti curetur. Vitem bene enodatam deligato recte, flexuosa uti ne siet, sursum uorsum semp adducto, quoadeius poteris, uinarios, custodesq; relinquito. Quam altissimam uineam facito, alligatoq; recte, dum ne nimium constringas, hocq; modo eam curato. Capita uitium per sementim ablaqueato. Vineam putatam circunfodito. arare incipito, ultro citroq; sulcos perpetuos ducito. Vites teneras quamprimum propagato, ueteres q̃minimum castrato, potius, si opus erit, deijcito, biennioq; post præcidito. Vitem nouellam resecari tum erit tempus, ubi ualebit. Si uinea à uite caluata erit, sulcos interponito, ibiq; uiuiradicem serito, umbram ab sulcis remouito, crebroq; fodito. In uinea uetere serito ocymum. Si macra erit, quod granum capiat ne serito, et circum capita addito stercus, paleas, uinaceas, aut ali quid horum, quo rectius ualeat. Vbi uinea frondere cœperit, pampinato. Vineas nouellas alligato crebro, ne caules fatæ perfringantur. Et quæ iam uitis in perticam ibit, eius pampinos teneros alligato leuiter, porrigitoq;, uti recte spectent. Vbi uua uaria fieri cœperit, uites subligato, pampinatoq;, & uuas expellito, circum capita sarrito. Salictum suo tempore cædito, glubito, arcteq; alligato. Librum conseruato, & cum opus erit in uinea ex eo in aquam conijcito. Vimina unde corbulæ fiant, conseruato. XXXIIII.

REdeo ad semẽtim. ubi q̃q; locus frigidissimus, aquosissimusq; erit, ibi primũ serito. In calidissimis locis semẽtim postremũ fieri oportet. terrã caue cariosã tractes. ager rubricosus, et terra pulla atterina rudeta, et arẽosa. Itẽ quæ aquosa nõ erit, ibi lupinũ bonũ siet. In creta, et uligĩe, et rubrica, et agro, q̃ aquosus erit, semẽ adoreũ potissimũ serito, quæ loca sicca, et n̄ herbosa erũt, et apta ab umbra, ibi triticũ serito. XXXV.

FABAM in locis ualidis non calamitosis serito. Vitiam, & fœnum græcum q̃minime herbosis locis serito. Siliginem, triticum in loco apto, & calso, ubi sol q̃diutissime siet, seri oportet. Lentim in rudeto, & rubricoso loco, qui herbosus non siet, serito. Hordeum qui locus nouus erit, aut qui restibilis fieri poterit, serito. trimustrem quo in loco sementim maturam facere non poteris, & qui locus restibilis crassitudine fieri poterit, seri oportet. Rapinã & coles rapicij unde fiãt, & raphanũ in loco stercorato bñ aut in loco crasso serito. XXXVI.

QVAE segetem sterc̃orant. Stercus columbinum spargere oportet in pratum, uel in hortum, uel in segetem. Caprinum, ouillum, bubulum, item cæcrum stercus omne sedulo conseruato. Amurcam spargas, uel irriges ad arbores, circũ capita maiora amphoras, ad minora urnas cum aquæ dimidio addito, & prius ablaqueato nõ alte. XXXVII.

CARIOsam terram facies, si iacies cicer, & qua uellitur, et quod salsum est, eo malum est. Hordeum, & fœnum græcum, et eruum, hæc omnia segetem exurunt, & omnia, quæ uelluntur ex eis, mala sunt. Nucleos in segetem ne indideris, qui suffocãt fruges. Lupinum, fabã, uitia, stercus ut le facias, habent. Stramenta, paleæ, fabalia, & cætera iidem. Aceris frondem, iligneam, queruneam ex segeti uellito. Stipulas, ebulum, et cicutã & circum satã herbam altam succide, et eã sub sternito ouibus, bubusq; Frondẽ putridã & putrem partem de nucleis succernito, et in lacum conijcito, eo aquam addito, permiscetoq; rutro bene. Inde lutum circum oleas ablaqueatas addito, et nucleos itẽ combustos addito. Vinea si macra erit, sarmenta sua concidito minute, & ibidẽ inarato, aut insodito. Per hyemẽ lucubratione hæc facito. Ridicas & palos, quos pridie in tecto posueris, sicos dolato, faculas facito. Stercus egerito, nisi in trimestri, lunaq; dimidiata materiã ne tãgas. Materiã, quam effodies, aut præcides, ab terra diebus septẽ, q̃bus luna plena fuerit, optime eximetur. Omnino cæueto, ne quã materiã doles, neu cædas, neu tãgas, nisi sicam, neu gelidã, neu rorulentã. Frumẽta bis face sarrias, runcesq;, auenãq; destringas. De uinea, et arboribus putatis sarmenta deterge, fiscinã face, et uites, et ligna in cãminum congere, siculna, et codicillos dño in aceruũ componito. XXXVIII.

FORNACem calcatream pedes latã decem facito, altam pedes uiginti usq; ad pedes tres summam latam redigito. Si uno præfurnio coques, lacunam intus magnam facito, uti satis siet, ubi cinerem concipiat ne foras sit educendus. Fornacem bene struito, farcitoq; foras, ut totam fornacem infimam complectatur. Si duobus præfurnijs coques, lacuna nihil opus erit. Cum cinere eruto opus erit, altero præfurnio eruito, in altero ignis erit. Ignem cæueto ne intermittas, quin semper siet, neue noctu, neue ullo tempore intermittatur, cæueto. Lapidem bonum, quamduriss̃imum, quamminime uarium in fornacem indito. Cum fornacem facies, fauces præcipites deorsum facito. Vbi satis foderis, tum fornaci locum facito, ut quam altissima, & quamminime uentosa siet. Si parum altam fornacem habebis, ubi facies, lateribus summam struito, aut cæmentis. Summam cum luto extrinsecus oblinito. Cum ignem subdideris, si qua flamma exibit, luto oblinito, ne nisi per orbem exeat summum. Ventus ad præfurnium cæueto ne accedat.

Inibi austrum cæueto permaxime. Hoc signi erit, ubi cælx cocta erit, summos lapides coctos esse oportebit. item infimi lapides cocti cadent, & flamma minus fumosa exibit. Itaq; si ligna, & uirgas non poteris uendere, neq; lapidem habebis unde cælcem coquas, de lignis carbones cogito, uirgas, & sarmenta, quæ tibi ustioni supererunt, in segetem comburito. Vbi eas combusseris, ibi papauer serito. XXXIX.

VBI Tempestates malæ erunt, cum opus fieri non poterit, stercus de sterquilinio egerito. Bubile, ouile, cortem, & uillam bene purgato. Dolia plumbo uincito, uel materie quernea, & nisi sicca alligato. Si bene sarseris, aut bene alligaueris, & in rimas medicamentum indideris, beneq; picaueris quoduis dolium, uinarium facere poteris. Medicamentum in dolium hoc modo facito. Ceræ partem. I. resinæ partem I. & sulfuris partem. IS. Hæc omnia in cælcem nouum indito eo addito gypsum contritum, uti crassitudo fiat quasi emplastrum, & eo dolia sarcito. Vbi Sarseris, qui colorem eundem facias, cretæ crudæ partes duas cælcis tertiam commisceto, inde laterculos facito, coquito in fornacem, conterito, idq; inducito. Per imbrem in uillam quærito, quid fieri possit. Ne cessetur munditias facito. Cogitato, si nihil fiet, nihilo minus sumptum futurum. XL.

PER Ver hæc fieri oportet. Sulcos, et scrobes fieri seminarijs. Vitia rijs locum uerti. uites propagari. In locis crassis, & humectis ulmos, ficos, poma, oleas seri oportet. Ficos, oleas, mala, pyra, uites inseri oportet luna silenti post meridiem, sine uento austro. Oleas, ficos, pyra, mala hoc modo inserito. Quē ramum insiturus eris, præcidito, inclinato aliquantulum, ut aqua defluat. Cum præcides, cæueto ne librum conuellas. Sumito tibi surculum durum, eum peracuito, salicem græcam discindito, argillam, uel cretam coaddito, arenæ paululum, et fimum bubulum. Hæc unà bene condensato, quam maxime uti lutum fiat, dein capito tibi scissam salicem, eaq; surpem præcisam circunligato, ne liber frangatur. ubi id feceris, surculum aridum præacutum inter librum, et surpem arcato primores digitos duos, postea capito tibi surculum, quod genus inserere uoles, cum primore præacuito obliquum primores digitos duos. surculum aridum, quem arcueras, eximito, eoq; arcito surculum, quem inserere uoles. librum ad librum uorsum facito, arcato usqueadeo quo præacueris. Idē alterum surculum tertium, quartum facito. Quot genera uoles, tot indito, salicem græcā amplius circunligato, luto densato, surpē oblimito, digitos crassos tres. Insuper lingua bubula obtegito, si pluat, ne aqua in librum permeet. eam linguam insuper librum alligato, ne cadat. Postea stramentis circundato, alligatoq;, neu gelu noceat. XLI.

VITIS Insitio una est per uer, altera est cū una floret, ea optima est. Pyrorum, & malorum insitio per uer, & per solstitium dies quinquaginta, & per uindemiam. Oleæ, & ficorum insitio est per uer. Vitem sic inserito, præcidito quam inseres, eamq; mediā diffindito per medullā. eo surculos præacutos arcato. Quos inseres medullam cum medulla componito. Altera insitio est. Si uitis uitem contingat, uitis utriusque latus alterum præradito oblique, & inter sese medullā cum medulla libro colligato. Tertia insitio est. Terebra uitem quam inseres, pertundito. eo duos surculos uitigineos, quod genus esse uoles, insertos obliquos arcito ad medullam. facitoq; ut medullæ medullā coniungas, arcitoq; ea, qua terebraueris, alterum ex altera parte. Eos surculos facito sint longi pedes binos, eos in terram demittito, replicatoq; ad uitis caput, uitiq; uinclis alligato, medios in terrā defigito, terraq; operito. Hæc omnia luto prædicto oblinito, alligatoq;, integitoq; ad eundem modum, tanquam oleas. XLII.

FICOS, & oleas altero modo inserito, quod genus aut ficum, aut oleam esse uoles, inde librum scalpro eximito, & alterum librum cum gemma de eo fico, quod genus esse uoles, eximito, apponitoq; in eū locum, unde extraxeris in alterum genus, facitoq; uti conueniat. Librum lōgum facito digitos tres semis, et ad eundem modum oblinito, integitoq;, uti cætera. XLIII.

SVLCOS, si locus aquosus erit, alueatos esse oportet latos summos, pedes tres, altos pedes quatuor, infimum latum pedē unum, & palmum. eos lapide consternito. si lapis non erit, perticis saligneis uiridibus quoquouersus collatis consternito. si pertica non erit, sarmentis colligatis itidem facito, Postea scrobes facito altos pedes tres semis, latos pedes quatuor, & facito uti de scrobe aqua in sulcos defluat, & ita oleas inserito. Vitibus sulcos, & propagationes, ne minus pedibus II. S. quoquouersus facito. Si uoles uinea cito crescat, & olea, quam seueris, semel in mense sarrito, & circum capita oleagina quot mensibus donec trimæ erunt, fodere oportet. Eodem modo cæteras arbores procurato. XLIIII.

OLIVE tum diebus quindecim ante æquinoctiū uernū incipito putare. Ex eo die dies quadraginta quinq; recte putabis. Id hoc modo putato, qui locus recto ferax erit, quæ arida erunt. & si quid uentus interfregerit, ea omnia eximito. qui locus ferax non erit, eo plus concidito, aratoq; bene enodato, sterpesq; leues facito. XLV.

TALEAS oleagnas, quas in scrobe saturus eris, tripedaneas decidito, diligenterq; tractato, ne liber laboret. cum dolabis, aut secabis, quas in seminario saturus eris, pedales facito, easq; sic inserito. Lo-

cus bipalio subactus siet, beneq; glutus siet. Cum taleam demittes, pe-
de tantum opprimito. si parũ descendit, malleolo, aut mateola adigi-
to, cauetoq; ne librum scindas, cum adiges. Palo prius locum si feceris,
quo taleam demittas, & si ita seueris, utilis siet talea, meliusq; uiuet,
Taleæ ubi trimæ sunt, tum deniq; tibi curæ sint, ubi liber sese uertet.
Si in scrobibus, aut in sulcis seres, ternas taleas ponito, easq; diuaricã-
to, supra terram, ne plus quatuor digitis transuersis emineant. gem-
ma, uel oculo seruato. XLVI.

SEMINARIVM ad hunc modum facito. Locum quam opti
mum, & apertissimum, & stercoratissimum poteris, & quam simil-
limum terræ, ubi semina posituris eris, & uti ne nimis longe semina,
ex seminario ferantur, cum locum bipalio uortito, delapidatoq; et cir
cunsepito bene, & in ordine serito, in sesquipedem quoquouorsum ta
leam demittito, opprimitoq; pede. & si parũ deprimere poteris, mal
leo, aut mateola adigito. digitum supra terrã facito, semina emineant.
fimoq; bubulo summam taleam oblinito, signumq; apud taleam ap-
ponito, crebroq; sarrito. Si uoles cito semina crescant, ad eundem mo-
dum, alia semina serito. XLVII.

ARVNDINEM sic serito. In ternos pedes arundinum ocu-
los disponito. uitiarium eodem modo facito, seritoq; ubi uitis bima erit,
resecato. ubi trima erit, eximito, si pecus pascetur. ubi uitem serere uo
les, ter prius resecato, quàm ad arborem ponas. ubi quinque nodos ue
teres habebit, tum ad arborẽ ponito. quot annis porrinam ibi serito,
quot annis habebis quid eximas. XLVIII.

POMARIVM seminarium ad eundem modum, atq; oleagi-
neũ facito. suum quodq; genus talearum serito. Semen cupressi ubi se-
res, bipalio uortito. uere primo serito. porcas pedes quinos latas facito.
eo stercus minutum addito, et consarrito, glebasq; comminuito. Porcam
planam facito, paululum concauam. Tum semen serito, cribro tanquã
linum, & eo terram cribro incernito, altam digitum transuersum. eã
terram tabula, aut pedibus complanato. furcas circum affigito. eo per
ticas intendito. eo sarmenta, aut crates ficarias imponito, quæ frigus ar
ceant, & solem, uti subtus homo ambulare possit, facito. crebro run-
cato, simulac herbæ incœperint nasci, eximito. Nam si herbam du-
ram uelles, cupressos simul euelles. Ad eundem modum semen pyro-
rum, malorum serito, tegitoq;. Nuces pineas ad eundem modum tan-
quam allium serito. XLIX.

VINEAM ueterem si in alium locum transferre uoles, dunta
xat brachium crassam licebit. Primum deputato, binas gemmas, nec
amplius relinquito. ex radicibus brachium bene effodito, eiusq; radi-
ces

ces persequtor, & caueto, ne radices saucies. ita uti fuerit, ponito in scro
be, aut in sulco, operitoq;, & bene oculcato. Eodemq; modo uineam
statuito, alligato, flexatoq; uti fuerat, crebroq; fodito. L.

PRATA primo uere stercorato luna silenti, quæ irrigua non
erunt. Vbi fauonius flare cœperit, tũ prata defendes, depurgatoq;, her
basq; malas omneis radicitus effodito. Vbi uineam deputaueris, acer-
uum lignorum, uirgarumq; facito. Ficos interputato, & in uinea fi-
cos sucidito alte, ne eas uites scandant. Seminarium facito, & ueteres
uites resarcito. Hoc facito ante quàm uineam defodere incipias. Vbi
daps profanata, comestaq; erit, uerno arare incipito, & locũ primum
arato, quæ siccissima erunt, & quæ crassissima, & aquosissima erũt,
ea postremum arato, dum ne prius obdurescant. LI.

PROPAgatio pomorum, aliarumq; arborũ. Ab arbore abs ter-
ra pulli, qui nascentur, eos in terram deprimito, extollitoq; primorẽ
partem, uti radicem capiat, inde biennio post effodito, seritoq;. Ficum,
oleam, malum punicum, cotoneum, aliaq; mala omnia, laurum, myr-
tum, nuces prænestinas, platanum. Hæc omnia à capite propagari,
eximiq;, seriq; eodem modo oportet. LII.

QVAE diligentius propagari uoles, in aulas, aut in qualos per-
tusos propagari oportet, & cum his in scrobem deferri oportet. In
arboribus, ubi radices capiant, calicem, aut qualum pertundito, per
fundum ramum, quem radicem capere uoles, scarificato, traijcitoq;.
Eũ qualum, aut calicem terra impleto, calcatoq; bene, in arborem re
linquito. Vbi ita fuerit, & radices egerit, ramum sub qualo præci-
dito. Qualum incidito ex una parte propè imum. Si uero calix erit
conquassato, cum eo qualo, aut caliæ in scrobem ponito. Eodem modo
uitem facito, eam anno post recidito, seritoq; cum qualo. Hoc modo
quodq; genus uolueris propagabis. LIII.

FOENVM, ubi tempus erit, secato, cauetoq; ne seró seces. Prius
quàm semen maturum siet, secato, & quod optimum fœnum erit, se-
orsum condito. LIIII.

PER uer cum arabitur ante quàm ocymum nascatur, des quod
edant bubus pabulum. Id hoc modo parari, dariq; oportet. Vbi se-
mentim patraueris, glandem parari, legiq; conuenit, & in aquam
conijci. Inde semodios, singulis bubus in dies dari oportet, aut modium
uinaciorum, quos in dolium condideris. At si non laborabunt, pascã
tur, satius erit. Interdiu pascito, noctu fœni pondo. XXV. uni boui
dato. Si fœnum non erit, frondem iligneam, & ederaceam dato.
Paleas triticeas, & ordeaceas, uiciam acus fabagnum, uel de lupino,
item de cæteris frugibus omnia condito. Cum stramenta condes, quæ

herbosissima erunt in tecto condito, & sale superspargito. Deinde ea pro fœno dato. Vbi uerno dare cœperis, modium glandis, aut uinaciorum dato, aut modium lupini macerati, & fœni pondo. XV. Vbi ocymum tempestiuum erit, dato primum. Manibus carpito, id renascetur. quod falcula secueris, non renascetur. Vsque ocymum dato, donec aresat, ita temperato, post uiciam dato, postea panicum dato, secundum panicum frodem ulmeam dato. Si populneam habueris, admisceto, ut ulmea satis siet. Vbi ulmeam non habebis, querneam, & ficulneam dato. Nihil est, quod magis expediat, quàm boues bene curare. Boues nisi per hyemem, cum non arabunt, pasci non oportet. Nam uiride cum edunt, semper id expectant. & fiscellas habere oportet, ne herbam sectentur, cum arabunt. LV.

LIGNA domino in tabulato condito, codicillosq; oleagineos, radices in aceruo sub dio metas facito. LVI.

FAMILIAE cibaria ubi opus facient per hyemem, tritici modios. IIII. præstatem modios. IIII. semis uillico, uillicæ epistatæ, opilioni modios. III. Compeditis per hyemem panis pondo. IIII. Vbi uineam fodere cœperint, panis. p. V. usqueadeo dum ficus esse cœperint, deinde ad panes. IIII. redito. LVII.

VINVM familiæ, ubi uindemia facta erit, lorâ bibant menses tres. Mense quarto heminam in dies. I. In mense congios tres. Mense quinto, sexto, septimo, & octauo, in dies sextarium. I. in mẽse congios quinque. nono, decimo, undecimo, & duodecimo in dies heminas ternas. ideſt amphoram in mense. Hoc amplius saturnalibus, & compitalibus in singulos homines congios. Summa uini in homines singulos intra annum quadrantalia. VIII. compeditis autẽ ut quicquid operis facient pro portione addito. Eos non est nimium in annos singulos uini quadrantalia. X. ebibere. LVIII.

PVLMENtarium familiæ, oleæ caducæ quamplurimum condito. Postea oleas tempestiuas, unde minimum olei fieri poterit, eas condito, & partito, uti quandiutissime durent. ubi oleæ comesæ erunt, halecem, & acetum dato. Oleum in menses dato unicuiq; sextarium I. Salis unicuiq; in anno modium satis est. LIX.

VESTImenta familiæ tunicam. p. III. S. sagi alternis annis. Quoties cuiq; tunicam, aut sagam dabis, prius ueterem accipito, unde centones fiant. Sculponeas bonas alternis annis dare oportet. LX.

BVBVS cibaria annua in iuga singula lupini modios. CXX. ac glandis modios. CCXL. fœni pondo. LXXI. ocymi tantundem. fabæ modios. XX. uiciæ modios. XXX. Præterea generatim uideto uti satis uiciæ seras. Pabulum cum seres, multas sationes facito. LXI.

QVID

QVID est agrum bene colere? Primum bene arare. Quid secundum? Arare. Quid tertium. Stercorare. Qui oletum sæpissime, & altissime miscebat, is tenuissimas radices exarabit, si male arabit, radices sursum abibunt, crassiores fient, & in radices uires oleæ abibunt. Agrum frumentarium cum aras, bene, & tempestiue ares, sulco uario ne ares. Cætera cultura est multum serere, & diligenter eximere semina, & per tempus radices quamplurimas cum terra ferre. ubi radices bene operueris, calcato bene, ne aqua nocet. Siquis quærat, quod tempus oleæ serendæ siet, agro sicco per sementim, agro læto per uer. LXII.

QVOT iuga boum, mulorum, asinorum habebis, totidem plostra esse oportet. LXIII.

FVNEM torculum esse oportet extentum. p. LV. Funem loreum in plostrum. p. LX. lorea retinacula longa p. XXVI. subiugia in plostrũ p. XVIII. funiculum. p. XV. in aratrum subiugia lorum p. XVI. funiculum. p. VIII. LXIIII.

OLEA ubi matura erit, quamprimum cogi oportet, quamminimum in terra, & in tabulato esse oportet. In terra & in tabulato putrescit. Leguli uolunt, uti olea caduca quamplurima sit, quo plus legatur. Factores, ut in tabulato diu sit, ut fracida sit, quo facilius oleum efficiant. Nolito credere oleum in tabulato crescere posse. Quamcitissime conficies, tam maxime expediet, et totidẽ modijs collectæ plus olei efficient, et melius. Olea, quæ diu fuerit in terra, aut in tabulato, inde minus fiet olei, & deterius. Oleum, si poteris, bis in die depleto. Nam oleum quandiutissime in amurca, & in fracibus fuerit, tam deterrimum erit. LXV.

OLEVM uiride sic facito, oleam quamprimum ex terra tollito. Si inquinata erit, lauito, à foliis, et stercore purgato. Postridie, aut post diem tertium, quàm lecta erit, facito. Oleam ubi nigra erit, stringito. Quàm acerbissima olea oleum facies, tam oleum optimum erit. Domino de matura olea oleũ fieri maxime expediet. Si gelicidia erũt, cum oleam coges, triduum, aut quatriduum post oleum facito. Eam oleam, si uoles, sale inspergito. Quamcalidissimum torcularium, & cællam, habeto. LXVI.

CVSTODIS, & cæpulatoris officia. Seruet diligenter cællam, & torcularium. Caueat quamminimum in torcularium, et in cællam introeatur. Quammundissimo, purissimóq; fiat uase aheneo, neq; nucleis ad oleum ne utatur. nam si utetur, oleum male sapiet. Cortinam plumbeam in lacum ponito, quò oleum fluat. ubi factores uectibus premerint, continuo cæpulator concha oleum, quam diligentissime po-

terit, tollat, nec cesset. Amurcam caueat ne tollat. Oleum in labrum primum indito. Inde in alterum dolium indito. De ijs labris fraces, amurcamq; semper subtrahito. Cum oleū fusuleris de cortina, amurcam dehaurito. LXVII.

ITEM custodis officia. quae in torcularia erunt uasa, pura habeat, curetq; uti olea bene perficiatur, beneq; sicetur. Ligna in torcularione cædat. Oleum frequenter capulet. Factoribus det in singulos sextarios, & in lucernam quod opus siet. Fraces quotidie eijciat. amurcam commutet usqueadeo, donec in lacum, qui in cella est, postremum peruenerit. fiscinas spōgia effingat. Quotidie lacum oleo commutet, donec in dolium peruenerit. In torculario, et in cella caueat diligenter, nequid olei surripiatur. LXVIII.

VBI uindemia, & oleitas facta erit, præla extollito, funes torculos, medipontos, subductarios aut in carnario, aut in prælo suspendito. orbes, fibulas, nectes, scutulas, fiscinas, corbulas, quala, scalas, patibula omnia, quers usus erit, in suo quodq; loco reponito. LXIX.

DOLIA oleariа noua sic imbuito. Amurcæ impleto dies VII. Facito, ut amurcam quotidie suppleas. Postea amurcam eximito, et arefacito. ubi arebit, cuminum pridie in aqua infundito. Ea postridie diluito. Postea dolium calefacito. Minus, quàm si picare uelis, tepeat, satis est. Leuibus lignis facito calescat. ubi temperate tepebit, tum cuminum indito, postea linito. Si recte liueris, in dolium quinquagenarium cumin. p. IIII. satis erit. LXX.

BVBVS si morbum metues, sanis dato salis micas. III. laurea folia. III. porri fibras. III. ulpica spicas. III. alij spicas. III. thuris grana. III. herbæ sabinæ plantas. III. rutæ folia. III. uitis albæ caules III. uini. S. III. Hæc oia sublimiter legi, teri, dariq; oportet. Ieiunus siet, qui dabit. Ter triduum de ea potione unicuiq; boui dato. Ita diuidito, cum ter unicuiq; dederis, omnem absumas. Bosq; ipsus, et qui dabit, facito ut uterq; sublimiter stent. uase ligneo dato. LXXI.

BOS si ægrotare cœperit, dato continuo ei ouum unum gallinaceum crudum, integrum facito ut deuoret. Postridie caput unum ulpici conterito, & id uase ligneo terito, & cum hemina uini facito bibat sublimiter. Bosq; ipsus, & qui dabit, sublimiter stet. Ieiunus ieiuno, boui dato. LXXII.

BOVES ne pedes subterant, priusquam in uiā quoquam agas, picē liquida cornua infima unguito. LXXIII.

VBI uuæ uariæ cœperint fieri, bubus medicamentum dato quotannis, uti ualeant. Pellem anguinam ubi uideris, tollito, & condito, ne quæras, cum opus siet. Eam pellem, & far, & salem, & serpillum,

serpillum, hæc omnia unà conterito, cum uino dato bubus omnibus ut bibant. per æstatem boues aquam bonam, & liquidam bibant, semper curato, ut ualeant refert. LXXIIII.

PANEM depsticium sic facito. Manus, mortariumq; bene lauato. Farinam in mortarium indito, aquæ paulatim addito, subigitoq; pulchre. ubi bene subegeris, defingito, coquitoq; sub testa. LXXV.

LIBVM hoc modo facito. Casei pōdo. II. in mortario bene distrahat. ubi bene destrinerit, farinæ siligneæ libram, aut si uoles tenerius esse, selibram siligneæ simul eodē indito, permiscetoq; cum caseo bene, ouum. I. addito, & unà bene permiscето. Inde panem facito. Folia subdito, in foco calido sub testu coquito leniter. LXXVI.

PLACENTAM sic facito. Farinæ siligneæ lib. II. unde solum facias in tracta, farinæ lib. IIII. & alicæ primæ. lib. II. alicā in aquam infundito. ubi bene mollis erit, in mortarium purum indito, siccatoq; bene. Deinde manibus depsito. ubi bene subactum erit, farinæ libr. IIII. paulatim addito, id utrunque tracta facito. In qualo, ubi arescant, componito. ubi arebunt, componito puriter, tum facies in singula tracta. Vbi depsueris, panno oleo uncto tangito, & circumtergito, ungitoq; ubi tracta erūt. focū, ubi ea coquas, calefacito bene, & testum. Postea farinæ lib. II. conspergito, condepsitoq;. Inde facito solū tenue casei otilis. p. XIII. ne acidū siet, & bene recens in aquam ter indito, ibi macerato, aquā ter mutato. Inde eximito, siccatoq; bene paulatim manibus, siccum bene in mortariū iponito. Vbi omnem caseum bene siccaueris, in mortarium purum manibus condepsito, comminuitoq; quammaxime. Deinde cribrum farinariū purum sumito, caseumq; per cribrum facito transeat in mortarium. Postea idito mellis boni. p. IIII. S. id unà bene commisceto cum caseo. Postea in tabula pura, quæ pateat pedem. I. ibi balteum ponito, foliaq; laurea uncta supponito, placentam fingito. Tracta singula in totum solum primum ponito, deinde de mortario tracta linito, tracta addito singulatim, item linito usqueadeo, donec omnem caseum cum melle absumas eris. In summum tracta singula indito, postea solū contrahito, ornatoq; focum. de iunipero, temperatoq;. Tunc placentam imponito texto caldo operito, pruna insup, & circum operito. Videto, ut bene, et otiose percoquas, aperito, dū inspicias bis, aut ter. ubi cocta erit, eximito, et melle ungito. hæc erit placēta semodialis. LXXVII.

SPIRAM sic facito quantum uoles pro ratione, ita uti placenta fit, eadem omnia facito, nisi sic alio modo fingito in solo tracta, cum melle oblinito bene. Inde tanquam restim tractes facito, ita impōnito in solo, deimplicis completo bene arcte. Cætera omnia quasi placentam

facias, facito, coquitóq;. LXXVIII.

SCRIblitam sic facito. In balteo tractes caseo, ad eundem modum facito, uti placentam sine melle, coquitóq;. LXXIX.

GLOBVLOS sic facito. Caseum cum alica ad eundem modum misceto. inde quantos uoles facere facito, in ahenum caldum unguen ídito. Singulos, aut binos coqto, uersatóq; crebro duabus rudibus, coctos eximito. Eos melle ungito, papauere ífriato, ita ponito. LXXX.

ENCHYTVM sic ad eundem modum facito, uti globulos, nisi calicem pertusum cauum habeat. ita in unguem caldum fundito. hoc in restim quasi spiram facito. idq; duabus rudibus uersato, perfrigitóq;. Item ungito, coloratóq;, caldum ne nimium, id cum melle, aut cum mulso apponito. LXXXI.

ERNEVM tanquam placentam facito, eadē omnia indito, quæ in placentam, et permisceto in alueo. Indito in hirneam fictilem, eam demittito in aullam æneā aquæ calidæ plenam. Ita coquito ad ignē. ubi coctum erit, hirneam confringito, ita ponito. LXXXII.

SPHAERICAM sic facito, ita uti spiram, nisi sic effingito, detractis caseo, melle, sphæras pugnum altas facito. Eas in solo componito, densas eodem modo componito, atque spiram, itemq; coquito. LXXXIII.

VOTVM pro bubus, ut ualeant, sic facito. Marti Syluano in sylua interdius, in capita singula boum uotum facito. farris adorei libras tres, & lardi pondo. IIII. pulpæ pondo. IIII. S. uini sextarios tres. S. Id in urnas liceto conijcere, & uinum idem in unum uas liceto conijcere. Eam rem diuinam uel seruus, uel liber licebit faciat. Vbi res diuina facta erit, statim ibidem consumito. Mulier ad eam rem diuinam ne adsit, ne'ue uideat quomodo fiat. Hoc uotum in annos singulos, si uoles, licebit uouere. LXXXIIII.

SAVILLVM hoc modo facito. Farinæ selibram, casei. p. II. S. unà commisceto quasi libū, mellis pōdo S. :~ & ouum. Catinū fictile oleo ungito. Vbi bene omnia commiscueris, in catinum indito. Catinum texto operito. uideto ut bene percoquas medium, ubi altissimum est. ubi coctum erit, catinum eximito, melle ungito. papauere infriato, sub textum subde paulisper, postea eximito. ita pone cum catino, & lingulis. LXXXV.

PVLTEM punicam sic coquito. Libram alicæ in aquam indito, facito ut bene madeat. Id infundito in alueum purum, eo casei recentis. p. III. mellis. pondo. S. ouum unum, omnia unà bene permisceto. Ita insipito in aulam nouam. LXXXVI.

GRANEAM triticeam sic facito. Selibram tritici puri in mortarium

tarium purum indat, lauetq; bene, corticemq; deterat bene, eluatq;. Postea in aullam indat, & aquam puram, coquatq;. Vbi coctum erit, lacte addat paulatim usqueadeo, donec cremor crassus factus erit. LXXXVII.

AMYLVM sic facito. Siliginem purgato bene, postea in alueum indat, eo aquam addat bis in die. Die decimo aquam exsiccato, exurgeto bene, in alueo puro misceto bene, facito tanquam fæx fiat. Id in linteum nouum indito, exprimito cremorem in patinam nouam, aut in mortarium, id omne ita facito, & refricato denuo. Eam patinam in sole ponito, ut arescat. ubi arebit, in ollam nouam indito, inde facito cum lacte coquat. LXXXVIII.

SALEM CANdidum sic facito. Amphoram defricato, colluitóq;, puram impleto aqua pura, in sole ponito, ibi fiscellam cum sale populari suspendito, & quassato, suppletóq; Identidem. Id aliquoties in die facito usqueadeo, donec sal desiuerit tabescere biduum. Id signi erit, menam aridam, uel ouum demittito, si natabit, ea muries erit, qua uel carnem, uel caseos, uel salsamenta condias. Eam muriam in labella, uel in patina in sole ponito. Vsqueadeo in sole habeto, donec concreuerit. Inde flos salis fiet. Vbi nubilabitur, noctu sub tecto ponito. Quotidie, cum sol erit, in sole ponito. LXXXIX.

GALLINAS, & anseres sic farcito. Gallinas teneras, quæ primum parierint, concludat, polline, uel farina ordeacea conspersa turundas faciat. eas in aquam intinguat, & in os indat. paulatim quotidie addat, & ex gula consyderet, quod satis siet. Bis in die farciat, & meridie bibere dato, nec plus aquam ante sinat, quàm horam. I. Eodem modo anserem alito, nisi prius dato bibere bis in die, & bis escam. XC.

PALVMBVM recentem sic farcito. Vti prehensus erit, ei fabā coctam tostam primum dato. ex ore in eius os inflato item aquam. Hoc dies. VII. facito. Postea fabam fresam puram, & far purum facito, & fabæ tertia pars ut inferuescat. cum feruere incipiet, puriter facito, & coquito bene. id ubi excoxeris, deponito, bene oleo manum ungito, depsitóq; primum pusillum, postea magis depses, oleo tangito, depsitóq;, dum poteris facere turundas, & eas ex aqua dato, et escam temperato. XCI.

AREAM sic facito Locum ubi facias confodito, postea amurca cōspergito bene, sinitóq; combibat. Postea comminuito bene glebas. Deinde coæquato, & pauiculis uerberato. Postea denuo amurca conspergito, sinitóq; arescat. Si ita feceris, neque formicæ nocebunt, neque her-

bæ nascentur. XCII.

FRVMENTO ne gurgulio noceat, neu mures tangant, lutum de amurca facito, palearum parum addito, sinito marcescant bene, et subigito, eo granarium totum oblinito crasso luto, postea conspergito, amurcæ bene omne, quod lutaueris. Vbi aruerit, eo frumentum refrigeratum condito, gurgulio non nocebit. XCIII.

OLEA si fructum non fert, ablaqueato. Postea stramenta circũponito. Postea amurcam cum aqua commisceto æquas partes. Deinde ad oleam circunfundito, ad arborem maximam amphoram unam commisti satis est. Ad minores arbores pro ratione indito. Et idem hoc si facies ad arbores feraces, hæ quoque meliores fient. Ad eas tamen stramenta ne addideris. XCIIII.

FICI VTI grossos teneant, facito omnia, quæ modo oleæ, & hoc amplius, cum uer adpetet, terram adaggerato bene. Si ita feceris, & grossi non cadent, & fici scabræ non fient, & multo feraciores erunt. XCV.

CON uolumus in uinea ne fiat, amurcam, condito, puram bene facito, in uas æneũ indito congios duos, postea igni leui coquito, rudicula agitato crebro usqueadeo, dum fiat tã crassa, quàm mel. Postea sumito bituminis tertiariũ, et sulfuris quartariũ. Conterito in mortario seorsum utrũq; Postea infriato q̃mnutissime in amurcam caldam, & simul rudicula misceto, & denuo coquito sub dio. Nãsi in tecto coquas, cum bitumen, & sulfur additum est, excandescet. Vbi erit tam crassum, quàm uisum, sinito frigescat. Hoc uitem circum caput, et sub brachia ungito, conuolumus non nascetur. XCVI.

OVES ne scabræ fiant, amurcam puram, & aquam ubi lupinus deferbuerit, & fæcem de uino bono inter se pariter omnia sumito, & bene commisceto. Postea cum detunderis oues, unguito totas. Sinito biduum, aut triduum consident. Deinde in mari lauito, si aquam marinam non habebis facito aquam salsam, ea lauito. Si hæc sic feceris, non scabræ fient, & lanæ plus, & meliorem habebunt, & rizini non erunt molesti. Eodem modo in omnes quadrupedes utito, si scabræ erunt. XCVII.

AMVRCA decocta axem unguito, & lora, & calciamenta, et coria omnia, & meliora facies. XCVIII.

VESTIMENTA ne tineæ tangant, amurcam decoquito ad dimidium, & ea unguito fundum arcæ, & extrinsecus pedes, & angulos. Vbi ea aduerit, uestimenta condito. Si ita feceris, tineæ non nocebunt. Et item lignum supellectilem omnem si unges, non putrescat, & cum ea terseris, splendidior fiet. Item omnia ænea unguito,

sed prius extergito bene. Postea cum unxeris, & ea uti uoles, iterum extergito, splẽdidior erit, & ærugo non erit molesta. XCIX.

FICI ARIDAE si uoles ut integræ sint, in uas fictile condito. id amurcat decocta unguito. C.

OLEVM si in metretam nouam inditurus eris, amurcæ ita uti est cruda prius colluito, agitatoq; diu, ut bene cõmibat. Id si feceris, metreta oleum non bibet, & oleum melius fuerit, & metreta ipsa firmior erit. CI.

VIRGAS myrteas si uoles cum bacis seruare, & item aliud genus quod uis, & si ramulos ficulneos uoles cum foliis, inter se alligato, fasciculos facito, eos in amurcam demittito, supra stet amurca facito. Sed ea, quæ demissurus eris, sumito paulo acerbiora. Vas, quo condideris, oblinito plane. CII.

SI BOVEM, aut aliã q̃uis quadrupedẽ serpens momorderit Melanthij cætabulũ, et qđ medici uocant smyrneum, conterito in uini ueteris hemina. Id p nares indito, & ad ipsum morsum stercus suillum apponito. Et idem hoc (si usus euenerit) homini facito. CIII.

BOVES uti ualeant, & curati bene sient, & qui fastidient cibũ, uti magis cupide appetant, pabulum, quod dabis, amurca spargito, primo paululum, dum consuescant, postea magis, et dato rarenter bibere, commistam cũ aqua æquabiliter quarto, quintoq; die. hoc si feceris, ita boues & corpore curatiores erũt, & morbus aberit. CIIII.

VINVM familiæ, per hyemem qui utatur. Musti quadrantalia X. in dolium indito, aceti acris quadrantalia II. Eodem infundito sapæ quadrantalia duo, aquæ dulcis quadrantalia L. Hæc rudem misceto ter in die, dies V. continuos. Eo addito aquæ marinæ ueteris sextarios LXIIII. & operculum in doliũ imponito, & oblinito dies X. Hoc uinum durabit tibi usq; ad solstitium. Siquid superfuerit post solstitium, acetum acerrimum, & pulcherrimum erit. CV.

QVI AGER à mari longe aberit, ibi uinum græcum sic facito. Musti quadrantalia in ahenum, aut plumbeum infundito, ignem subdito. ubi ebulibit uinum, ignem subducito. ubi iam uinum refrixerit, in dolium quadragenarium infundito, seorsum in uas aquæ dulcis quadrantal. I. infundito, salis mod. I. sinito muriam fieri. Vbi muria facta erit, eodem in dolium infundito. Schœnum, & calamum in pila contundito, quod siet sextarium unum eodem in doliũ confundito, ut odoratum siet. Post dies XXX. dolium oblinito. Aduer in amphoras diffundito. Biennium in sole sinito positum esse. Deinde in tectum conferto. Hoc uinum non erit deterius, quàm cum. CVI.

AQVAE marinæ concinnatio. Quadrantal. I. ex alto sumito, quo aqua dulcis non accedat, sesquilibram salis frigito, eodem indito, & rude miscето usqueadeo, donec ouum gallinaceum natabit, desinito miscere. Eodem uini ueteris, uel aminij, uel miselli albi congios duos infundito, miscето probe. Postea in uas picatum confundito, & oblinito. Siquidem plus uoles aquæ marinæ concinnare, pro portione, ea omnia facito. CVII.

HOC Modo labra doliorum circunlinas, ut odorata sient, & nequid uitij in uinum accedat, sapæ congios .VI. quamoptime infundito in ahenum, aut in plumbeum. & iris aridæ contusæ heminam, & sertum campanicum. p. V. bene odoratum, unà cum iri contundas, quamminutissime per cribrum cernas, & unà cum sapa coquas sarmentis, & leui flamma commoueto. Videto, ne aduras. usque coquito, dum dimidium excoquas. Vbi refrixerit, confundito in uas picatum bene odoratum, & oblinito, & uitor in labra doliorum. CVIII.

VINVM SI uoles experiri duraturum sit, nec ne, polentam grandem dimidium acetabuli in calículum nouum indito, & uini sextarium de eo uino, quod uoles experiri, eodem infundito, & imponito in carbones, facito bis, aut ter inferueat. Tum id percolato, polentam adijcito. Vinum ponito sub dio. Postridie mane gustato. Si id uinum sapiet, quod in dolio est, scito duraturum. Si subacidum erit, non durabit. CIX.

VINVM asperũ qđ erit, lene, et suaue si uoles facere, sic facito. De eruo farinam facito lib. IIII. & uini cyathos IIII. conspergito sapa. Postea facito laterculos. Sinito combibant noctem, & diem. Postea commiscето cum eo uino in dolio, & oblinito dies LX. Id uinum erit lene, & suaue, & bono colore, & bene odoratum. CX.

ODOREM deteriorem uino demere si uoles, testam de tegula crassam puram calfacito in igni bene. Vbi calebit, eam picato, restim alligato, testam demittito in dolium infimum leniter, sinito biduo oblitum doliũ, si demptus erit odor deterior, id optime, si non, sæpius facito, usq; dum odorem malum dempseris. CXI.

SI VOLES scire in uinum aqua addita sit, nec ne, uasculum facito de materia ederacea. Vinum id, quod putabis aquam habere, eodem mittito. Si habebit aquam, uinum effluet, aqua manebit. Nam non continet uinum uas ederaceum. CXII.

VINVM cum si facere uoles, aquam ex alto marinam sumito, mari tranquillo, cum uentus non erit, die septuagesima ante uindemiam, quo aqua dulcis non perueniat. Vbi hauseris de mari, in cu-

leare doliũ fundito. nolito implere, quadrantalibus quinque minus sit, quàm plenum. operculum imponito, relinquito qui interspiret. ubi dies. XXX. præterierint, trãsfundito in alterum dolium puriter, & leuiter relinquito in imo, quod desederit. post dies uiginti in alterum item dolium transfundito, ita relinquito usque in uindemiam. Vnde uinum cum facere uoles, uuas relinquito in uinea, sinito ut bene coquantur. & ubi pluerit, et siccauerit, tunc deligito. et ponito in sole biduum, aut triduum sub dio, si pluuiæ non erunt. si pluuia erit, intecto in cratibus componito, & siqua acina corrupta erunt, depurgato. Tum sumito aquæ marinæ suprascriptæ quadrantalia. X. & in dolium quinquagenarium infundito. Tum acina de uuis miselli decerpito, de scopio, & in idem dolium usque dum impleueris, manu comprimito, ut combibant aquam marinam ubi compleueris doliũ, operculo operito, relinquito qua interspiret. Vbi triduũ præterierit, eximito de dolio, & in torculario calcato, & id uinum condito in dolia lauta, & pura, & sicca. CXIII.

VT VInum bene odoratum siet, sumito testam picatam. Eo prunam lenem indito suffito, serta, & schœno, & palma, quam habent unguentarij, ponito in dolio, & operito, ne odor exeat, ante quàm uinum indas. Hoc facito pridie quàm uinum infundere uoles, de lacu uinum quamprimum in dolium indito, sinito dies. XV. opertum ante, quàm oblinas, & relinquito qua interspiret uinum. Postea oblinito. Post dies. XL. diffundito in amphoras, & additò in singulas amphoras sapæ sextarium unum. Amphoras nolito implere nimium ansarum infimarum fini. Amphoras in sole ponito, ubi herba non siet. amphoras operito, ne aqua accedat, & ne plus quatriduũ in sole sineris. Post quatriduum in culeum componito, & instipato. CXIIII.

VINVM Si uoles concinnare, ut aluum bonã faciat, secundum uindemiam, ubi uites ablaqueantur, quantum putabis ei rei satis esse uini, tot uites ablaqueato, & signato. earum radices circum sarrito, et purgato. Veratri radices in pila contundito, eas radices ponito circum uitem. & his stercus ueteris, & ueterem cinerem, & duas partes terræ circumaddito. Radicibus uitis terram insuper injcito. Hoc uinum seorsum legito. Si uoles seruare in uetustatem, ad aluum mouendam seruato, nec commisceas cum cætero uino. De eo uino cyathum sumito, & miscето aqua, & bibito ante cœnam. Sine periculo aluum mouebit. CXV.

VINVM ad aluum mouendã, in uinum mustum ueratri atri Manipulum conjcito in amphoram. ubi satis efferbuerit, de uino manipulum ejcito. Id uinum seruato ad aluum mouendam. Aliter si

uoles uinum ad aluum mouendam cõcinnare. Vites cum ablaqueabuntur, signato rubricat, ne admiſceas cum cætero uino. Treis faſciculos ueratri atri circumponito circum radices, & terram inſuper iniicito. Per uindemiã de his uitibus, quod delegeris, ſeorſum ſeruato, cyathum in cæteram potionem indito, aluum mouebit, & poſtridie purgabit ſine periculo. CXVI.

LENTIM QVO modo ſeruari oporteat. Laſerpitiũ aceto diluito, permiſceto lentim aceto laſerpitiato, & in ſole ponito. Poſtea lentim oleo pfricato, ſinito areſcat, ita integra ſeruabitur recte. CXVII.

OLEAE Albæ quemadmodum cõdiantur, ante quàm nigræ fiant contundãtur, et in aqua deijciantur, crebro aquam mutet. Deinde, ubi ſatis macerataæ erunt, exprimat, & in aceti cõijciat, & oleũ addat, & ſalis ſelibram in modiũ olearum fœniculũ, & lentiſcum ſeorſum cõdat in acetum. Si unã admiſcere uoles, cito utitor in orculam calcato manibus ſicis. cum uti uoles, ſumito. CXVIII.

OLEAM Albam ſecundum uindemiam, qua uti uoles, ſic cõdito. Muſti tantundem addito, quantum aceti. Cætera item condito ita, uti ſupra ſcriptum eſt. CXIX.

EPITYRVM Album, nigrum, uariumq; ſic facito. Ex oleis albis, nigris, uariiſq; nucleos eijcito. Sic condito. Concidito ipſas. addito oleum, acetum, cõriandrum, cyminum, faniculum, rutam, mentam. in orculam condito, oleum ſupra fiet, ita utitor. CXX.

MVSTVM Si uoles totum annum habere, in amphoram muſtum indito, & corticem oppicato, demittito in piſcinam, poſt trigeſimum diem eximito, totum annum muſtum erit. CXXI.

MVSTA cœos ſic facito farinæ ſiligineæ modium unum muſto conſpergito. Aniſum. cyminum, adipis. p. II. caſei libram, & de uirga lauri deradito, eodem addito. Et ubi definxeris, lauri folia ſubtus addito, dum cõcoques. CXXII.

VINVM cõcinnare, ſi lotium difficilius tranſibit. Capreidam, uel iuniperũ contundito in pila, libram indito in duobus congijs uini ueteris. in uaſe æneo, uel plumbeo deferuefacito. uli refrixerit, in lagenam indito. id mane ieiunus ſumito cyathũ, proderit. CXXIII.

VINVM ad iſchiacos ſic facito. De iunipero materiam ſemipedem craſſam cõcidito minutim. Eam ferue facito cum congio uini ueteris. ubi refrixerit, in lagenam cõfundito. & poſtea id utitor uini cyathum mane ieiunus proderit. CXXIIII.

CANES interdiu clauſos eſſe oportet, ut noctu uigilantiores, & acriores ſint. CXXV.

VINVM myrtum ſic facito, Myrtum nigrã areſcito in umbra. ubi iam erit paſſa, ſeruato ad uindemiam, in urnam muſti contundito myrtæ ſemodium, id oblinito. Vbi deſiuerit feruere muſtum, myrtum eximito Id eſt ad aluum crudam, & ad lateris dolorem, & ad cæliacum, & ſi aluus non conſiſtet. CXXVI.

AD TORmina, & ſi tineæ, & lumbrici moleſti erunt, triginta mala punica acerba ſumito, contundito, indito in urceũ, & uini nigri auſteri congios tres ſuperponito. uas oblinito, poſt. XXX. dies aperito, & utitor. ieiunus heminam bibito. CXXVII.

AD DIſpepſiam, & ſtranguriam malum punicum ubi florebit, colligito. Tres heminas in amphoram infundito. uini ueteris quadrantal addito, & fœniculi radicem puram contuſam heminam unam. Oblinito amphoram. & poſt dies. XXX. aperito & utitor. Vbi uoles cibum concoquere, & lotium facere, hinc bibito quantum uoles ſine periculo. Idem uinum tinias perpurgat, & lumbricos, ſi ſic cocinnes. Incœnatum iube eſſe, poſtridie thuris drachmam conterito, & mellis cocti drachmam unam, & uini prædicti ſextarium, & origanum, dato ieiuno, & puero pro ætate triobolum, & uini heminam. Supra pilam inſcendat, & ſaliat de cies, & deambulet. CXXVIII.

HABITATIONEM delutare cum uoles, terrã, quam maxime cretoſam, uel rubricoſam ſumito, eo amurcam, infundito paleas indito. Sinito quatriduum fraceſcat. ubi bene fracuerit, rutro concidito ubi conciderit, delutato. Ita neque aſpergo nocebit, neq; mures cauа facĕt, neque herba naſcetur, neque lutamenta ſcindent ſe. CXXIX.

AREAM ubi frumentũ teratur, ſic facies. Confodiatur minute terra, & amurcat bene conſpergatur, ut combibat quamplurimum. ubi bene comminuta terra fuerit, & amurcam combiberit, cylindro, aut paxillo æquato. ubi æquata erit, neq; formicæ moleſtæ erũt, & cum pluet lutum non erit. CXXX.

CODICILLOS, oleagineos, & cætera ligna amurcæ cruda perſpergito, & in ſole ponito, perbibant bene. Ita neque fumoſa erũt. & bene ardebunt. CXXXI.

DAPEM pro bubus pyro florẽte facito. Poſtea uerno arare incipito. Ea loca primum arato, quæ rudera, arenoſaq; erunt. Poſtea uti quæq; grauiſſima, atq; aquoſiſſima erũt, ita poſtrẽo arato. CXXXII.

DAPEM hoc modo fieri oportet. Ioui dapali culignam uini quantum uis poluceto. Eo die feriæ bubus, & bubulcis, & qui dapem facient. Cum poluĕre oportebit, ſic facies. Iupiter dapalis, quod tibi fieri oportet, in domo familiaq; mea culignã uini dapi eius rei ergô. Macte uino inferiori eſto. Macte hac illace dape polucenda eſto. Ma-

nus interluito. Postea uinum sumito. Iupiter dapalis, macte istæc dape polucenda esto. Macte uino inferiori esto. Vestæ si uoles dato. daps Ioui assaria pecuina urna uini Ioui cæste. Profanato sine contagione. Postea dape facta ferito miliũ, panicum, lentum, allium. CXXXIII.

PROPAGATIO pomorum, cæterarum q; arborum arbori bus ab terra pulli, qui nati erunt, eos in terrã deprimito, excolitoq;, uti radicẽ capere possint. Inde, ubi tempus erit, effodito, feritoq; recte. Ficum, oleam, malum punicum, mala struthea, atonea, aliaq; mala omnia laurum cypriam, delphicam, prunum, myrtum coniugulum, & myrtum album, & nigrum, nuces auellanas, præneſtinas, platanum, hæc omnia genera à capitibus propagari, & eximi ad hunc modum oportebit. Quæ diligentius seri uoles, in calicibus seri oportet. In arboribus radices uti capiant, calicem pertusum sumito tibi, aut quassillum, per eum ramulum transferito, eum quassillum terra imple to, calcatoq;, in arborem relinquito. Vbi bimum erit, ramum tenerum infra præcidito, cum quassilo serito. Eo modo quod uis genus arborum facere poteris, uti radices bene habeant. Item uitem in quassilum propagato, terraq; bene operito, anno post præcidito, cum quallo serito. CXXXIIII.

PRIVS quam messem facias, porcam præcidaneam hoc modo fieri oportet. Cereri porcã præcidanea, porcam fœminam, prius quã haſce fruges condantur, far, triticum, ordeum, fabam, semen rapicium, thure, uino, Iano, Ioui, Iunoni præfato. Prius quã porcam fœminam immolabis, Iano struem commoueto sic. Iane pater te hac strue commouenda bonas preces te precor, uti sies uolens propitius mihi, liberisq; meis, domo, familiæq; meæ mactus hoc ferto. Fertum Ioui moueto, & mactato sic. Iupiter te hoc ferto obmouendo bonas preces precor uti sies uolens propitius mihi, liberisq; meis, domo, familiæq; meæ mactus hoc ferto. Postea Iano uinum dato sic. Iane pater, uti te strue commouenda bonas preces bene precatus sum, eiusdem rei ergo macte uino inferiori esto. Postea Ioui sic. Iupiter macte ferto esto, macte uino inferiori esto. Postea porcam præcidaneam immolato. Vbi exta proiecta erunt, ita Iano struem commoueto, mactatoq; item uti prius obmoueras. Ioui item fertum obmoueto, mactatoq;, uti prius fecerat. Itẽ Iano uinum dato, & Ioui uinum dato, ita uti prius datum fuit ob struem obmouendam, & fertum libandum, postea Cereri exta, & uinum dato. CXXXV.

ROMAE tunicas, togas, sagi, centones, sculponeas, Calibus, & Minturnis, cuculliones, ferramenta, falces, palas, ligones, secures, ornamenta, muricas, clitellas, Venafro, palas Suessæ, & in Lucanis plostra, treblæ

treblæ albæ, Romæ dolia, labra, tugulæ ex Venafro. Aratra in terrã ualidam romanica bona erunt, in terram pullam campanica, iuga romanica optima erunt. Vomis in dutilis optimus erit. Trapeti lõpeijs. Nolæ ad rufrimaceriam claues. Cloſtra Romæ, ac hamæ. Vrnæ oleariæ, urcei aquarij, urnæ uinariæ, & alia uaſa ænea Capuæ. Nolæ fiſcinæ campanicæ. Hæ hamæ utiles ſunt. Funis ſubductarius, ſpartum omne Capuæ, Fiſcinas romanicas Sueſſæ, caſſino. Eæ optimæ erunt Romæ, funem torculum ſiquis facet caſſini L numis, Venafri Minturnis CL. eò indere oportet coria bona VIII noſtratia recenti aqua depſta ſient, quamminimum ſalis habeant, ea depſere, & ungere unguine prius oportet, tum ſicare. Iunem exordiri oportet lõgum pedes LXXII. toros. III. habeat loris in toros ſingulos. IX. latis digitos duos. Cum tortus fuerit, longus erit pedes. XLIX. In commiſſura abibunt pedes. III. reliquum erit pedes. XLVI. Vbi extentus erit, accedent ped. V. longus erit ped. LI. Funem torculum extentum longũ eſſe oportet pedes. LV. maximis uaſis, minoribus pedes. LI. Funem loreum in ploſtrum iuſtum pedes LX. ſemiſunium pedes XLV. lora retinacula in ploſtrum ped. XXXVI. ad aratrum ped. XXVI. lora præductoria ped. XXVII. S. ſubiugia in luſtrũ lora ped. XIX. funiculũ ped. IIX. in aratrum ſubiugia in luſtrum lora ped. XIX. funiculum pedes. XV. Trapetos latos maximos ped. IIII S. orbes altos ped. III. S. orbes medios ex lapidicinis cum eximet craſſos pedem, & palmum inter miliarium, & labrum ped. II. digitos. II. labra craſſa digitum. Secundarium trapetum latum ped. IIII. et palmũ, inter miliarium, & labrum ped. I. digit. I. labra craſſa digitos. II. orbes altos ped. III & digitos. V. craſſos ped. I. et digitos III. Foramen in orbes ſemipedem quoquouerſum facito. Tertium trapetum latum ped. IIII. inter miliarium, & labrum pedem. I. digitos. V. orbis altus ped. III. digitos. III. craſſos ped. I. digitos. II. Trapetũ ubi adiectum erit, ubi ſtatues, ibi & commodato, conuenatoq;. CXXXVI.

POLLINTIONEM in agro Caſſinate, & uenafri ſic dare oportet. In loco bono parte ceſtina orbis diuidat, ſatis bona ſeptima, tertio loco ſexta. ſi granum modio diuidet quanta in Venafro ager optimus. IX. parte orbis diuidat. Si communiter piſunt, quæ ex parte pollintori pars eſt, eam partem in piſtrinum pollintor ordeum V. modio fabam quinta modio diuidat. CXXXVII.

VINEAM curandam partiario, bene curet fundum, arbuſtum, agrum frumentarium. Partiario fœnum, & pabulum, quod bubus ſatis ſiet, qui illic ſient. Cætera oia pro indiuiſo. CXXXVIII.

BOVES ferijs coniungere licet. Hoc licet facere, trahant ligna,

Fabalia, frumentum quod non daturus eris. Mulis, equis, asinis feriæ nullæ, nisi si in familia sunt. CXXXIX.

LVCVM colluatre Romano more sic oportet. Porco piaculo facito. Sic uerba concipito. Si deus, si dea, cuius illud sacrum est, uti tibi ius siet porco piaculo facere, illiusce sacri cœrcendi ergô. Harumq; rerũ ergô siue ego, siue quis iussu meo fecerit, uti id recte factum siet. Eius rei ergô te hoc porco piaculo immolando bonas preces precor, uti sies uolens propitius mihi, domo, familiæq; meæ, liberisq; meis. Harumce rerum ergô macte hoc porco piaculo immolando esto. CXL.

SI FODERE uelis altero piaculo eodem modo facito, hoc amplius dicito, operis faciundi, causa, cum opus quotidie per partes facies, sed si intermiseris, aut feriæ publicæ, aut familiares intercesserint, altero piaculo facito. CXLI.

AGRVM lustrare sic oportet, impans solitaurilia circũagi ciũ diuis uolentibus, quodq; bene eueniat mando tibi Mani, uti illa solitaurilia, fundũ, agrũ, terramq; meã quota ex parte siue circũagi, siue circunferenda censeas, uti cures lustrare. Ianũ, Iouemq; uino præfamino, sic dicito. Mars pater te precor, quæsoq;, uti sies uolẽs propitius mihi, domo, familiæq; nostræ, quoius rei ergô agrum, terram, fundumq; meum solitaurilia circumagi iussi. uti tu morbos uisos, inuisosq; uiduertatem, uastitudinemq; calamitates, intemperãtiasq; prohibessis defendas, auerruncesq; utiq; tu fruges, frumenta, uineta, uirgultaq; grandire, benéq; euenire sinas. pastores, pecuaq; salua seruassis, duisq; bonam salutem, valetudinemq; mihi, domui, familiæq; nostræ. Harumce rerum ergô fundi, terræ, agriq; mei lustrandi, lustriq; faciendi ergô sicuti dixi macte hisce solitaurilibus lactentibus immolãdus esto Mars pater eiusdẽ rei ergô, macte hisce solitaurilibus lactentibus esto. Item cultro facito struem, & fertum uti adsiet. Inde obmoueto. Vbi porcum immolabis, agnũ, uitulumq; sic oportet. Eusq; rei ergô macte hisce solitaurilibus immolãdis esto nominare uetat Martem, neq; agnum, uitulumq;. Si minus in omnes litabis, sic uerba concipito. Mars pater, siquid tibi in illisce solitaurilibus lactentibus, neq; satisfactum est, his solitaurilibus piaculo. Si uno, duobus'ue dubitaueris, sic uerba concipito. Mars pater, quod tibi illuc porco, neq; satisfactum est, te hoc porco piaculo. CXLII.

VILLICI officia quæ sunt, quæ dominus præcipit, ea omnia, quæ in fundo fieri oportet, quæq; emi, pararíq; oportet, quomodo quæque cibaria, & quæ uestimenta dari familiæ oportet, eadem uti curet, faciatq; moneo, dominoq; dicto audiens sit. Hoc amplius, quomodo uillicam uti oportet, & quomodo imperari oportet, uti in aduentu domini, quæ opus sunt, parentur, curenturq; diligenter. CXLIII.

VILLICAE quæ sunt officia, curato faciat. Si eam tibi dederit dominus in uxorem, ea esto contentus. Ea te metuat. Facito, ne nimium luxurioſa siet. Vicinis, alijsq; mulieribus quamminumum utatur. Ne'ue ad eas domum eat, ne'ue ad sese recipiat. Ad cœnam nequò eat, ne'ue ambulatrix siet. rem diuinam ne faciat, ne'ue mandet qui pro ea faciat iniussu domini, aut dominæ. Scito dominum pro tota familia rem diuinam facere. Munda siet. Villam conuersam, mũdamq; habeat. Focum purum circunuersum quotidie, prius quã cubitum eat, habeat. Calẽdis, Idibus, nonis festus dies cum erit, coronã in focũ indat. Per eosdẽq; dies Lari familiari pro copia supplicat. Cibũ sibi, & familiæ curet, uti coctum habeat. Gallinas multas, et oua uti habebt. Pyra arida, sorba, ficos, uuas passas, sorba in sapa, & pyra, & uuas in dolijs, et mala struthea. Vuas in urceis, et in uinaceis, uel in terra obrutas. Et nuces præneſtinas recentes in urceo in terra obrutas habeat. Mala scantiana in dolijs, & alia, quæ condi solent, & syluatica. Hæc omnia quotannis diligenter uti condita habeat. Farinã bonam, & subtile fari sciat facere. CXLIIII.

OLEAM legendam hoc modo locare oportet. Oleam cogito recte omnem arbitratu domini, aut quem custodem fecerit aut cui olea uenierit. Oleam ne stringito, ne'ue uerberato iniussu domini, aut custodis. Si aduersus ea quis fecerit, quod ipse eo die delegerit, pro eo nemo soluet, neque debebitur. Oleam qui legerint, omnes iurato ad dominum, aut ad custodem sese oleam non surripuisse, neque quenq; suo dolo malo ea oleitate ex fundo L. Manly. Qui eorum ita non iurauerint, quod is legerit, pro eo nemo argentum dabit, neque debebitur. Oleã cogi recte, satisdato arbitratu L. Manlij. Scalæ ita uti datæ erunt, ita reddito, nisi quæ uetustate fractæ erũt. Si non erunt, reddet æquas, aut arbitratu deducetur. Si quid redemptoris opa domino dãni datum erit, resoluito. Id boni uiri arbitratu deducetur. Legulos quot opus erunt, præbeto, & factores. Si non præbuerit, quanti conductum erit, aut locatum erit, deducetur, & tanto minus debebitur. De fundo ligna, & oleam ne deportato. Qui oleam legerit, qui deportauerit, in singulas deportationes HS. N. II. deducentur, neque id debebitur. Omnem oleam purã metietur. Modio oleario assiduos homines quinquagenta præbeto, duas partes strictorum præbeto. Nequis cenacolum locato, quo olea ligenda, & faciunda carius locetur. Extra quam si quẽ socium impræsentiarũ dixerit, si quis aduersum ea fecerit, si dominus, aut custos uolent, iurent omnes socij. Si non ita iurauerint, pro ea

olea legunda, et faciunda nemo dabit, neque debebitur ei, qui non ita iurauerit. Accessiones in modios. CC. oleæ accedent salis modij. V. olei puri pondo IX. in tota oleitate HS. V. aceti quadrantalia. II. quo oleæ salem non acceperint, dum oleam legent in modios singulos. HS. SS. labuntur. CXLV.

OLEAM faciundam hac lege oportet locare. Facito recte arbitratu domini, aut custodis. Qui id negotij curabit, si ex uirgis uasis opus erit, facito. Homines eos dato, qui placebunt aut custodi, aut ei, qui eam oleam emerit. Trapeti facito. Si operarij conducti erunt, aut faciendæ locatæ erit, pro eo resoluito, aut deducetur. Oleum ne tangito utendi causa, neque furandi causa, nisi quod custos dederit, aut dominus. Si sumpserit, in singulas sumptiones HS. N. XL. deducentur, neque debebitur. Factores, qui oleum fecerint, omnes iuranto aut ad dominum, aut ad custodem, sese de fundo L. Manlij, neq; alium quēquam suo dolo malo oleum, neque oleam surripuisse. Qui eorum nō ita iurauerit, quæ eius pars erit, deducetur, neque debebitur. Socij nequem habeto, nisi quem dominus iusserit, aut custos. Siquid redemptoris opera domino damni datum erit, uiri boni arbitratu deducetur. Si uiride oleum fiet, facito accedat oleum, & sal suæ ustioni, quod satis siet, & uasa uiminea. CXLVI.

OLEAM pendentem hac lege uenire oportet. Olea pendens in fundo Venafro uenibit. Qui oleam emerit, amplius quàm quanti emerit, omnis pecuniæ centesima accedet. Præconium præsens HS. L. & oleum romanici pondo. MD. uiridis pondo. CC. oleæ caducæ modij L. strictiuæ modij. X. Modio oleario mensum dato, unguinis pō do. X. ponderibus, modijsq; domini datoris primæ cotylas duas. Dies argento ex Cal. mensium. X. oleæ legendæ faciundæ quæq; locata est, & si emptor locarit Idibus soluito. Recte hæc dari fieriq;, satisq; dari domino, aut cui iusserit, promittito, satisq; dato arbitratu domini. Domino cum solutum erit, aut ita satis datum erit, quæ in fundo illata erunt, pigneri sunto. Nequid eorum de fundo deportato. Siquid deportauerit, domini esto. Vasa, torcula, funes, scalas, trapetos, et siquid aliud datum erit, salua recte reddito, nisi quæ uetustate fracta erunt. Si non reddet, æquum soluito. Si emptor legulis, & factoribus, qui illic opus fecerint, non soluerit, cui dari oportebit, si dominus uolet, soluat. Emptor domino debeto, & id satisdato, proq; ea re ita, uti supra scriptum est, item pigneri sunto. CXLVII.

LEGE hac uinum pendens uenire oportet. Vinaceos illutos, & fecem relinquito. Locus uinis ad Calendas Octobris primas dabitur. si non ante ea exportaueris, dominus uino, quod uolet, faciet. Cætera lex

lex quæ oleæ pendenti. CXLVIII.

VINVM in dolijs hoc modo uenire oportet. Vini in culleos singulos quadragenæ, & singulæ urnæ dabuntur, quod neq; aceat, neq; mucet. Id dabitur in triduo proximo, boni uiri arbitratu degustato. Si nō ita fecerit, uinum pro degustato erit. Quot dies per dominum mora fuerit, quo minus uinum degustet, totidem dies emptori procedent. Vinum accipito ante Calend. Ianuar. primas. Si non ante acceperit, dominus uinum admetietur. Quod ad mensum erit, pro eo dominus resoluito. Si emptor postulauerit domino iusiurandum, dabit uerum fecisse. Locus uinis ad Calen. Octobris primas dabitur. Si ante non deportauerit, dominus uino quod uolet faciet. Cætera lex, quæ oleæ pedenti. CXLIX.

QVA lege pabulum hybernum uenire oporteat. Qua uendas finis dicito. Pabulum fini accipito. Ex Calendis Septembribus prato sicco decedat. ubi pyrus florere cœperit, prato irriguo. ubi super, inferq; uicinus permittet, tum decedito, uel diem certam utriq; facito. Cætero pabulo Calend. Martijs cedito. Bubus domitis binis canterio uni, cum emptor pascet, domino pascere recipitur. Oleris, asparagis, ligni, aqua itinere, actu domini usioni recipitur. Siquid emptor, aut pastores, aut pecus emptoris domino damni dederit, boni uiri arbitratu resoluat. Siquid dominus, aut familia, aut pecus emptori damni dederit, uiri boni arbitratu resoluetur. donicum pecuniā satisfecerit, aut delegarit, pecus, & familia, quæ illic erit, pigneri sunto. Siquid de his rebus controuersiæ erit, Romæ iudicium fiat. CL.

FRVCTVM ouium hac lege uenire oportet. In singulas casei pondo. XV. dimidium aridum, lacte ferijs quod mulserit dimidiū, et præterea lactis urnam unā. Hisce legibus agnus diem, et noctem qui uixerit, in fructum, & Calend. Ianuar. emptor fructu decedat. Si intercalatum erit Calend. Maijs agnos. XXX. ne amplius promittat. Oues, quæ non pepererint, binæ pro singulis in fructu cedent. Die lanam, & agnos uendat. Menses. X. ab coactore relegent porcos sectarios. In oues denas singulos pascat. Conductor. II. menses pastorem præleat, donec domino satisfecerit, aut soluerit, pigneri esto. CLI.

QVO PACTO cupressetu seri oporteat Memius Terentius, Nolanus ad hunc modum monstrauit. Semen cupressi tarentinæ per uer legi oportet, maturū est, ubi hordeum flauescit. semen, ubi legeris, in sole ponito, id purgato, id aridum condito, uti aridum expositum siet, per uer serito in locō, ubi terra tenerrima erit, quam pullam uocant, ubi aqua propter siet. eum locum sterco rato primum lene ster-

ore caprino, aut ouillo. tum uortito bibalio, & terram cum stercore bene commisceto depurgato ab herba graminibusq; Bene terram conminuito, areas facito pedes latas quaternos subcauas facito, uti cauæ aquam continere possint. inter eas sulcos facito, qua herbas de areis purgare possis. ubi areæ faciæ erunt, semen serito crebrum, ita ut linum seri solet eo cribro terram incernito dimidiatum digitum terrã altam succernito. id bene tabula, aut manibus, aut pedibus complanato. Siquando non pluet, uti terra non sitiat, aquam irrigato leuiter in areas. Si nõ habebis, unde irriges, gerito, inditoq; leuiter. Quotiescunq; opus erit, facito, uti aquam addas. si herbæ natæ erunt, facito, uti ab herbis purges quamtenerrimis, & quoties opus erit per æstatem, ita, uti dictum est, fieri oportet, & ubi semen satum siet, stramentis operiri oportet, ubi germen nasci cœperit, tum stramenta demi. CLII.

DE SCOPIS uirgeis, quæ M. Memius, & M. Manlius monstrauerunt, in diebus. XXX. quibus uinum legeris, aliquoties facito scopas uirgeas ulmeas aridas, eas in asserculo alligato, eabusq; latera dolijs intrinsecus usq; bene perfricato, ne fex in lateribus adhæresat. CLIII.

VINVM fecattum sic facito. Fiscinas olearias campanicas duas illi rei habeto. cas fecis impleto, sub prelumq; subdito, exprimitoq;. CLIIII.

VINVM emptoribus sine molestia hoc modo admetiri debet. Labrum culleare illi rei facito. id habeat ad summum ansas. IIII. uti transferri possit. Ad imũ pertundito. Ea fistulam subdito uti obthurarier rite possit. & ad summum, qua fini culeum capiet, præsignato. id in dolium paulatim demittito, uti in eo de fistula uinum salire possit. id impleto usq; dum signum tangat, postea obthurato. Id in suggestu inter dolia positum seruato. CLV.

PER hyemem aquam de agro depellere oportet. In monte fossas inciles plures habere oportet. Prima autumnitate cum pluuia est, tum maxime ab aqua periculum est. Cum pluere incipiet, familiã cum ferreis sarculis exire oportet, & incilia aperire, aquam deducere in uias, & segetem curare oportet, uti fluat. In uilla cum pluet, circuire oportet, sicubi perpluat, & ubi pluerit, tegulam signare carbone, cum desierit pluere, uti tegula mutetur. Per segetem in frumentis, aut in segete, aut in fossis sicubi aqua consistat, aut aliquid aquæ obstat. id emittere, patefieri, remoueriq; oportet. CLVI.

DE Brassica quod conœquit. Brassica est, quæ omnibus oleribus antistat. eam esto uel cocta, uel cruda. crudam si edas, in ace-

to intingito, mirifice conœquit, aluum bonam facit, lotiumq; ad omnes res salubre est. Si uoles in conuiuio multum bibere, cœnareq; libenter, ante cœnam esto crudam quantum uoles ex aceto. Et itẽ, ubi cœnaueris, comesto alia quinque folia, reddent te quasi nihil ederis, biberisq;, bibesq; quantum uoles. Aluum si uoles deijcere, superiorem sumito cymam brassicæ, quæ leuissima erit. p. IIII. Inde facito manipulos æquales tres, colligatoq;. Postea ollam statuito cum aqua. ubi cœpiet feruere, paulisper dimittito unum manipulum, feruere desistet. Postea ubi iterum cœpiet feruere, paulisper dimittito usq; admodum dum quinquies quinq; numeres. Tum eximito, & ita facito alterum manipulum, & item tertiũ, postea eximito, & contundito, & per linteum exugeto sucum, quasi heminam, in pocillum fictile. Eò indito salis micam quasi eruum, & cymini triti quantum oleat. Postea ponito pocillum in sereno noctu. Qui potaturus erit, lauet calida. bibat aquam mulsam, cubet incœnatus. Postea mane bibat sucum, deambuletq; horas. IIII. et agat, negotij siqd habet. Vbi libido ueniet nauseæ, eumq; apprehendet, decũbat, purgetq; sese. Tãtum bilis, pituitæq; ejiciet, uti ipse miretur, unde tantum siet. Postea ubi deorsum uersus ibit, heminam aut paulo plus bibat. Si amplius ibit, sumito farinæ minutæ conchas duas. infriet in aquam, paulum bibat, consistet. Verum quibus tormina molesta erunt, brassicã in aquam macerare oportet. ubi macerata erit, conijcito in aquã calidam, coquito usquedum ea comedebit bene. aquam defundito. Postea salem, & cumini paululum, & pollinem polentæ, et oleum eodẽ addito, deinde iterum feruefacito. Infundito in catinum, uti frigescat. eo cyminum interito. quod uolet cibi postea edat. sed si poterit solam brassicam esse, edat. Et si sine febre erit, dato uini atri duri. Aquæ tum bibat quamminimum. Si febris erit, aquam bibat. Id facito continuo quotidie mane. Nolito multum dare, ne pertædescat, uti possit porrò libenter esse. Ad eundem modum uiro, & mulieri, & puero dato. Nunc de ijs, quibus ægre lotium it, quibusq; subsidium est. Sumito brassicam, conijcito in aquã feruentem, coquito paulisper, uti subcruda siet. postea aquam defundito non omnem. eò addito oleum, & salem, & cymini paululum. inferuefacito paulisper, postea inde iusculum frigidum sorbere, & ipsam brassicam esse oportet, uti quam primum exœquat. quotidie id facito. CLVII.

DE BRASSICA pythagorea quid in ea boni sit, salubritatisq; principium te cognoscere oportet, quot genera brassicæ sint, & cuiusmodi naturam habeant. Ad salutem temperat admista sese semper cũ calore, & rigore arido, simul et humido, & dulci, et amaro,

& acri. Sed quæ uocatur σελινοειδὴς, hæc septem habet bona in cõme
stura. Nũc uti cognoscas genera earũ, prima est leuis, quæ nominatur
λείᾳ, grandibus, & latis foliis, caule magno, ualidã hæc habet natu-
ram, & uim magnam habet. Altera est crispa, quæ à similitudine
apij, σελινοειδὴς uocatur. Hæc est et aspectu, et natura bona ad cura
tionẽ, ualidior q; est, q̃ quæ supra scripta est. Item est tertia, quæ πρώμ
βυ uocatur, minutis caulibus, tenuioribus foliis, & acerrima, omnium
est istarũ, tenui succo uehementissima. Et primũ scito, de omnibus bras
sicis nulla est illiusmodi medicamento fior. Ad omnes tumores, ad oia
uulnera eã contritam imponito. Hæc omnia ulcera purgabit, sanaq;
faciet sine dolore. Eadem tumida concoquit. eadem erumpit. eadem
uulnera putrida, cancrosq; purgabit, sanosq; faciet, quod medicamẽ
tum aliud facere non potest. Verum prius quàm id imponas, aqua ca
lida multa lauato. Postea bis in die contritam imponito. Ea omnẽ pu
torem adimet. Si cancer ater est, is olet, & saniem spurcam mittit. Si
albus purulẽtus est. Sed si fistulosus, subtus suppurat sub carne. In ea
uulnera huiusce modi tere brassicam, sanum faciet. nam optima est ad
huiusmodi uulnera. Et luxatum si quod est, bis die calida foueto, bras
sicam tritam apponito, cito sanum faciet Si bis die apponitur, dolores
auferet, & si quid contusum est, erumpet. si brassicam tritam appo-
sueris, & sanum faciet, & si quid in mammis ulceris natum, & car-
cinoma, brassicam tritam apponito, sanum faciet. Et si ulcus acrimo-
niam eius ferre non poterit, farinam hordeaceam misceto, ita apponi
to. Huiusmodi ulcera omnia hæc sana faciet. quod aliud medicamen-
tum facere nõ potest, nec purgare. Et puero, et puellæ si ulcus erit hu
iusce modi, farinam hordeaceam addito. Et si uoles eam esse, consectã,
lautam, siccam, sale, aceto sparsam esto, salubrius nihil erit. Quo li-
bentius edas, aceto mulsõ spargito, mentem siccam, & rutam co-
riandrum sectam, sale sparsam paulo libentius edes. Id bene faciet, et ma
li nihil sinet in corpore consistere, & aluum bonam faciet. Si quid an
tea mali intus erit, omnia sana faciet. De capite, et de oculis omnia de
ducet, et sanum faciet. Hãc mane esse oportet ieiunum. Et si bilis atra
est, & si lienes turgent, & si cor dolet, & si iecur, aut pulmones, aut
præcordia, uno uerbo omnia sana faciet, quæ intro dolitabunt. eodem
silphium in radito, bonum est. Cum uenæ omnes, ubi sufflatæ sunt ex
cibo, non possunt perspirare in toto corpore, inde aliqui morbi nasci
tur. ubi ex multo cibo aluus non it, pro portione brassicæ si uteris (uti
te moneo) nihil istorum usu ueniet ex morbis. Verum morbum arti-
cularem nulla res tantum purgat, quantum brassica cruda, si eã edes
cum rutæ, & coriandro concisam. Sic & laserpitium in rasum cum

brassicæ

brassicæ ex aceto oxymelli, & sale sparsa. Hac si uteris, omnes articu
lares morbos poteris expellere. Nullus sumptus est, & si sumptus es-
set, tamen ualetudinis causa experirer. eam mane oportet ieiunum
esse. Omnis qui insomniosus est, hac eadem curatione sanum facies.
Verum assam brassicam, & unctam caldam salis paululum dato
homini ieiuno. Quamplurimam ederit, tam citissime sanus fiet ex eo
morbo. Tormina quibus molesta erunt, sic facito. Brassicam macerato
bene, postea in aullam conijcito, deferuefacito bene. ubi cocta erit be-
ne, aquam defundito. Eò addito oleum bene, & salis paulum, & cu
minum, & pollinem polentæ. Postea bene feruefacito. ubi ferbuerit,
in catinum indito. Dato edat, si poterit, sine pane si non, panis pariũ
ibidem madefaciat. & si febrim non habebit, dato ut uinum atrum
bibat. cito sanus fiet. Et hoc, si quando usu uenerit, ut quis debilis si-
et, hæc res sanum facere potest. si brassicam edet ita, uti supra scri-
ptum est. & hoc amplius. lotium conseruato eius, qui brassicam esi-
tauerit. id calfacito. eo hominem demittito. cito sanum facies hac cura
expertum hoc est. Item pueros pusillos, si laues eo lotio, nunquam de-
biles fient. & quibus oculi parum sunt clari, eo lotio inunguito, plus
uidebunt. Si caput, aut ceruices dolent, eo lotio caldo lauito, desinent
dolere. Et si mulier eo lotio locos fouebit, nunquã ũ uirosi fient. Et
fouere sic oportet ubi in chutra feruefecerit id lotium, sub sellã sup-
ponito pertusam eo mulier assidat. Circum uestimenta eã dato. Bras-
sicæ erraticæ maximam uim habet. eam arefacere, contererq; opor
tet bene minutim. si quem uoles purgare, pridie ne cœnet, & mane ie
iuno dato brassicæ tritæ, decoctæq; aquæ cyathos quatuor. nullares
tam bene purgabit, neque elleborum, neque scammoneum, et sine peri
culo, & scito salubrem esse corpori. Quos diffidas sanos facere, facies.
Qui hac purgatione purgandus erit, sic eum curato. Sorbitione liqui
da hoc per dies. VII. dato. ubi esse uolet, carnem assam dato. Si esse
non uolet, dato brassicam coctam, & panem, & bibat uinum lene
dilutum, lauet raro, utatur unctione. q; sic purgatus erit, diutina uale
tudine utetur, neq; ullus ueniet morbus nisi sua culpa. Et si quis ulcus
tetrum, uel recens habebit, hãc brassicam erraticam aqua inspergito,
apponito, sanum facies. Et si fistula erit, turunda intro trudito, si tu-
rũ dam non recipiet, diluito, succum exprimito, eum in uesicam indito,
uesicæ calamum alligato, & ita premito, ut in fistulam sucus intro-
eat. Ea res sanum faciet cito. Et ad omnia uetera ulcera, & noua con-
tritam cum melle apponito, sanum faciet. & si polypus in naso intro
ierit, brassicam erraticam aridam tritam in malum conijcito, & ad
nasum admouento. Ita subducto susum animam quamplurimum pote-

ris. in triduo polypus excidet. & ubi exciderit, tum aliquot dies idē facito, ut radices polypi persanas facias. Auribus si parum audies, tento cum uino brassicam, succum exprimito, in aurem intro tepidū instillato. cito intelliges te plus audire. Deinde impetigini parce brassicam apponito, sanam faciet, & ulcus non faciet. CLVIII.

ALVVM Deijcere hoc modo oportet, si uis bene deijcere, sume tibi ollam, addito eo aquæ sestarios. VI. & eo addito ungulam de perna. Si ungulam non habebis, pone de perna frustū. p. S. quamminime pingue. ubi iam incipit coctum esse, eo addito brassicæ coliculos. II. betæ coliculos. II. cum radice sua, feliculæ paulum, herbæ mercurialis nō multum, mutulorum. L. II. piscem capitoneum, & scorpionem. I. cochleas. VI. & lentis pugillum. Hæc omnia decoquito usque ad sestarios tres iuris. oleum ne addideris. indidem sume tibi sestarium unum tepidum. adde uini coi cyathum unum. bibe, interquiesce. deinde iterum eodem modo, deinde tertium. Purgabit te bene. Et si uoles insuper uinum coum mistum bibere, licebit bibas. Ex his tot rebus, quot scriptum est, unum, quod eorū uis, id aluum deijcere potest. Verum ea re tot res sunt, ut bene deijcias, et suaue est. CLIX.

INTER trigini remediū. cum in uia ibis, absynthij pontici surculum sub annulo habeto. CLX.

LVXVM siquod est, ut excantes, hac cantione sanum fiet. arundinem prende tibi uiridem pedes. IIII. aut. V. longam. Mediam diffinde, & duo homines teneant ad coxendices. Incipe cantare in alio. S. f. motas danata daries dardaries astararies, dic unà pariter usque dum coeant. Ferro insuper iactato, ubi coierint, & alterā altera retigerit, id manu prende dextra, sinistra præcide. Ad luxum, aut fracturam alliga, & sanū fiet, & tamen quotidie cantato in alio. S. f. uel luxato. Vel hoc modo, haut haut haut ista pista sista, damiabo, damaustra, & luxato. Vel hoc modo, Haut haut haut istagis tursis ardannabon damaustra. CLXI.

LOCVM, ubi asparagum seras, bene subigere oportet, qui habeat humorem, aut loco crasso, ubi erit subactus, areas facito, ut possis dextra, sinistráq; sarrire, seu runcare, ne calcatur. Cum deformabis areas, interuallum facito inter eas semipedem latum in omnes partes. Deinde serito. Ad lineam grana bina, aut terna palo demittito. Eodē palo cauum terra operito. Deinde supra areas stercus spargito, bene serito. Secundum æquinoctium uernum, ubi natum erit, herbas crebro purgato, cauetóq;, ne asparagus unà cum herba uellatur. Quo anno seueris sub stramentis per hyemem operito, ne rigore peruratur. Deinde primo uere aperito, sarritóq;, runcatóq;. Post annum tertiū

quàm seueris, incendito uere primo. Deinde ne ante sarrieris, quàm asparagus natus erit. ne in sarriēdo radices lædas. Tertio, aut quarto anno asparagum uellito ab radice. Nā si defringes, stirpes fient, & intermorientur. Sed usq; licebit uellas, donicum in semen uideris ire. Semen maturum fit ad autumnum. Ita cum sumpseris semen, incendito, & cum cœperit asparagus nasci, sarrito, & stercorato. Post annos. VIII. aut. IX. cum iam uetus est, digerito, & in quo loco positurus eris, terram bene subigito, & stercorato. Deinde fossulas facito, quà radices asparagi demittas. Interuallum sit ne minus pedes singulos inter radices asparagi euellito, & sic circunfodito, ut facile euellere possis. Caueto ne frangatur. Stercus ouillum quamplurimum fac ingeras. id est optimū ad eā rē. Aliud stercus herbas creat. CLXII.

PERNAS Sic salire oportet, in dolio, aut in seria. Cum pernas emeris, ungulas earum præcidito. Salis romaniensis moliti in singulas semodius. In fundo dolij, aut seriæ salem sternito. Deinde pernam ponito. Cutis deorsum spectet. Sale obruito totam. Deinde pernam alteram insuper ponito Eodem modo obruito. Caueto, ne caro carnem tangat. Ita omnes obruito, ubi iam omnes composueris, sale eas insuper obrue, & ne caro appareat, æqualem facito. Vbi iam dies. V. in sale fuerint, eximito omnes cum suo sale. Quæ tum summæ fuerint, imas facito. Eodemq; modo obruito, & componito. Post diem omnino duodecimum pernas eximito, & salem omnem detergeto, & suspendito in uento biduum. Die tertio extergeto spongia bene, perungito oleo. Suspendito in fumo biduum. Tertio die demittito. Perungito oleo, et aceto commisto, & suspendito in carnario. nec tinea, nec uermes tangent.

FINIS.

M. TERENTII VARRONIS DE RE RVSTICA AD FVNDANIAM VXOREM LIBER. I.

CAPVT PRIMVM.

TIVM SI essem consecutus Fundania, commodius tibi hæc scriberem, quæ, nunc, ut potero, exponam, cogitans esse properandum, quod (ut dicitur) si est homo nulla, eo magis senex. Annus enim octogesimus admonet me, ut saranas alligam ante, quàm proficiscar è uita. Quare, quoniam emisti fundum, cum bene colendo fructuosum eum facere uelis, mihique uti adhibeam curam, roges, experiar. & non solum, ut ipse quoad uiuam, quid fieri oporteat ut te moneam, sed etiam post mortem. Neque patiar Sibyllam non solum cecinisse, quæ, dum uiueret, prodessent hominibus, sed etiam quæ cum perisset ipsa, & id etiã ignotissimis quoq; hominibus, ad cuius libros tot annis post publicè solemus redire, cum desyderamus quid faciendũ sit nobis ex aliquo portento, me, nedum uiuo quidem, necessariis meis quod prosit facere. Quo circa scribã tibi tres libros indices, ad quos reuertare, si qua in re quæres, quem admodum quidq; te in colendo oporteat facere. Et quoniam (ut aiunt) dei facientes adiuuant, prius inuocabo eos, nec, ut Homerus, & Ennius, musas, sed duodecim deos consentis, neque tamen eos urbanos, quorum imagines ad forum auratæ stant, sex mares, & fœminæ totidem, sed illos duodecim deos, qui maxime agricolarũ duces sunt. Primum, qui omnes fructus agriculturæ cœlo, et terra continent, Iouem, & Tellurem. Itaq; duo hi parentes magni dicuntur. Iuppiter pater, Tellus uero mater. Secundo Solem, & Lunã, quorum tempora obseruantur, cum quædam serantur, & condantur in terra. Tertio Cererem, et Liberum, quod horum fructus maxime necessarij ad uictum sint. Ab his enim cibus, & potio uenit è fundo. Quarto Robigum, & Floram, quibus propitijs, neque rubigo frumẽta, atque arbores corrumpit, nec; non tempestiue florent. Itaq; publicæ Robigo feriæ, robigalia, Floræ, ludi floralia instituti. Item adueneror Mineruam, & Venerem, quarum unius procuratio oleti, alterius hortorum, quo nomine rusticæ uinalia institutæ. Nec non etiam præcor Lympham, ac horum euentum, quoniam sine aqua omnis arida, ac misera agricultura, sine successu, ac bono euentu, fi ustratio est non cultura. His igitur deis ad uenerationem uocatis, ego referam sermo

nes eos, quos de agricultura habuimus nuper, ex quibus quid te facere oporteat animaduertere poteris, in quers quæ non inerunt et quæres, indicabo, à quibus scriptoribus reperias, & græcis, & nostris.

Qui græce scripserunt dispersim alius de alia re, sunt plus quinquaginta. Hi sunt, quos tu habere in consilio poteris, cum quid consulere uoles, Hieron siculus, & Attalus philometor, de philosophis, Democritus physicus, Xenophõ socraticus, Aristoteles, et Theophrastus pipatetici, Architas pythagoreus, item Amphilochus athenienſis, Anaxipolis thasius, Apollonius pergameneus, Apollodorus lemnius, Aristophanes maleotes, Antigonus cymeus, Agatocles chius, Aristandrus athenienſis, Bacchius miletius, Bion soleus, Chæresteus, & Chæreas athenienses, Diodorus priennæus, Dion colophonius, Diophanes nicensis, Epigenes rhodius, Euagon thasius, Euphranij duo, unus athenienſis, alter amphipolites, Aegesias maronites, Mænandri duo, unus priennæus, alter heracleotes, Nicesius maronites, Pythion rhodius. De reliquis, quorum quæ fuerit patria non accepi, sunt Androcion, Aeschylus, Aristomenes, Athenagoras, Crates, Oades, Dionysius περὶ φυτῶν, Euphorion, Eubolus, Lysimachus, Mnaseas, Menestratus, Pleuthiphanes, Persis, Theophilus. Ii, quos dixi, omnes soluta oratione scripserunt eadem res, et quidam etiam uersibus, ut Hesiodus ascræus, & Menecrates ephesius. Hos nobilitate Mago Carthaginiensis præterijt pœnica lingua, quod res dispersas comprehendit libris duodetriginta, quos Cassius Dionysius uticensis, uertit libris uiginti græca lingua, & Sextilio prætori misit, in quæ uolumina de græcis libris eorum, quos dixi, adiecit non paucæ, & de Magonis dempsit instar librorum octo. Hosce ipsos utiliter ad sex libros redegit Diophanes in Bithynia, et misit Deiotaro regi. Quo breuius de ea re conor tribus libris exponere, uno de agricultura, altero de re pecuaria, tertio de uillaticis pastionibus. Hoc libro circumcisis rebus, quæ non arbitror pertinere ad agriculturam. Itaq; prius ostendam, quæ secerni oporteat ab ea. Tum de his rebus dicam, sequens naturales diuisiones. Eæ erunt ex radicibus trinis, et quæ ipse in meis fundis colendo animaduerti, & quæ legi, & quæ à peritis audiui.

Cap. II.

SEMENTINIS feriis in ædẽ Telluris ueneram rogatus ab æditimo, ut dicere didicimus à patribus nostris, ut corrigimur à recentibus urbanis ab æditimo. Offendi ibi C. Fundanium socerum meum, & C. Agrium equitem romanum socraticum, & P. Agrasium publicanum spectantes in pariete pictam Italiam. Quid uos inquã hic, num feriæ sementinæ otiosos huc adduxere, ut patres, & auos solebant nostros? Nos uero (inquit Agrius, ut arbitror) eadem causa,

quæ te,rogatio Aeditimi.Itaq; si ita est,ut annuis,morêre oportet no biscum,dum ille reuertatur.Nã acersitus ab ædile, cuius procuratio huius templi est,nondum rediit,et nos,ut expectaremus se,reliquit, qui rogaret.Vultis igitur interea uetus prouerbium, quod est,Romanus sedendo uincit,usurpemus,dum ille uenit?Sanè inquit Agrius,et simul cogitans,portam itineri dicta longissimam esse,ad subsellia sequẽtibus nobis procedit.Cũ consedissemus,Agrasius uos, qui multas perambulastis terras,quam cultiorem Italia uidistis inquit?Ego uero inquit Agrius,nullam arbitror esse,quæ tam tota sit culta.Primum cũ orbis terræ diuisus sit in duas partes ab Eratosthene,maxime secundum naturam ad meridiem uersus,& ad septentrionem.Et sine dubio,quoniam salubrior pars septentrionalis est,quàm meridiana.Et quæ salubrior,illa fructuosior,dicendum magis Europã fuisse opportunam ad colẽdum,quàm Asiam,ibiq; Italiam primum quod est in Europa,secundo,quod hæc temperatior pars est,quàm interior.nam intus penè sempiternæ hyemes.Nec mirum, quod sunt regiones inter circulũ septentrionalem,et inter cardinem cœli,ubi sol etiã sex mensibus continuis non uidetur.Itaq; in oceano in ea parte ne nauigari quidem posse dicunt propter mare congelatũ.Fũdanius,en ibi tu quicq; nasci putas posse,aut coli natum?Verum enim est illud Pacuuij,Sol si perpetuo sit,aut nox,flãmeo uapore,aut frigore, terræ fructus oẽs interire.Ego hic,ubi nox,& dies modicè redit,& abit,tamen æstuo die,si non defenderem me in æstuosum meridiem,uiuere nõ possem, illic in semestri die,aut nocte quemadmodum quicq; seri,aut alescere, aut meti possit?Cõtra quid in Italia utensile non modo non nascitur, sed etiam non egregium sit?quod far conferam campano?quod triticum appulo?quod uinum falerno?quod oleum uenafro?Non arboribus consita Italia est,ut tota pomarium uideatur?An Phrygia magis uitibus cooperta,quam Homerus appellat ἀμπελόεσσαν, quàm hæc?aut Argos,quam idem poeta πολύπυρον, in qua terra iugerum unũ denos,& quinos denos culleos fert uini,quot quædã in Italia regiones.An nõ.M.Cato scribit in libro originũ sic?ager gallicus romanus uocatur,q uiritim Cæsare iubẽte datus ẽ ultra agrũ picenũ. In eo agro,aliquot fariã in singula iugera dena cullea uini fiũt.Nõne item in agro fauentino.à quo ibi tricenariæ appellantur uites,qđ iugerũ tricenas amphoras reddat?Simul aspicit me,certe inqt,L.Martius præfectus fabrum tuus in fundo suo fauentiæ hanc multitudinẽ suas dicebat reddere uites.Duo in primis spectasse uidentur Italici homines,colendo possint'ne fructus pro impensa, ac labore reddere,& utrũ saluber locus esset,an nõ quorũ si alterutrum deesset,et nihilo

minus quis uult colere,mente est captus, atq; ad agnatos,& gentiles est deducẽdus.Nemo enim sanus mente debet uelle impẽsam,ac sumptum facere in culturã,si uidet non posse resici.Nec si potest reficere fructus,si uidet eos fore,ut pestilẽtia dispereant.Sed opinor qui hæc commodius ostendere possint, adsunt.Nam C.Licinium Stolonem, et Cn.Tremelium Scrofam uideo uenire,Vnum cuius maiores de modo agri legem tulerunt.Nam Stolonis illa lex,quæ uetat plus quingenta iugera habere ciuem romanum,& qui propter diligentiã culturæ Stolonum confirmauit cognomen,quod nullus in eius fundo reperiri poterat stolo,quod effodiebat circũ arbores,è radicibus,quæ nascerentur è solo,quos stolones appellabant,eiusdem gentis C.Licinius tribunus pl.cum esset post reges exactos annis trecentis sexagintaq; que,primus populum ad leges accipiundas in septem iugera forẽsia, è comitijs eduxit.Alterum collegam tuum,triumuir qui fuit, ad agros diuidundos campanos,uideo huc uenire Cn.Tremelium Scrofam,uirum omnibus uirtutibus politum,qui de agricultura romanus peritissimus existimatur.An non iure inquam?Fundi enim eius propter culturam iucundiore spectaculo sunt multis, quàm regie politæ ædificia aliorum, cum huius spectatum ueniant uillas,non ut apud Lucullum,ut uideant pinacotheeas,sed oporotheeas.Huiusce inquam pomaria summa sacra uia,ubi poma ueneunt,contra auream imaginem.Ille interea,ad uos cum Stolone cœna comesa inquit uenimus.At non C.uidemus Fundanium,qui nos aduocauit.Bono animo este inquit Agrius.Nam non modo nondum illud sublatum est,quod ludis circensibus nouissimi curriculi finem facit quadrigis,sed ne illud quidem omnium uidimus,quod in cereali pompa solet esse primum.Itaq; dum hic nobiscum unà sedetis,aduenietq; æditimus,docete nos agri culturam,quam summam habeat,utilitatem'ne, an uoluptatem, an utrunq;.Ad te enim rudes agriculturæ nunc,olim ad Stolonem iuisse dicunt,Scrofa,Prius inquit discernendum,utrum quæ seruantur in agro ea sola sint in cultura,an etiã quæ inducuntur in rura,ut oues, & armenta.Video enim qui de agricultura scripserunt, et pœnice, & græce,et latine,latius uagatos,quàm oportuerit.Ego uero inquit Stolo,eos non in omni re imitandos arbitror,et eo melius fecisse quosdam,qui minore pomerio finierunt,exclusis partibus, quæ non pertinent ad hanc rem.quare tota pastio,quæ coniungitur à pleriscq; cum agricultura,magis ad pastorem,quàm ad agricolam pertinere uidetur.Quo circa principes,qui utriq; rei præponuntur,uocabulis quoq; sunt diuersi,quod unus uocatur Villicus,alter magister pecoris.Villicus agri colendi causa constitutus,atq; appellatus à uilla.uilla,quod

ab eo in eam conuehuntur fructus, & euehuntur, cum uenunt. A quo rustici etiam nunc quoq; uiam ueham appellant, propter uectu ras, & uellam non uillam, quò uehunt, & unde uehunt. Item dicun tur, qui uecturis uiuunt, uellaturam facere. Certe inquit Fundanius aliud pastio, & aliud agricultura, sed affinis. Et ut dextra tibia alia, quàm sinistra, ita ut tamen sit quodammodo coniuncta, quod est altera eiusdem carminis modorum incentiua, altera succentiua. Et quidem licet adijcias inquam, pastorum uitam esse incentiuam, agri colarum succentiuam authore doctissimo homine Dicæarcho, qui Græ ciæ uitæ qualis fuerit, ab initio nobis ita ostendit, ut superioribus tem poribus fuisse doceat, cum homines pastoriciam uitam agerent, neque scirent etiam arare terram, aut serere arbores, aut putare, ab his in feriore gradu ætatis susceptam agriculturam. Quocirca & succinit pastorali, quod est inferior, ut tibia sinistra à dextræ foraminibus.

Agrius Tu inquit tibicen non solũ adimis domino pecus, sed etiã seruis peculium, quibus domini dant, ut pascant, atq; etiam leges colo nicas tollis, in quibus scribimus, Colonus in agro furcalario ne ca pras compascat, quas etiam astrologia in cœlũ recepit, non longe ab Tauro. Cui Fundanius, Vide inquit, ne agri istuc sit ab hoc, cum in legibus etiam scribatur, pecus quoddam. Quædam enim pecudes culturæ sunt inimicæ, ac ueneno, ut istæ, quas dixisti, capræ. Hæ eni omnia nouella sata carpendo corrumpunt, non minimum uites, atque oleas. Itaq; propterea institutum diuersa de causa, ut ex caprino ge nere ad alij deiaram hostia adduceretur, ad alij non sacrificaretur, cum ab eodem odio alter uidere nollet, alter etiam uidere pereun tem uellet. Sicq; factum, ut Libero patri repertori uitis hirci immo larentur, proinde ut capite darent pœnas. Contra, ut Mineruæ capri ni generis nihil immolarent, propter oleam, quod eam, quam læse rit, fieri dicunt sterilem, eius enim saliuam esse fructus uenenum. Licinius, Hoc nomine etiam Athenis in arcem non iungi, præterquã semel ad necessarium sacrificium, ne arbor olea, quæ primũ dicatur ibi nata, à capra tangi possit. Nec ullæ inquit pecudes agriculturæ sunt propriæ, nisi quæ agrum operæ, quo cultior sit, adiuuare, ut eæ, quæ iunclæ arare possint. Agrasius si istuc ita est inquit, quemodo pecus remoueri potest ab agro, cum stercus, quod plurimum prodest, greges pecorum ministrent? Sic inquit Agrius, uenalium greges agriculturam dicemus esse, si propter istam rem habendum statuerimus. Sed hinc error, quod pecus in agro esse potest, & fructus non in eo agro ferre, quod non sequendum. Nam sic etiam res aliæ diuersæ ab agro erunt essi mundæ, ut si habeas plures in fundo textores, atq;

res, atq; institutos historias, sic & alios artifices. Scrofa, Disiungamus igitur inquit, pastionem à cultura, & siquis quid nult aliud. An'ne ego inquam sequar Sasernarum patris, & filij libros? ac magis putem pertinere figlinas quemadmodum exerceri oporteat, q̃ argenti fodinas, aut alia metalla, quæ sine dubio in aliquo agro fiunt. Sed neque lapidicinæ, neq; arenariæ ad agriculturã pertinent, sic figlinæ. neque ideo non in quo agro idoneæ possint esse, non exercendæ, atq; ex eis capiundi fructus, ut etiam si ager secundũ uiã, & opportunus uiatoribus locus, ædificandæ tabernæ diuersoriæ, quæ tamẽ quamuis sint fructuosæ, nihilo magis sunt agriculturæ partes. Non enim siquis propter agrum, aut etiã in agro profectus domino, agriculturæ acceptum referre debet, sed id modo, qđ nec satione terra sit natum, ad fruendum suscipit. Stolo, Tu inquit inuides tanto scriptori, & obstrigilãdi causa figlinas reprehẽdis, cum præclara quædam, ne laudes, prætermittas, quæ ad agriculturam uehementer pertineant. Cum subrisisset Scrofa, qđ non ignorabat libros, & despiciebat, & Agrasius se scire modo putaret, ac Stolonem rogasset, ut diceret, cœpit, Scribit amicæs quemadmodum interfici oporteat his uerbis. Cucumerem anguinum condito in aquam, eamq; infundito quò uoles, nulli accedent. uel fel bubulum cum aceto mistum, unguito lectum. Fundanius aspicit ad Scrofam, & tamen uerũ dicat, inquit, hic, ut hoc scripserit in agricultura. Ille. Tam hercle, q̃ hoc, siquẽ glabrum facere uelis, quod iubet, ranam luridam conijcere in aquã, usquequo ad tertiã partem decoxeris, eaq; ungere corpus. Ego quod magis inquam ptineat ad Fundanij ualetudinem, & in eo libro est, satius dicam, nam & huiusce pedes solent dolere, in fronte contrahere rugas. Dic sodes inquit Fundanius. nam malo de meis pedibus audire, quàm quemadmodum pedes betaceos seri oporteat. Stolo subridens dicam, inquit, eisdem, quibus ille uerbis scripsit, ualent quæ iã audiui. Cũ homini pedes dolere cœpissent, q̃ tui meminisset, ei mederi posse. Ego tui memini, medere meis pedibus. Terra pestem teneto. Salus hic maneto in meis pedibus. Hoc ter nouies cantare iubet, terram tangere, despuere, ieiunum cantare. Multa inquã item alia miracula apud Sasernas inuenies, quæ omnia sunt diuersa ab agricultura, & ideo repudianda, quasi uero inquam, non apud cæteros quoq; scripto res talia reperiantur. An non in magni illius Catonis libro, qui de agricultura est editus, scripta sunt permulta similia ut hæc? Quemadmodũ placentam facere oporteat, quo pacto libũ, qua ratione pernas salire. Illud non dicis inquit Agrius, quod scribit, si uelis in conuiuio multum bibere, cœnareq; libenter, ante esse oportet brassi-

cum crudam ex aceto, & post, alia folia quinq;. III.

IGITVR inquit Agrasius, quæ disiungenda essent à cultura cuiusmodi sint, quoniam discretum de ijs rebus dicendũ, quæ scientiæ sit, & quid in colendo nos docet, ars an sit, an quid aliud, & à quibus carceribus decurrat ad metas. Stolo cum aspexisset Scrofam, Tu inquit, & ætate, & honore, & scientia quod præstas, dicere debes. Ille non grauatus, Primũ inqt, non modo est ars, sed etiã necessaria, ac magna. eaq; est scientia, quæ docet, quæ sint in quoquo agro serunda, & faciunda, quæq; terra maximos perpetuo reddat fructus. IIII.

EIVS principia sunt eadẽ, quæ mundi esse Ennius scribit, aqua, terra, anima, & sol. Hæc enim cognoscenda prius, quàm iacias semina, quod initiũ fructuũ oritur. Hinc profecti agricolæ ad duas metas dirigere debent, ad utilitatem, & uoluptatem. Vtilitas quærit fructũ, uoluptas delectationẽ. Priores partes agit, quod utile est, q̃ quod delectat, nec non ea, quæ faciunt cultura honestiorem agrum, pleraq; non solum fructuosiorem eundẽ faciunt, ut cum in ordinẽ sunt consita arbusta, atq; oliueta, sed etiam uendibiliorẽ, ut quæ adiciant ad fundi pretiũ. nemo enim eadẽ utilitate non formosius quod est, emere mauult pluris, q̃ si est fructuosius turpe. Vtilissimus autem is ager, qui salubrior est, q̃ alij, quod ibi fructus certus. contraq; in pestilenti, calamitas, quãuis in feraci agro colonũ ad fructus peruenire nõ patitur. Etenim ubi ratio cũ oco habetur, ibi nõ modo fructus est incertus, sed etiam colentiũ uita. Quare, si salubritas nõ est, cultura non aliud est, q̃ alea domini uitæ, ac rei familiaris. Hoc uero diminuitur scientia. ita enim salubritas, quæ ducitur è cœlo, ac terra, nõ est in nostra potestate, sed in naturæ, ut tamẽ multũ sit in nobis, q̃ grauiora quæ sunt, ea, diligentia, leuiora facere possumus. etenim si propter terrã, aut aquam, odorem'ue, quẽ aliquo loco eructat, pestilẽtior est fundus, aut propter cœli regionẽ ager calidior sit, aut uẽtus nõ bonus flet. Hæc uitia emendari solent domini scientia, ac sumptu. quod pmagni interest, ubi sint positæ uillæ, quantæ sint, quò spectent, portubus, ostijs, ac fenestris. Annõ ille Hippocrates medicus in magna pestilentia, nõ unũ agrũ, sed multa oppida, scientia seruauit? Sed quid ego illũ uoco ad testimonium? nõ hic Varro noster, cum Coreyræ esset exercitus, ac classis, et omnes domus repletæ essent ægrotis, ac funeribus, immisso fenestris nouis aquilone, & obstructis pestilentibus, ianuaq; permutata, cæteraq; eius generis, diligentia, suos comites, ac familiam, incolumes reduxit? V.

SED quoniam agriculturæ, quod esset initium, & finis dixi, relinquitur

linquitur quot partes ea disciplina habeat, ut sit uidendũ. Equidẽ innumerabiles mihi uidentur inquit Agrius, cũ lego libros Theophrasti cõplures, q̃ iscribũtur περὶ φυτῶν ἱστορίας, & περὶ φυτῶν αἰτιῶν.

Stolo isti inquit libri non tam idonei ijs, qui agrũ colere uolunt, q̃ qui scholas philosophorum. neque eo dico, quod non habeant & utilia, & communia quædam. quapropter tu potius agriculturæ partes nobis expone. Scrofa agriculturæ iquit, quatuor sunt partes summæ. è quarũ prima cognitio soli fundi, et partes eius quales sint. Secũda, quæ in eo fundo opus sunt, ac debeant esse culturæ causa. Tertia, quæ in eo prædio colendi causa sint faciunda. Quarta, quo queq; tempore in eo fundo fieri conueniant. De his quatuor generibus singulæ minimum in binas diuiduntur species. quod habet prima ea, quæ ad solum pertinent terræ, & quæ ad uillas, & stabula. Secunda pars, quæ mouentur, atque in fundo debeant esse culturæ causa. est itẽ bipartita, de hominibus, per quos colendum, & de reliquo instrumento. Tertia pars, quæ de rebus, diuiditur, quæ ad quamq; rẽ sint præparanda, & ubi quæq; faciunda. Quarta pars de temporibus, quæ ad solis circuitum annuũ sint referenda, & quæ ad Lunæ menstruũ cursum. De primis quatuor partibus prius dicam, deinde subtilius de octo secundis. VI.

IGITVR primum de solo fundi uidendum. Hæc quatuor. Quæ sit forma, quo in genere terræ, quantus, quamq; per se tutus. Formæ cum duo genera sint, una quam natura dat, altera, quam sationes imponunt, prior, quod alius ager bene natus, alius male. posterior, q̃ alius fundus bene consitus est, alius male, dicam prius de naturali. Igitur cum tria genera sint à specie simplicia agrorũ, campestre, collinũ, & montanũ, est ex his tribus quartum, ut in eo fundo, in quo hæc duo, uel tria sunt, ut multis locis licet uideri. E quibus tribus fastigijs simplicibus, sine dubio infimis alia cultura aptior, quã summis, quod hæc calidiora, quàm summa, sic collinis, quod ea tepidiora, quàm infima, aut summa. Hæc apparent magis ita esse in latioribus regionibus, simplicia cũ sunt. Itaq; ubi lati campi, ibi magis æstus. Et eò in Apulia locã calidiora, & grauiora. Et ubi montana, ut in Vesuuio, quod leuiora, & ideo salubriora. Qui colunt deorsum, magis æstate laborant, qui sursum, magis hyeme, uerno tempore in campestribus maturius eadem illa seruntur, quàm in superioribus, & celerius hic, quàm illic coguntur. Necnon sursum, quàm deorsum tardius seruntur, ac metuntur. Quædam in montanis prolixiora nascuntur, ac firmiora, propter frigus, ut abietes, ac sappini. Hic, quod tepidiora populi, ac salices, sursum fertiliora, ut arbutus, ac quercus, deorsum,

ut nuces græcæ, ac marisce fici. In collibus humilibus societas maior cum campestri fructu, quàm cum montano, in altis contra. Propter hæc tria fastigia formæ, discrimina quædã fiunt sationum, quod segetes meliores existimantur esse campestres, uineæ collinæ, syluæ montanæ, plerunque hyberna ijs esse meliora, qui colunt campestria, q̃ tunc prata ibi herbosa, putatio arborum tolerabilior. Contra æstiua montanis locis commodiora, q̃d ibi tum & pabulum multum, quod in campis aret, & cultura arborũ aptior, quod tum illic frigidior aer. Campester locus is melior, qui totus æquabiliter in unam partem uergit, quàm is, qui est ad libellã æquus, quod is, cum aquæ non habeant delapsum, fieri solet uliginosus. eo magis siquis est inæquabilis, eo deterior, quod fit propter lacunas aquosus. Hæc, atq; huiusmodi tria fastigia agri ad colendum dispariliter habent momentum. VII.

STOLO, Quod ad hanc formam naturalẽ pertinet, de eonõ incommode Cato uidetur dicere, cum scribit optimum agrũ esse, qui subradiæ montis situs sit, et spectet ad meridianã cœli partẽ. Subijcit Scrofa. De formæ cultura hoc dico, quæ specie fiant uenustiora, se qui, ut maiore quoq; fructu sint, ut qui habent arbusta, si sata sunt in quincuncem propè sint ordines, atq; interualla modica. Itaq; maiores nostri ex aruo æque magno, sed male consito, & minus multum, & minus bonum faciebant uinum, quod quæ suo quæq; loco sunt posita, ea minus loci occupant, & minus officit aliud alij ab sole, ac luna, et uẽto. Hoc licet coniectura uidere ex aliquot rebus, ut nuces integras, quas uno modio cõprehendere possis, q̃d putamina suo loco quæq; habet natura composita, cum easdẽ si fregeris uix sexquimodio concipere possis. Præterea quæ arbores in ordine satæ sunt, eas æquabiliter ex omnibus partibus sol, ac luna coquunt. quo fit, ut uuæ, & oleæ plures nascantur, & ut celerius coquantur. quas res duas sequuntur altera illa duo, ut plus reddant musti, & olei, & pretij pluris.

Sequitur secundum illud, quali terra solum sit fundi, & à qua parte uel maxime bonus, aut non bonus appelletur. Refert enim, quæ res in eo seri, nasciq;, & cuiusmodi possint. Nõ enim eadem omnia in eodem agro recte possunt. Nam ut alius est ad uitem appositus, alius ad frumentum, sic de cæteris alius ad aliã rem. Itaq; Cretæ ad cortyniam dicatur platanus esse, quæ folia hyeme non amittat. Itemq; in Cypro, ut Theophrastus ait, una. Item Sybari, qui nũc Thurij dicuntur, quercus simili esse natura, quæ est in oppidi conspectu. Item contra atq; apud nos fieri ad elephãtinem, ut neq; ficus, neq; uites amittant folia. Propter eãdẽ causam multæ sunt bifera, ut uitas apud mare Smyrnæ, malus bifera, ut in agro consentino. Idem ostendit, q̃d in locis

locis feris plura ferunt, in ijs, quæ sunt culta meliora, eadem de causa sunt, quæ non possunt uiuere nisi in loco aquoso, aut etiã in aqua. & id discriminatim, ut alia in lacubus, ut arundines in Aretino, aliæ in fluminibus, ut in Epeiro arbores alni, alia in mari, ut scribit Theophrastus, palmas, & squillas. In Gallia trãsalpina intus ad Rhenũ, cum exercitum ducerẽ, aliquot regiones accessi, ubi nec uitis, nec olea, nec poma nascerentur, ubi agros stercorarent candida fossicia creta. Vbi salem nec fossicium, nec maritimum haberent, sed ex quibusdã lignis combustis, carbonibus salsis pro eo uterẽtur. Stolo, Cato quidẽ inquit, gradatim præponens, alium alio agrum meliorẽ dicit esse in nouem discriminibus, & quod sit primus, ubi uineæ possunt esse bono uino, & multo. Secundus, ubi hortus irriguus. Tertius, ubi salicta. Quartus, ubi olineta. Quintus, ubi pratum. Sextus, ubi cãpus frumẽtarius. Septimus, ubi cædua sylua. Octauus, ubi arbustum. Nonus, ubi glandaria sylua. Scrofa, Scio inquit scribere illum, sed de hoc non consentiunt omnes, quod alij dãt primatũ bonis pratis, ut ego quoq;, à quo antiqui prata parata appellarunt. Cæsar Vopiscus ædilicius, cum sam cum ageret apud Censores, campos Rosiæ Italiæ dixit esse sumẽ, in quo relicta pertica postridie nõ appareret propter herbã. VIII.

CONTRA uineam sunt, qui putent sumptu fructus deuorare. Refert inquam, quod genus uineæ sit, quod sunt multæ species eius. aliæ enim humiles, ac sine ridicis, ut in Hispania, aliæ sublimes, ut quæ appellantur iugatæ, ut pleræq; in Italia. quarum nomina duo, pedamenta, & iuga. q̃bus stat recta uinea dicuntur pedamenta, quæ trãsuersa iunguntur iugis, ab eo quoque uineæ iugatæ. Iugorum genera ferè quatuor, pertica, arundo, restes, & uites. Pertica, ut in Falerno, Arundo, ut in Arpino, Restes, ut in Brundusino. Vites, ut in Mediolanensi agro. Iugationis species duæ, una directa, ut in agro canusino, altera compluuiata in longitudinem, & latitudinem iugata, ut in Italia pleræque. Hæc ubi domo nascuntur, uineæ non metuunt sumptum, ubi multa ex propinqua uilla, non ualde. Primũ genus, quod dixi, maxime quærit salicta. Secundum, arundineta. Tertium iuncta, aut eius generis rẽ aliquã. Quartum arbusta, ubi traduces possint fieri uitiũ, ut Mediolanenses faciunt in arboribus, quas opulos uocant canusini in harũdulatione in ficis. Pedamentum item ferè quatuor generũ. Vnũ robustum, quod optimũ solet afferri in uineã è quercu, ac iunipero, & uocatur ridica. Alterũ palus è pertica, melior è dura, quod diuturnior, quem cum infimum terra uoluit, puter euertitur, & fit solum summũ. Tertiũ, quod horum inopiæ subsidio misit arundinetum. Inde enim aliquot colligatas libris demittunt

in tubulos fictiles, cum fundo pertuso, quos cuspides appellant, qua humor aduenticius trãsire possit. Quartum pedamentum est natiuum eius generis, ubi ex arboribus in arbores traductis uitibus uinea fit, quos traduces, qdã rumpos appellant. Vineæ altitudinis modus, longitudo hominis. Interualla pedamentorum, qua boues iũcti arare possint. Ea minus sumptuosa uinea, quæ sine iugo ministrat acratophorũ uinum. Huius genera duo. unũ, in quo terra cubilia præbet uuis, ut in Asia multis locis, quæ sæpe uulpibus, & hoibus sit communis. nec non, si parit humus mures, huius minor fit uindemia, nisi totas uineas oppleueris muscipulis, quod in insula Pandataria faciunt. Alterũ genus uineti, ubi ea modo remouetur à terra uitis, quæ ostenderit se affere unã. Sub eã, ubi nascitur una subijciuntur circiter bipedales è furculis furcillæ, ne uindemia pereat, & uidemia facta deniq; discat pendere in palmam, aut funiculo, aut uinctu, quod antiqui uocabãt cestum. ibi dominus simul ac uidit occipitium uindemiatoris, furcillas reducit hybernatum in tecta, ut sine sumptu earũ opera altero anno uti possit. Hac cõsuetudine in Italia utũtur Reatini. Hæc ideo uarietas maxime, quod terra cuiusmodi sit, refert. ubi enim natura humida, ibi altius uitis tollenda, quod in partu, & alimonio uinum non ut in caliæ quærit aquam, sed solem. itaq; ideo (ut arbitror) primũ è uinea in arbores ascendit uitis. IX.

TERRA inquã, cuiusmodi sit refert, & ad quã rẽ bona, aut nõ bona sit. ea tribus modis dicitur, cõmuni, proprio, et misto. Cõmuni, ut cum dicimus orbẽ terræ, & terrã Italiã, aut quã aliã. in ea enim & lapis, & arena, et cætera eius generis sunt in nominãdo cõprehẽsa. Altero modo dicitur terra proprio nõe, quæ nullo alio uocabulo, neq; cognomine adiecto appellatur. Tertio modo dicitur terra, quæ est mista in qua seri qd potest, et nasci, ut argillosa, aut lapidosa, sic et aliæ, cũ in hac spẽs nõ minus sint multæ, q̃ in illa cõmuni propter admistiones. in illa enĩ cũ sit dissimili ui, ac potestate, partes permultæ, inqueis, lapis, marmor, rudus, arena, sabulo, argilla, rubrica, puluis, creta, glarea, cærbunculus, ideſt, quæ sole perferuet ita, ut radices satorũ comburat. Ab ijs, quæ proprio nomine dicitur terra, cum est admista ex his generibus aliqua re, tum dicitur aut cretosa, aut glareosa, et sic ab alijs generũ discriminibus mista, et uti horũ uarietates, ita genera hæc, ut præterea subtiliora sint alia. Nã ad minimũ in singula facies terna, qd alia terra est ualde lapidosa, alia mediocriter, alia propè pura. Sic de alijs generibus reliqs, admistæ terræ tres gradus ascẽdũt eosdẽ. Præterea hæ ipsæ ternæ species ternas in se habẽt alias, qd partim sunt humidiores, partim aridiores, partim mediocres. neque

non

non hæc discrimina pertinent ad fructus uehementer. Itaq; periti in loco humidiore far adoreũ potius serunt, quàm triticum. Contra in aridiore hordeũ potius, q̃ far, in mediocri utrũq;. Præterea etiã discrimina omnium horum generũ subtiliora alia, ut in sabulosa terra, q̃ ibi refert, sabulo albus sit, an rubicundus, quod sabulo albus ad serẽdos surculos alienus. contra rubicundior appositus. Sic magna tria discrimina terræ, quod refert utrũ sit macra, an pinguis, an mediocris. quo ad culturã pinguis fœcundior ad multa, macra contra. Itaq; in Veijs, ut in Pupinia, neq; arbores prolixas, neq; uites feraces, neq; stramenta uidere crassa poteris, neq; ficum mariscam, & arbores pleraſque, ac prata retorrida, & muscosa. Contra in agro pingui, ut in Hetruria, licet uidere, fructuosas segetes, ac restibiles, et arbores prolixas, et omnia sine musco. In mediocri autẽ terra, ut in Tyburti, q̃ propius accedit, ut nõ sit macra, q̃ ut sit ieiuna, eò ad oẽs res cõmodior, q̃ si inclinauerit ad illud, qd deterius. Stolo, Nõ male inquit, quæ sit idonea terra ad cõlẽdũ, an nõ, Diophanes bithynius scribit signa sumi posse aut ex ipsa, aut ex ijs, quæ nascũtur ex ea, ex ipsa, si sit terra alba, si nigra, si leuis, quæ cũ fodiatur, facile frietur, naturaq; nõ sit cineritia, neue uehementer densa. Ex his autem, quæ enatæ sunt, fera, si sunt prolixa, atq; ea, quæ ex his nasci debent, earũ rerũ feracia. Sed quod sequitur tertium illud de modis dicæ. X.

ILLE. Modos, quibus metirentur rura, alius alios constituit. Nã in Hispania ulteriore metiuntur iugis, in campania uersibus, apud nos in agro Romano, ac latino iugeris. Iugum uocant, quod iuncti boues uno die exarare possint. uersum dicunt centum pedes quoquo uersum quadratum. Iugerũ, qd quadratos duos actus habeat. Actus quadratus, qui & latus est pedes centum uiginti, & longus totidem, Is modius, ac mina latine appellatur. Iugeri pars minima dicitur scrupulum. id est decem pedes in longitudine, & latitudine quadratum. Ab hoc principio mensores nonnunquam dicunt in subcisiuum esse unciam agri, aut sextantem, aut quid aliud, cum ad iugerum peruenerunt, id habet scrupula ducentaoctogintaocto. Quantum attinet ad antiquos nostros, ante bellum punicum pendebant bina iugera, quod à Romulo primum diuisa dicebantur uiritim, quæ quod hæredem sequerentur, hæredium appellarunt. Hæc postea à iugeris centum centuria dicta, quæ duplicata est quadrata in oẽs quatuor partes, ut habeat latera longa duo millia & quadrigentos pedes. Hæ porrò quatuor centuriæ coniunctæ, ut sint in utranque partem binæ, appellantur in agris diuisis uiritim publicè soltus. XI.

IN MODO fundi non animaduerso lapsi sunt multi, quod

alij uillam minus magnam fecerunt, quàm modus postulauit, alij maiorem, cum utrunque sit contra rem familiarem, ac fructum. maiora enim tecta & ædificamus pluris, & tuetur sumptu maiore. minora cum sunt, quàm postulat fundus, fructus solent disperire. Licinius. Dubiũ enim nõ est, quin cælla uinaria maior sit facũda in eo agro, ubi uineta sunt ampliora, ut horrea, si frumentarius ager est. In uilla ædificãda hoc potissimum, ut intra septa uillæ habeat aquã, si non, quam proxime. Primum, quæ ibi sit nata, secundum, quæ influat perennis. Si omnino aqua non est uiua, cisternæ facundæ sub tectis, & lacus sub dio, ex altero loco ut homines, ex altero ut pecus uti possit. XII.

DANDA opera, ut potissimum sub radicibus montis syluestris uillam ponas, ubi pastiones sint latæ, ita ut contra uentos, qui saluberrimi in agro flabunt posita sit. Ad exortus æquinoctiales aptissima, quod æstate habeat umbrã, hyeme solem. Sin cogare secundum flumen ædificare, curandum ne aduersum eurum ponas. hyeme enim fiet uehementer frigida, & æstate non salubris. Aduertendum etiam siqua erunt loca palustria, & propter easdem causas, & quod arescunt, & quod in ijs crescunt animalia quædam minuta, quæ non possunt oculi consequi, & per aëra intus in corpus pos, ac nares perueniunt, atq; efficiunt difficiles morbos. Fũdanius, Quid potero inquit facere, si istusmodi mihi fundus hæreditate obuenerit, quo minus pestilentia noceat? Istuc uel ego possum respondere inquit Agrius. Vẽdas quot assibus possis, aut si nequeas, relinquas. At Scrofa Vitandum inquit, ne in eas partes spectet uilla, ex quibus uentus grauior afflare soleat. ne'ue in conualli cana, & ut potius in sublimi loco ædifices. qui qã perflatur, si quod est, qã aduersarium inferatur, facilius discutitur. Præterea, quod ab sole toto die illustratur, salubrior est, quod & besiolæ siquæ propè nascuntur, & inseruntur, aut efflantur, aut aritudine cito pereunt. Nimbi repentini, & fluuij, ac torrentes periculosi illis, qui in humilibus, ac cauis locis ædificia habent, & repentinæ prædonum manus, quod improuisos facilius opprimere possunt. Ab hoc utroque superiora loca tutiora. XIII.

IN VILLA facunda sunt stabula, ita ut bubilia sint, ubi hyeme possint esse caldiora. Fructus ut est uinum, & oleum loco plano in cellis, ita ut uasa uinaria, et olearia potius sint in locis aridis, quàm humidis, fructus, ut est faba, lẽtes, hordeum, & far, & fœnum in tabulatis. Familia ubi uersetur prouidendum, si fessi opere, uel frigore, aut calore, ubi commodissime possint sese quieti recipere. Villica proxime ianuam cellam esse oportet. eumq; scire, qui introeat, aut exeat

eat noctu, quid'ue ferat, præsertim si ostiarius est nemo. In primis cu lina uidenda, ut sit admota, quod ibi hyeme antelucanis temporibus aliquot res conficiuntur, cibus paratur, & capitur. Facundum etiam plaustris, ac cætero instrumento omni, quibus cœlum pluuium inimicum, in chorte ut satis magna sint tecta. hæc enim si intra clausum in conspecto, & sub dio, fierem modo non metuunt, sed aduersus tempestatem nocentem non resistunt. Chortes in fundo magno duæ aptiores. Vna, ut interius compluuium habeat lacum, ubi aqua saliat, qui intra stilobatas cum uenit, sit semipiscina. Boues enim ex aruo æstate reducti hic bibunt, hic perfunduntur. nec minus & à pabulo dũ redierunt, anseres, sues, porci. In chorte exteriore lacum esse oportet, ubi maceretur lupinum, item alia, quæ demissa in aquam ad usum aptiora fiant. Chors exterior crebro operta stramentis, ac paleis, conculcata pedibus pecudum, fit ministra fundo, ut sit ex ea quod euehatur. Secundum uillam duo habere oportet sterquilinia, aut unum bifariam diuisum. alterã enim in partem ferri oportet è uilla nouum fimum, ex altera ueterem tolli in agrum. quod enim infertur recens, minus bonum, id cum stacuit, melius. nec non sterquilinium melius illud, cuius latera, & summum uirgis, & fronde uindicatur ab sole. Non enim sucum, quem quærit terra, solem ante exuggere oportet. Itaq; periti (qui possunt) ut eò aqua influat, eo nomine facunt. Sic enim maxime retinetur sucus in eo. Quidã & sellas familiaricas ponũt. Ædificium facere oportet, sub quod tectum totam fundi subijcere possis messem, quod uocant quidam nubilarium. Id secundum areã facundũ, ubi triturus sis frumentum, magnitudine pro modo fundi ex una parte apertum, & id ab area, quo & in triturã proruere facile possit, &, si nubilare cœperit, inde ut rursus celeriter reijcere. Fenestras habere oportet ex ea parte, unde commodissime perflari possit.

Fundanius, Fructuosior inquit est certe fundus propter ædificia, si potius ad antiquorum diligentiam, quàm ad horum luxuriam dirigas ædificationem. Illi enim faciebant ad fructuum rationem, hi faciunt ad libidines indomitas. Itaq; illorum uillæ rusticæ erant maioris, quàm urbanæ, quæ nunc sunt pleræq;. Contra, illic laudabatur uilla, si habebat culinam rusticam bonam, præsepias laxas, cellã uinariam, & olearia ad modum agri aptam, & pauimento procliui in lacum, in quo, si contigerit, defluens uinum excipiatur, ne pereat. quod sæpe, ubi conditum nouum uinum, orcæ ut in Hispania feruore musti ruptæ, nec non & dolia, ut in Italia. Item cætera ut essent in uilla huiusmodi, quæ cultura quæreret, prouidebant. Nunc contra ut uillam suburbanam q̃ maximam, ac politissimam habeant, dant

operam, ac cum Metelli, et Luculli uillis pessimo publico ædificatis certant, quo elaborant, ut spectent sua æstiua triclinaria ad frigus oriëtis, hyberna ad solem occidentem potius, quàm ut antiqui in quã partem cælla uinaria, aut olearia fenestras haberet, cũ fructus in ea uinarius quærat, ut dolia aera frigidiorem, item ut olearia cældiorẽ habeat. Item uidere oportet, si est collis (nisi quid impediat) ut ibi potissimum ponatur uilla. XIIII.

NVNC de septis, quæ tutandi fundi causa, aut partis fiant, dicã. Earum tutelarum genera quatuor. Vnum naturale, alterũ agreste, tertiũ militare, quartum fabrile. Horũ unũquodq; species habet plures. Primum naturale sepimentum, qđ obseri solet uirgultis, aut spinis, quod habet radices uiuæ sepis, ac uiatoris prætereuntis lasciui nõ metuit facem ardẽtem. Secunda sepes est ex agresti ligno, sed non uiuit. Fit aut palis statutis crebris, ac uirgultis implectis, aut latis pforatis, & p ea foramina traiectis longurijs ferè binis, aut ternis, aut ex arboribus truncis demissis, & in terrã deinceps constitutis. Tertiũ militare sepimentum est fossa, et terreus agger. sed fossa ita idonea fiat, ut omnẽ aquã, quæ de cœlo uenit, recipere possit, aut fastigiũ habeat, ut exeat è fundo. Agger is, q intrinsecus fit iunctus fossæ, ita arduus sit, ut eum trãscendere nõ sit facile. Hoc genus sepis fieri secundum uias publicas solet, & secundum amnes. Ad uiam salariã, & in agro crustuminio uidere licet locis aliquot cõiunctos aggeres cum fossis, ne flumen agris noceat. Aggeres qui faciunt sine fossa, eos quidam uocant muros, ut in agro reatino. Quartum fabrile sepimentum est notissimum, macæria. Huius species ferè quatuor. quod fit è lapide, ut in agro Thusculano, quod è lateribus coctilibus, ut in agro Gallico. quod è lateribus crudis, ut in agro sabino. quod ex terra, & lapillis compositis in formis, ut in Hispania, & agro tarentino. XV.

PRAETEREA sine septis fines prædij, sationis, notis arborum tutiores fiunt, ne familiæ rixentur cum uicinis, ac limites ex lapidibus indicem quærant. Serunt alij circum pinos, ut habet uxor in Sabinis. Alij cupressos, ut ego habeo in Vesuuio. Alij ulmos, ut multi habent in Crustuminio, qđ ibi pullulat maxime. Et ubi est campus nulla potior arbor seritur, quod maxime fructuosa, quod & sustineat sẽpem, ac colit aliquot corbulas uuarum, & frondem iucundissimam ministrat ouibus, ac bubus, ac uirgas præbet sepibus, & foco, ac furno. Scrosa. Igitur Primum hæc, quæ dixi, quatuor uidenda agricolæ, de fundi forma, terræ natura, de modo agri, de finibus tuendis. XVI.

RELINQVITVR altera pars, quæ extra fundũ est. Cuius

appendices uehementer pertinent ad culturam propter affinitatem. Eius species totidem. Si uicina regio est infesta. Si quò neq; fructus nostros exportare expediat, neq; inde quæ opus sunt, apportare. Tertiũ, si uiæ, aut fluuij qua portentur, aut non sunt, aut idonei non sunt. Quartum, si quid ita est in confinibus fundi, ut nostris agris prosit, aut noceat. è quibus quatuor, quod est primum, refert infesta regio sit, nec'ne. Multos enim agros egregios colere nõ expedit, propter latrocinia uicinorum, ut in Sardinia quosdã propè Celiẽ, & in Hispania propè Lusitaniã. Secundum, quæ uicinitatis inuectos habent idoneos, ut quæ in agris nascuntur, ibi uẽdant, & illinc inuectos opportunos ad ea, quæ in fundo opus sunt, quod propterea sunt fructuosa. Multi enim habent prædia, quibus frumentum, aut uinũ, aliud'ue quid desit importandum. Contra, non pauci, quibus aliquid sit exportandũ. Itaq; suburbe colere hortos late expedit, sicut uiolaria, ac rosaria. Itẽ alia multa, quæ urbs recipit, cum eadẽ in longinquo prædio, ubi non sit quò deferri possit uenale, nõ expedit colere. item, si ea oppida aut uiciniæ, aut etiam diuitum copiosi agri, ac uillæ, unde non care emere possis, quæ opus sunt in fundum, quibusq; quæ superfint uenire possint, ut quibusdam pedamenta, aut perticæ, aut arundo, fructuosior fit fundus, quàm si longe sint importanda, nonnunq; etiã quàm si colẽdo in tuo ea parare possis. Itaq; in hoc genus coloni potius anniuersarios habẽt uicinos, qbus iperẽt medicos, fullones, fabros, quàm in uilla suos habeãt, qđ nõnunq; unius artificis mors tollit fundi fructũ. quam partẽ lati fundij diuites domesticæ copiæ mãdare solẽt. Si non ab fundo lõgius absunt oppida, aut uici, fabros parent, quos habeãt in uilla. sic cæteros necessarios artifices, ne de fundo familia ab opere discedat, ac profestis diebus ambulet feriata potius, quàm opere faciundo agrum fructuosiorem reddat. Itaque ideo Saserna liber præcipit, nequis de fundo exeat præter uillicum, & patronum, & unum, quem uillicus legat. Siquis contra exierit, ne impune abeat. si abierit, ut in uillicũ animaduertatur. Quod potius ita præcipiendum fuit, nequis iniussu uillici exierit, neque uillicus iniussu domini longius, quàm ut eodem die redierit, neque id crebrius, quàm opus esset fundo. Tertio eundẽ fundum fructuosiorem faciunt uecturæ, si uiæ sunt, quà plaustra agi facile possint, aut flumina propinqua, quà nauigari possit. qbus utrisq; rebus euehi, atque inuehi ad multa prædia scimus. Quarto refert etiã ad fundi fructus, quemadmodum uicinus in confinio constitum agrum habeat. si enim ad limitem quercetum habet, non possis recte secundum eam syluam serere oleã, quod usquequaq; est contrarium natura, ut arbores non solum minus ferant, sed etiã fugiant, ut intror-

sum in fundum se reclinent, ut uitis adsita ad olus facere solet, ut quercus, si inglandes magnæ, crebræ, finitimæ, fundi oram faciunt sterilem. XVII.

DE Fundi quatuor partibus, quæ cũ solo hærent, et alteris quatuor quæ extra fundũ sunt, & ad culturã pertinent, dixi. Nunc dicã agri quibus rebus cõlãtur. quas res alij diuidũt in duas partes, in homines, & adminicula hominum, sine quibus rebus colere non possunt. Alij in tres partes, scilicet in uocale, et semiuocale, & mutũ. Vocale, in quo sunt serui. Semiuocale, in quo sunt boues. Mutũ, in quo sunt plaustra. Omnes agri coluntur hominibus seruis, aut liberis, aut utrisq; Liberis, aut cũ ipsi colunt, ut pleriq; pauperculi cum sua progenie, aut mercenarijs, & conductitijs liberorum operis, res maiores, ut uindemias, & fœniscia administrant ij, quos obæratos nostri uocitarunt, ut etiã nunc sunt in Asia, atque in Aegypto, & in Illyrico complures. De quibus uniuersis hoc dico. Grauia locat utilius esse mercenarijs colere, quàm seruis, & in salubribus quoque locis opera rustica maiora, ut sunt in condẽdis fructibus uindemiæ, aut messis. De his cuiusmodi esse oporteat, Cassius scribit hæc. Operarios parandos esse, qui laborẽ ferre possint, ne minores annorum uiginti duorum, & ad agriculturam dociles. Eam coniecturam fieri posse ex aliarum rerum imperatis, & more incolarum è nouicijs requisito ad priorem dominum quid factitarent. Mãcipia esse oportere neque formidolosa, neque animosa. Qui præsint esse oportere, qui literis sint, & aliqua humanitate imbuti, frugi, ætate maiore, quàm oparios, quos dixi. Facilius enim his, quàm minoribus natu dicto sunt audientes. Præterea potissimum eos præesse oportet, qui periti sint rerum rusticarum. non solum enim debere imperare, sed etiam facere, ut facientem imitentur, & ut animaduertant eum cum causa sibi præesse, quod scientia præstet, & usu. Neq; illi concedendum, ita imperare, ut uerberibus coherceat potius quàm uerbis. Et (si modo id effiere possis) neq; eiusdem nationis plures parandos esse. ex eo enim potissimum solere offensiones domesticas fieri. Præfectos alacriores faciundum præmijs, dandaq; opera, ut habeant peculium, & coniuctas conseruas, è quibus habeant filios, eo enim fiunt firmiores, ac coniunctiores fundo. Itaq; propter has cognationes epiroticæ familiæ sunt illustriores, ac cariores. Ad inijciendam uoluptatem his præfecturæ, honore aliquo habendi sunt. & de operarijs, qui præstabunt aliqui, communicandũ quoque cum ijs, quæ faciunda sunt opera. quod ita cum fit, minus se putant despici, atque aliquo numero haberi à domino. Studiosiores ad opus fieri liberalius tractando, aut cibarijs, aut uestitu largiore, aut remissione operis, concessione'ue, ut peculiare aliquid in fundo pascere liceat, aut huiusce modi rerum alijs, ut quibus quid grauius sit imperatum, aut animaduersum, qui consolando eorum restituat uoluntatem, ac beneuolentiam in dominum. XVIII.

FAMILIAM Cato dirigit ad duas metas, ad certum modum agri, & genus sationis scribens de oliuetis, & uinetis, ut duas formulas. unam, in qua præcipit quomodo oliuetum agri iugerum ducentorum quadraginta instruere oporteat. Dicit enim in eo modo hæc, mancipia tredecim habenda, uillicum, uillicam, operarios quinque, bubulcos tres, asinarium unum, subulcum unum, opilionem unum. Alteram formulam scribit de uinearũ iugeribus centum, ut dicat haberi oportere hæc, quindecim mancipia, uillicum, uillicam, operarios decem, bubulcum unum, asinarium unum, subulcum unum. Saserna scribit satis esse ad iugera octo hominem unum ea debere eum fodere diebus quadraginta quinque, tametsi quaternis operis singula iugera possit. sed relinquere se operas tredecim ualetudini, tempestati, inertiæ, indulgentiæ. Licinius. horũ neuter satis dilucide modulos reliquit nobis. Quod Cato si uoluit (ut debuit) uti proportione, ut ad maiorem fundum, uel minorem adderemus, uel demeremus, extra fãmuliam debuit dicere uillicum, & uillicã. neq; enim si minus CCXL. iugera oliueti colas, non possis minus uno uillico habere, nec si bis tanto ampliorem fundum, aut eo plus colas, ideo duo uillici, aut tres habendi fuere. Operarij modo, & bubulci pro portione demendi, uel addendi, ad minores, maiores'ue modos fundorum, hi quoq; si similis ager est. nam si est ita dissimilis, ut totus arari non possit, ut si sit confragosus, atq; arduus cliuis minus multi opus sunt boues, & bubulci. Inijcio illud, quod modum, neq; unũ, neq; modicum proposuit ducentorum quadraginta iugerum. Modica enim centuria, & ea ducentorum iugerum, è qua ni sexta pars sit ea quadraginta, quæ de ducentis quadraginta demitur, non uideo quẽadmodum ex eius præcepto demam sextam partem, & de tredecim mancipijs nihilo magis si uillicum, & uillicam remouero, quemadmodum ex undecim item sextam partem demam. Quod autem ait in centum iugeribus uinearum opus esse quindecim mancipia, siquis habebit centuriam, quæ sit dimidium uineti, & dimidium oliueti, sequetur, ut duos uillicos, & duas uillicas habere debeat, quod est deridiculũ. Quare alia ratione modus mancipiorũ generatim est animaduertendus, & magis in hoc Saserna probandus, qui ait singula iugera quaternis operis uno operario ad conficiendũ satis esse. Sed si hoc in Sasernæ fundo in Gallia satis fuit, non continuo idem in agro ligustico montano. Itaq; de fa-

miliæ magnitudine, & reliquo instrumento commodissime scies, quan tũ pares, si tria animaduerteris diligẽter. In uicinitate prædia cuiusmodi sint, & quãta, & quot, quæq; hominibus colantur. Et quot additis operis, aut demptis melius, aut deterius habeas. Nobis enim cultum biuium ad culturam dedit natura experientiam, & imitationem. Antiquissimi agricolæ tentando pleraque constituerunt, liberi eorum maximam partem imitando. Nos utrunque facere debemus, & imitari alios, taliter ut faciamus, & experientia tentare quædam sequentes non aleam, sed rationem aliquam, ut si altius repastinauerimus, aut minus, quàm alij, quod momentum ea res habeat, ut fecerunt ij, in sarriendo iterum, et tertio, & qui insitiones siculnas exuerno tempore, in æstiuum contulerunt. XIX.

DE RELIQVA parte instrumenti, quod semiuocale appellatur, Saserna adiugera ducenta arui boum iuga duo satis esse scribit. Cato in olietis ducentorum quadragenta iugerum boues ternos, ita fit, ut Saserna dicat uerum ad centum iugera, iugum opus esse, si Cato ad octogena. Sed ego neutrum horum ad omnem agrum conuenire puto, & utrunque ad aliquem. Alia enim terra facilior, aut difficilior est alia. Terram duram proscindere nisi boues magnis uiribus non possunt, & sæpe fracta bura relinquunt uomeres in aruo. Quo sequendum nobis in singulis fundis, dum sumus nouicij, triplex regula, superioris domini institutio, & uicinorum, & experientia quædam. Quod addit asinos, qui stercus uectent, treis, asinum molarium, in uinea iugerũ centum, iugum bouum, in hoc genere semiuocalium, adijciendum de pecore, quod ea sola, quæ dixit, agri colendi causa erunt, ut solent esse pecuaria, quæ pauca habẽda, quo facilius tueri possint, quoniam mancipia, quæ solent esse assidua, esse non possunt. In eo numero non modo qui prata habent, ut potius oues, quàm sues habeant, curent, sed etiam qui prata nõ habent, quia non solum pratorum causa habere debent, sed etiam propter stercus. XX.

IGITVR De omnibus quadrupedibus prima probatio est, qui idonei sint boues, qui arandi causa emuntur, quos rudes, neq; minores trimos, neque maiores quadrimos parandum. Vt uiribus magnis sint, ac pares, ne in opere firmior imbecilliorẽ conficiat, amplis cornibus, & nigris potius, quàm aliter, ut sint lata fronte, naribus simis, lacto pectore, crassis coxẽdicibus. Hos ueteranos ex campestribus locis emendum, non in dura, ac montana, nec non, si ita incidit, uitandum. Nouellos cum quis emerit iuuencos, si eorum colla in furcas destinata incluserit, ac dederit cibum, diebus paucis erunt mansueti, &

ad domandum proni. Tum ita subigendum, ut minutatim assuefaciant, & ut tironem cum ueterano adiungant. imitando enim facilius domantur. Et primũ eos æquo in loco, & sine aratro, tum eò leui simul arare faciant, & principio per arenam, aut molliorem terram dum consuescant. Quos ad uecturas, item instituendum, ut inania primum ducãt plaustra, & si possis, per uicum, aut per oppidũ, ubi creber crepitus sit, ac uarietas rerũ consuetudine celeberrima ad utilitatem adducito. Neq; pertinaciter, quem feceris dexterũ in eo manendum. Quod si alternis fit sinister, fit laboranti in alterutra parte requies. Vbi terra leuis, ut in campania, ibi nõ bubus grauibus, sed uacis, aut asinis quod arant, eò facilius ad aratrũ leue adduci possunt, & ad molas, & ad ea, si qua sunt, quæ in fundo conuehuntur. In qua re alij asellis, alij uacis, ac mulis utuntur, exinde ut pabuli facultas est. Nã facilius asellus, quàm uacca alitur, sed fructuosior hæc. Cauto agricolæ hoc spectandum, quo fastigio sit fundus. in confragoso enim, ac difficili hæc ualentiora parandum, & potius ea, quæ plus fructum reddere possunt, cum idẽ operis faciunt. XXI.

CANES potius cum dignitate, & acres paucos habendũ, quàm multos. quos consuefacias potius noctu uigilare, & interdiu clausos dormire, et cathena uinctos esse, ut soluti acriores fiant. De indomitis quadrupedibus, & pecore instructo, & canibus hoc faciundũ, quod dixi. Si prata sunt in fundo, neque pecus dominus habet, dãda opera, ut pabulo uendito, alienum pecus in suo fundo pascat, & stabulet. XXII.

DE RELIQVO instrumento mato, in quo sunt corbulæ, & dolia, & alia, sic præcipiendum. Quæ nasci in fundo, ac fieri à domesticis poterunt, eorum nequid ematur, ista ferè sunt, quæ ex uiminibus, & materia rustica fiunt, ut corbes, fiscinæ, tribula, mallei, & rastelli. Sic quæ fiunt de cannabi, lino, iunco, palma, scirpo, ut funes, restes, tegetes. Quæ è fundo sumi non poterunt, ea si empta erunt potius ad utilitatem, quàm ob speciem, sumptu fructũ non extenuabunt. eo magis, si inde empta erunt potissimum, ubi ea & bona, & proxime, & utilissime emi poterunt. Cuius instrumenti uaria discrimina, ac multitudo agri magnitudine finitur, quod plura opus sunt, si fines distant late. Itaque Stolo inquit, Proposita magnitudine fundi, de eo genere Cato scribit, Olineti iugera ducenta quadragenta qui coleret, eum instituere ita oportere, ut faceret uasa olearia instructa, iuga quinque, quæ membratim enumerat, ut ex ære ahena, urceos, & nasiternam, itẽ alia sic è ligno, & ferro, ut plostra maiora tria, aratra cũ uomeribus sex, crates stercorarias quatuor, itẽ alia, sic de

ferramentis quæ sint,& quot opus ad multitudinẽ,ut furcis ferreis octo,& sarcula totidem,dimidio minus palas, item alia. Item alterã formulã instrumenti fundi uinarij fecit,in qua scribit,si sit ager centum iugerum,habere oportere uasa torcularia instructa trina,dolia cum operculis culleorum octingentorum,acinaria uiginti, frumentaria uiginti. Item eiusmodi alia,quæ minus multa quidem alij,sed tantum numerum culleorum scripsisse puto,ne cogeretur quot annis uendere uinum. Vetera enim quàm noua,& eadem alio tempore,quàm alio pluris. Item sic de ferramentorum uarietate scribit permulta,et genere,et multitudine qua sint,ut falces,palas,rastros. Sic alia,quorũ nonnulla genera species habent plures,ut falces. nam dicuntur ab eodem scriptore uineaticæ opus esse sex,scirpiculæ quinque, syluaticæ quinq;,arboratiæ tres,& rusticariæ decem. Hic hæc. At Scrofa, Instrumentum,& suppellectilẽ rusticam omnem oportet habere scriptam in urbe dominum,& ruri uillicum, atque ea omnia certo suo quæq; loco ad uillam debent esse posita. Quæ non possunt esse sub claui,quam maxime facere,ut sint in cõspectu,oportet,eo magis ea,quæ in rariore sunt usu,ut quibus in uindemia utuntur,ut corbulæ,et sic alia. quæ. n. res quotidie uidentur,minus metuunt furẽ. XXIII.

SVSCIPIT Agrasius. Et quoniam habemus illa duo prima, ex diuisione quadripartita,de fundo,et de instrumento,quo coli solet, de tertia parte expecto. Scrofa, Quoniam fructum inquit,arbitror esse fundi eum,qui ex eo satus nascitur utilis ad aliquam rem, duo consideranda restant,quæ,& quo quidq; loco maxime expediat serere. alia enim loca apposita sunt ad fœnum,alia ad frumentum, alia ad uinum,alia ad oleum. Sic ad pabulũ quæ pertinent,in quo est ocymum, farrago,uicia,medica,cytisum,lupinum. Neq; in pingui terra omnia seruntur recte,neq; in macra nihil. Rectius enim in tenuiore terra ea,quæ non multo indigent succo,ut cytisum, & legumina, præter cicer,hoc enim quoque legumen,& cætera,quæ uellũtur è terra,neque subsecantur,sucum tollunt,quæ quod ita leguntur, legumina dicta. in pingui rectius,quæ succi sunt maioris,ut holus,triticum, siligo,linum. Quædam etiam serenda non tam propter præsentem fructum,quàm in annum prospicientem,quod ibi subiecta,atque relicta terram faciunt meliorem. Itaque lupinum,cum nec dum siliculam cepit,& nonnunquam fabalia,si ad siliquas non ita peruenit, ut fabã legere expediat,si ager macrior est,pro stercore inarare solent. Nec minus ea discriminanda in conseruando,quæ sunt fructuosa ab ijs,quæ fiunt propter uoluptatem,ut quæ pomaria,ac floralia appellantur. Item illa,quæ ad hominum uictum,ac sensum,delectationem q;

tionem q; non pertinent,neq; ab agri utilitate sunt disiuncta. Idoneus locus eligendus,ubi facias salictum,et arũdinetum,sic alia,quæ humidum locum quærunt. Contra,ubi segetes frumentarias, ibi fabã potissimum seras. Item alia,quæ arida loca sequuntur, sicut umbrosis locis alia seras,ut corruda,quod ita petit asparagus,& apricis,ut ibi seras uiolam,et hortos facias,quod ea sole nutricantur. Sic et alia alio loco serunda,ut habeas uimina,unde uiendo quid facias,ut scirpeas,uallos,crates. Alio loco ut seras,& colas syluam cæduã, alio ubi aucupare. Sic ubi cannabim,linum,iuncum,spartum,unde lineas,restes, funes facias, quibus nectas boues paleas, & alia. quædam loca eadem,& alia ad serundum idonea. Nã & in recentibus pomarijs desitis seminibus,in ordinem q; arbusculis positis primis annis ante, q; radices longius procedere possint,alij conserunt hortos. alij q d aliud. neque cum conualuerunt arbores,idem faciunt,ne uiolent radices.

Stolo. Quod ad hæc pertinet Catonẽ male quod scribit de sationibus, Ager crassus,& lætus,si sit sine arboribus,eum agrũ frumentarium fieri oportere. idem ager si nebulosus sit, rapa, raphanum, milium,panicum fert. XXIIII.

IN AGRO Crasso,& calido oleam conditaneam, radiũ maiorem,salentinam,orchitem,poseã,sergianam,colminiam, albicerem, quam earum in his locis optimam dicant esse,eam maxime serere. Agrum oliueto conserundo, nisi qui inuentum fauonium spectet, & soli ostentus sit,alium bonum nullum esse. Qui ager frigidior, et macrior sit,ibi oleam licinianam seri oportere. Si in loco crasso,aut caldo posueris,hostum nequam fieri, & ferendo arborem perire, & muscum rubrum molestum esse. Hostum uocant, quod ex uno facto olei reficitur. Factum dicunt, quod uno tempore conficiunt. quem alij centum sexagnta aiunt esse modiorum, alij ita minus magnum, ut ad centum uiginti descendat,& exinde, ut uasa olearia quot, & quanta habeant,quibus conficiunt illud. Quod Cato ait circum fundum ulmos,& populos,unde frons ouibus,& bubus sit, & materies seri oportere. Sed hoc neq; in omnibus fundis opus est,neque in quibus est opus,propter frondem maxime,sine detrimento ponuntur ab septentrionali plaga,quod non officiunt soli. Ille adijcit ab eodem scriptore. Si locus humectus sit,ibi cacumina populorum serunda, & arundinetum. id prius bipalio uerti ibi oculos arundinis pedes ternos alium ab alio seri,ibi quoq; corrudam,unde asparagi fiant, aptam esse utriq; eandem ferè culturam. Salicam græcam circum arũdinetum seri opprtere,uti sit,qui uitis alligari possit. XXV.

VINEA quo in agro serunda sit, sic obseruandum. Qui locus

optimus uino sit, & ostentus soli, aminæum minusculum, & geminum eugeneum, & helueolum minusculum seri oportere. Qui locus crassior sit, aut nebulosus, ibi aminæum maius, aut murgentinum, aut apicium lucanum seri. Cæteras uites, & de his misellas maxime in omne genus agri conuenire. XXVI.

IN omni uinea diligenter obseruant, ut ridicæ uitis ad septentrionem uersus figatur. et si cupressos uiuas pro ridicis inserunt, alternos ordines imponunt, neq; eas crescere altius, quàm ridicas patiuntur. neq; propter eas adserunt uites, quod inter se hæc inimicæ. Agrius Fundani uereor inquit, ne ante æditimus ueniat huc, quàm hinc ad quartum actum accedamus. uindemiam enim expecto. Bono animo es inquit Scrofa, fiscinas expediet, ac urnam. XXVII.

ET quoniam tempora duorũ generũ sunt, unum annale, quod sol circuitu suo finit, alterum menstruum, quod luna circumiens comprehendit, prius dicam de sole. Eius cursus annalis primũ ferè circiter ternis mẽsibus ad fructus est diuisus in quatuor partes totus, & idẽ subtilius sesq; mensibus in octo. In quatuor tempora diuiditur, in uer, et æstatẽ, & autumnũ, & hyemẽ. Vere stationes quædã fiunt. Terrã rudẽ proscindere oportet. quæ sunt ex ea enata, prius q̃ ex ijs, quid seminis cadat, ut sint exradicata. Et simul cauis ab sole pælefactis aptiores fieri ad accipiendum imbrem, & ad opus faciliores, relaxatis. neq; ea minus bis arandum, ter melius. Æstate fieri messes oportere. Autumno sicis tempestatibus uindemias, ac syluas excoli commodissime, tunc uel præcidi arbores secundum terram oportere. Radices autem prioribus imbribus ut effodiantur, nequid ex his nasci possit. Hyeme putari arbores duntaxat his temporibus cum gelu cortices, & imbribus careant, & glacie. XXVIII.

DIES primus ueris est in aquario. æstatis in tauro, autumni in leone, hyemis in Scorpione. Cum uniuscuiusq; horum quatuor signorum dies tertius & uicesimus, quatuor temporum sit primus, efficitur, ut uer dies habeat nonagintaunum, æstas nonagintaquatuor, autumnus nonagintaduos hyems octogintaocto. Quæ diuisio redacta ad dies ciuiles nostros, qui nunc sunt primi ueris temporis extant ad septimum Idus Februarij, æstui extant ad septimum Idus Maij, autumnalis extant ad tertium Idus Sextilis, hyberni extant ad tertium Idus Nouembris. Subtilius discretis temporibus obseruanda quædam sunt, eaq; in partes octo diuiduntur. Primum ab fauonio ad æquinoctium uernum dies quadragintaduo. hinc ad uergiliarum exortum dies quadragintaquatuor. Ab hoc ad solstitium dies quadragintanouem. inde ad caniculæ signum dies uigintinouem. deinde ad æqui-

noctium autumnale dies sexagintaseptem. exinde ad uergiliarum occasum dies triginta duo. Ab hoc ad brumam dies quinquagintaseptem. inde ad fauonium dies quadragintaquinq. XXIX.

IN Primo interuallo inter fauonium, & æquinoctium uernum hæc fieri oportet. Seminaria omne genus ut serantur. putari in primis, circum uites ablaqueari, radices, quæ in summa terra sunt, præcidi, prata purgari, saliceta seri, segetes sarrire. Seges dicitur, quod aratum satum est. aruum, quod aratum, nec satum est. Nouale, ubi satum fuit ante, quàm secunda aratione renouetur. Rursum terram cũ primum arant, proscindere appellant. cum iterum offringere dicunt, q̃d prima aratione glebæ grandes, solent excitari, cum iteratur offringere uocant. Tertio cum arãt iacto semine, boues liurare dicuntur. id est cum tabellis additis ad uomerẽ simul, & satum frumentum operiunt in porcis, & sulcant fossas, quò pluuialis aqua delabatur, nõnulli postea, qui segetes non tam latas habent (ut in Appulia) id genus prædij p̃ sarritores ocare solent, si quæ in porcis grandiores relictæ sunt glebæ. Qua aratrũ uomere lacunam fecit, sulcus uocatur. Quod est inter duos sulcos elata terra, dicitur porca, quod ea seges frumentum porrigit. Sic quoq; extã deis cũ dabãt, porrigere dicebãt. XXX.

SECVNDO interuallo inter uernum æquinoctium, & uergiliarum exortum hæc fieri debent. Segetes runcari, herbam ex segetibus expurgari, boues terram proscindere, saliceam cædi, prata defendi. quæ superiore tempore fieri oportuerat de arboribus, & nõ sunt absoluta ante, quàm gẽmas agant, ac florescere incipiant, fiãt. Quod si quæ folia emittere solent, aut ante frondere, quàm florere incœperint, statim ad serendum idoneæ non sunt. Oleam seri, interputariq; oportet. XXXI.

TERTIO interuallo inter uergiliarum exortum, et solstitium hæc fieri debent. Vineas nouellas fodere, aut arare, & postea cãre idest communere, ne sit gleba. quod ita cecidunt, cãre dicunt. Vites pampinari, sed à sciente. nam id, quàm putare maius, neq; in arbusto, sed in uinea fieri. Pampinare est ex sarmẽto coles, qui nati sunt, de ijs, qui plurimum ualent, primũ, ac secundum, nonnunquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere, ne relictis cõlibus sarmẽtum nequeat ministrare sucum. Ideo in uitiario primitus cum exit uitis, tota resecari solet, ut firmiore sarmento è terra exeat, atq; in pariendo cõlibus uires habeat maiores. Emucidum enim sarmentũ propter infirmitatem sterilescit, neq; ex se potest eijcere uitem, quam minorem uocant flagellum, maiorem etiam, unde uuæ nascuntur, palmam declinatã. A uenti flatu flabellũ prius, flagellũ posterius. Et ui-

tis,eo.quod inuitetur ad uuas pariundas dicta primo uidetur,& à pariendo parilema ex imminutis literis,ut in multis, dicta cœpta palma.Ex altera parte cæprea dicta,quod parit cæpreolum.Is est cœlicus uiteus intortus,ut cincinnus.is enim uites ut teneat, serpit ad locũ capiundum.ex quo à capiendo cæpreolus dictus.Omne pabulũ primum ocymum,farragnem,uiciam,nouissime fœnum secari.Ocymum dictum à græco uerbo ὠκύς, quod ualet cito. Similiter quoq; ocymũ in horto.Hoc amplius dictum ocymum,quod citat aluum bubus, & ideo ijs datur,ut purgentur,id genus pabuli sunt segetes uirides sectæ ante,quàm gerant siliquas. Contra,ex segete,ubi satæ admistæ ordeũ & uicia,& legumina pabuli causa sunt. Inde quod far ferro cæsum, farrago dictum,aut quod primum in faracia segete seri cœptum.Ea equi,et iumenta cætera uerno tempore purgantur,ac sagmantur.Vicia dicta à uinciendo,quod item cæpreolos habet,ut uitis,quibus sursum uorsum serpit,ad scapum lupini,alium'ue calamum ad quem ut hæreat,eum solet uincire.Si prata irrigua habebis, simulac fœnum sustuleris,irrigare.Item poma,quæ insita erunt, sicitatibus aquam addi quotidie uesperi à quo quod indigent potu,poma dicta esse possunt. XXXII.

QVARTO interuallo inter solstitium, & caniculam plerique messem faciunt,quod frumentum dicunt quindecim diebus esse in uaginis, quindecim florere, quindecim exaresœre, cum sit maturum. Arationes absoluere,quæ eò fructuosiores fiunt, quo calidiore terra aratur.Cum proscideris,offringi oportet,idest iterare, ut frãgantur glebæ.Prima enim aratione grandes glebæ ex terra scinduntur. Serendum uiciam,lentem,cicerculam,eruiliam,cæteraq;,quæ alij legumina,alij (ut gallicani quidam) legaria appellant, utraque dicta à legendo,quod ea non secantur, sed uellendo legantur. Vineas ueteres iterum ocare, nouellas etiam tertio, si sint etiam tum glebæ. XXXIII.

QVINTO interuallo inter caniculam,& æquinoctium autũnale oportet stramenta desecari,& aceruos construi, aratro offringi, frondem cædi,prata irrigua iterum secari. XXXIIII.

SEXTO interuallo ab æquinoctio autumnali incipere seribũt oportere serere,usq; ad diem XCI.Post brumam,nisi quæ necessaria causa coegerit,non serere,quod tantum intersit,ut ante brumã satæ, septimo die,quæ à bruma satæ.XL.die uix exeant,neque ante æqui noctium incipi oportere putant. quod si minus idoneæ tempestates sint consecutæ,putrescere semina soleant.Fabam optime seri in uergiliarum occasu.Vuas autem legere,et uindemiam facere inter æqui noctium

noctium autumnale, & uergiliarum occasum. Deinde uites putare incipere,& propagare,& serere poma. Hæc aliquot regionibus. ubi maturius frigora fiunt asperiora,melius uerno tẽpore. XXXV.

SEPTIMO interuallo inter uergiliarum occasum,& brumã, hæc fieri oportere dicunt.Serere lilium,& crocum,quod iã egit radicem.Rosa etiam concaditur radicitus in uirgulas palmares,et obruitur,hæc eadem postea transfertur facta uiuir adix.Violaria in fundo facere non est utile, ideo quod necesse est è terra ad ea obruenda puluinos fieri,quos irrigationes,& pluuiæ,& tempestates abluunt, & agrum faciunt minorem. Ab fauonio usq; ad arcturi exortum recte serpillum è seminario transferri,quod dictum ab eo, quod serpit.Fossas nouas fodere.ueteres tergere.uineas,arbustumq; putare,diũ in.XV.diebus ante & post brumam,ut pleraq; ne facias,nec non tũ aliquid recte seritur,ut ulmi. XXXVI.

OCTAVO interuallo inter brumam, & fauonium hoc fieri oportet de segetibus, siqua est aqua,deduci, sin sicitates sunt,et terra teneritudinem habet, sarrire.uineas,arbustaq; putare.Cum in agris opus fieri non potest,quæ sub tecto possunt,tunc conficienda antelucano tempore hyberno. Quæ dixi scripta,& posita habere in uilla oportet,maxime ut uillicus norit. XXXVII.

DIES LVNARES quoque obseruandi, qui quodammodo bipartiti.Quod à noua Luna crescit ad plenam,& inde rursus ad nouam lunam decrescit,quoad ueniat ad intermestruum, e quo dicitur luna esse extrema,& prima,à quo Athenis eam diem appellant ἕνην καὶ νέαν πολαιάδος, quædam faciendа in agris potius crescente luna,quàm senescente. quædam contra, ut quæ metas frumenta,& cæduam syluam. Ego ista etiam inquit Agrasius, non solum in ouibus tondendis, sed in meo capillo à patre acceptum seruo,ne decrescente luna tondens caluefiam. Agrius, Quemadmodum inquit luna quadripartita?& quid ea diuisio ad agros pollet? Tremellius,Nunquam rure audisti inquit octauo ianam lunã & crescentem, & contra senescentem, & quæ crescente luna fieri oporteat,& tamen quædam melius fieri post octauo ianam lunã, q̃ ante. Et si quæ senescente luna fieri conueniret melius,quanto si minus haberet ignis id astrum? Dixi de quadripartita forma culturæ agri. Stolo, Est altera inquit temporum diuisio coniuncta quodammodo cum sole,& luna,quæ in sex partita est, quod omnis ferè fructus quinto denique gradu peruenit ad perfectum,ac uidet in uilla dolium,ac modium.unde sexto prodit ad usum.Primo præparandum, secundo serendum, tertio nutricandum, quarto legendum.

quinto condendum, sexto promendum. At in præparando, scrobes faciendi, aut repastinandum, aut sulcandum, ut si arbustum, aut pomarium facere uelis. Ad alia arandum, aut fodiendum, ut si segetes instituas. Ad quædam bipalio uertenda terra, plus, aut minus. aliæ enim radices angustius diffunduntur, ut cupressi. aliæ latius, ut platani usqueeo (ut Theophrastus scribit) Athenis in Lycæo, cum etiam num platanus nouella esset, radices trium, & triginta cubitorũ egisse. Quædam si bubus, et aratro proscideris, & iterandum ante, q̃ semem iactes. Item præparatio siqua fit in pratis, ea est, ut defendãtur à pastione, quod ferè obseruant à pyro florente, si irrigua sunt, ut tempestiue irrigentur. XXXVIII.

QVAE locat in agro sterc̃oranda uidendum, & qui, & quo potissimum genere facias. nam discrimina eius aliquot. Stercus optimum scribit Cassius esse uolucrum, præter palustrium, ac nantium. De hisce præstare c̃olumbinum, quod sit c̃alidissimum, ac fermentare possit terram. Id ut semen aspergi in agro oportere, non ut de pecore acc̃eruatim poni. Ego arbitror præstare ex auiarijs turdorum, ac merularum, quod non solum ad agrum utile, sed etiam ad cibum, ita bubus, & suibus, ut fiant pingues. Itaque qui auiaria conducunt, si c̃aueat dominus, stercus ut in fundo maneat, minoris conducunt, quã ij, quibus id acc̃edit. Cassius secundum post Columbinum scribit esse hominis. Tertio c̃aprinum, & ouillum, & asininum. Minime bouum equinum, sed in segetes. in prata enim uel optimum, ut c̃eterarũ ueterinarum, quæ ordeo pascuntur, quod multam facit herbã. Stercquilinium secundum uillam facere oportet, ut quàm paucissimis operis egeratur. In eo si in medio robustea aliqua materia sit depacta, negant serpentem nasci. XXXIX.

SATIONIS autem gradus secundus hanc habet naturã, ad quod tempus cuiusq; seminis apta sit ad serendum. Nã refert in agro ad quam partem c̃oli quisq; locus spectet, sic ad quod tempus quæq; res facillime cresc̃at. Non ne uidemus alia florere uerno tempore, alia æstuo, neq; eadem autumnali, quæ hyberno? Itaq; alia seruntur, atq; inseruntur, & metuntur ante, aut post quàm alia, ut compluraq; uere melius, quàm autumno inseruntur. Circiter solstitium inseri ficus solet, nec non brumalibus diebus c̃erasus. Quare cum semina ferè quatuor sint generum, quæ non transferuntur è terra in terrã, sed per se fiunt à natura, alia ex industria, ut faciũt uiuiradices, quæ ex arboribus demptæ demittuntur in humum, quæ inseruntur ex arboribus in arbores. De singulis rebus uidendum, quo quæq; tempore, loco'q; facias. XL.

PRIMVM semen, quod est principium oriendi, id duplex. unum, quod latet nostrum sensum, alterum, quod apertum. Latet, si sunt semina in aere, ut ait physicus Anaxagoras, & si in aqua, quæ fluit, & in agrum inferre solet, ut scribit Theophrastus. Illud, quod apparet ad agricolas, id uidendum diligenter. quædam enim ad oriendum sunt usqueadeo parua, ut sint obscura, ut cupressi. non enim galbuli, qui nascuntur, tanquam pilæ paruæ corticiæ id semen, sed in his intus primigenia semina dedit natura. Reliqua inuenit experientia colon. Nũ prima, sine colono, prius quàm sata, nata? Secunda, quæ ex his collecta, neque prius quàm sata, nata. Prima semina uidere oportet, ne uetustate sint exucta, aut ne sint admista, aut ne propter similitudinem sint adulterina. Semen uetus tantum ualet in quibusdam rebus, ut naturam commutet. nam ex semine brassicæ uetere sate nasci aiunt rapa, & contra ex raporum brassicam. Secunda semina uidere oportet, ne unde tollas, numium cito, aut tarde tollas. Tempus enim idoneum, quod scribit Theophrastus, uere, & autumno, & caniculæ exortu, neque omnibus locis, ac generibus idem. In sicco, & macro loco, & argilloso. quo minus habet humoris, uernum tempus idoneum in terra bona, ac pingui, autumno, quod uere multus humor. quam sationem quidam mutuntur ferè diebus triginta. Tertium genus seminis, quod ex arbore per surculos defertur in terram, sic in humum demittitur, ut in quibusdam tamen sit uidendum, ut eo tempore sit deplantatum, quo oportet. Id enim fit ante, quàm gemmare, aut florere quid incipit, & quæ de arbore transferas, ut ea deplantes potius, quàm defringas. quod plantæ solum stabilius, quo latius, ut radices facilius mittat. ea celeriter ante quàm sucus exaresc̃at, in terram demittunt. Demum in oleagineis seminibus arbores uidendum, ut sit de tenero ramo ex utraque parte æquabiliter præcisum, quas alij clauolas, alij taleas appellant, ac faciunt circiter pedales. Quartum genus seminis, quod transit ex arbore in aliam. Videndum, qua ex arbore in quam transferatur, et quo tempore, et quemadmodum obligetur. nõ enim pyrum recipit quercus, neque enim si malus pyrum. Hæc sequuntur multi, qui aruspices audiunt multum, à quibus proditum in singulis arboribus quot genera insita sint, uno ictu tot fulmina fieri in illud, quod fulmen cõcepit, si in pyrum syluaticam inseueris pyrum quanuis bonam, non fore pyrum tam iucundum, quàm si in eam, quæ syluestris nõ sit. In quancunq; arborem inseras si eiusdẽ generis est dũtaxat, ut sit utraq; malus, ita inserere oportet, referentẽ ad fructũ, meliori genere, ut sit surculus, quàm est, quo ueniat arbor. Est altera species ex arbore i ar

borē inserendi nuper animaduersa in arboribus propinquis. Ex arbore enim, à qua gs uult habere surculū, in eā, quàm inserere uult, ramulum traducit, & in eius ramo præciso, ac difisso implicat, tum ramuli locus, qui contingit ex utraq; parte, qua fissuram intrat falce extenuatur, ita ut ex una parte, qua cœlum uisurus est, corticē cū cortice exæquatum habeat. Eius autem ramuli, quē inseret, cacumen ut directum sit ad cœlum, curat. Postero anno cum comprehendit, unde propagatum est, ab altera arbore præcidit. XLI.

QVO Tempore quæq; transferas, hæc in primis uidenda, quod quæ prius uerno tempore inserebantur, nunc etiam solstitiali, ut ficus, quod densa materia nō est, & ideo sequitur cāldorem. A quo fit, ut in locis frigidis ficeta fieri non possint. A qua recenti insito inimica. Tenellum enim cito facit putre. Itaque quod inseritur caniculæ signo, commodissime æstimatur inseri. quæ autem natura minus sunt mollia, uas aliquod supra alligant, unde stillet lente in ijs aqua, ne prius exaresçat surculus, quàm cōalescat. cuius surculi corticem integrum seruandum, & eum sic exacuendum, ut non denudes medullam, ne extrinsecus imbres noceant, aut nimius cālor, argilla obliniendum, ac libro obligandum. itaq; uitem triduo ante quàm inserant, desecant, ut qui in ea nimius est humor defluat ante, quàm inseratur. at in qua inserunt, in ea paulo infra, quàm insitum est, icidunt, unde humor aduentitius effluere possit. contra in fico, & malo punicat, & si qua etiam horum natura aridiora continuo. In alijs translationibus uidendum, ut quod transfertur, in cacumen habeat gemmam, ut in ficis. De his primis quatuor generibus seminum, quædam quod tardiora, surculis potius utendum, quàm semine, ut in ficetis faciunt. Fici enim semen naturale intus in ea fico, quam edimus, quæ sunt minuta grana, è quibus paruis, quod enasci coliculi uix queunt. Omnia enim minuta, & arida, ad crescendum tarda, & quæ laxiora, ea et fœcundiora, ut fœmina, quàm mas, ex proportione in uirgultis item. itaque ficus, malus punicat, & uitis propter fœmineam molliciem ad crescendum prona. Contra palma, et cupressus, & olea in crescendo tarda. in hoc enim humidiora, quàm aridiora. quare ex terra potius in seminarijs surculos de ficeto, quàm grana de fico expedit obruere, præter si aliter nequeas, ut si quando quis trans mare semina mittere, aut inde petere uult, tum enim resticulas per ficos, quas edimus, maturas perserunt, & eas cum inaruerint, complicant, ac quò uolunt mittunt, ubi obrutæ in seminario pariant. Sic genera ficorum, chiæ, ac cālcidicæ, & Lydiæ, & Africanæ. Item cætera transmarina in Italiam perlata. Simili de causa oleæ semen cum sit nucleus,

quod ex eo tardius enascebatur cōlis, quàm ex taleis, ideo potius in seminarijs taleas, quas dixi, serimus. XLII.

DE MEDICA in primis obserues, ut ne in terram nimium aridam, aut uariam, sed temperatam semen demittas. in iugerum unum, si est natura temperata terra, scribunt opus esse medicæ sesquimodium id seritur ita, ut semen iactatur, quemadmodum scilicet cum pabulum, & frumentum seritur. XLIII.

CYTISVM SERITVR in terra bene subacta tanquam semen brassicæ, inde differtur, & in sesquipedem ponitur. aut etiam de cytiso duriore uirgulæ deplantantur, & ita pangitur in serendo. XLIIII.

SERVNTVR Fabæ modij quatuor in iugero, tritici. V. ordei. VI. farris. X. Sed nōnullis locis paulo amplius, aut minus. si enim locus crassus, plus, si macer, minus. quare obseruabis, quantum in ea regione consuetudo est serendi, ut tantum facias, quantum ualet regio, ac genus terræ. ut ex eodem semine aliubi, cum decimo redeat, aliubi cum quintodecimo, ut in Hetruria, et locis aliquot in Italia. In Sybaritano dicunt etiā cum centesimo redire solitum. in Syria ad Garada, & in Africa ad byrrhachiū item ex modio nasci centum. Illud quoq; multum interest in rudi terra, an in ea seras, quæ quot annis obsita sit, quæ uocatur restibilis, an in ueruacto, quæ interdum requierit.

Cui Agrius. In Olynthia quotannis restibilia esse dicunt, sed ita ut tertio quoq; anno uberiores ferant fructus. Licinius. Agrum alternis annis relinqui oportet, aut paulo leuioribus sationibus serere, id est quæ minus fugunt terram. Dicetur inquit Agrius, de tertio gradu, de nutricationibus, atque alimonijs eorum. Licinius. Quæ nata sunt inquit, in fundo alescunt, adulta concipiunt, prægnantia cum sunt, matura pariunt poma, aut spicam, sic alia simile ei, à quo profectum est, reddunt semen. Itaque si florem, acerbum ue pyrum, aliud'ue quid decerpseris, in eodem loco, eodem anno, nihil renascitur, quod prægnationis diem idem bis habere non potest. ut enim mulieres habent ad partum dies certos. sic arbores, ac fruges. XLV.

PRIMVM Herunque è terra exit ordeum diebus septem, nec multo post triticum. Legumina ferè quatriduo, aut quinque diebus, præterquam fabæ. ea enim serius aliquanto prodit seges. Ostendit idem milium, & sesama, & cætera similiter æquis ferè diebus, præterquam si quid regio, aut tempestas uitij attulit, quo minus ita fiat. Quæ in seminario nata, si locat erūt frigida, quæ molli natura sunt, per brumalia tempora tegere oportet fronde, aut stramentis, si erunt

imbres secuti, uidendum necubi aqua cõsistat. uenenum enim gẽ-
lu radicibus tenellis sub terra, et supra, uirgultis, quæ nec eodem tem
pore æque crescunt. nam radices autumno, aut hyeme magis sub ter
ra, quàm supra alescunt, quod tectæ terræ tepore propagantur, su-
pra terrã aere frigidiore ringuntur. idq; ita esse docent syluestria,
ad quæ sator non accessit. nam prius radices, quàm ea, quæ ex ijs so-
lent nasci, crescunt, neque radices longius procedunt, nisi quo tem-
pore uenit sol. his duplex causa, quod & radicum materiam ali-
am, quàm aliam longius proiecit natura, & quod alia terra. alia
facilius uiam dat. XLVI.

PROPTER eiusmodi res admiranda discrimina sunt natura
lia, quod ex quibusdam foliis propter eorum uersurã, quod sit anni
tempus, dici possit, ut olea, et populus alba, & salix. Horum enim fo
lia, cum conuerterunt se, solstitium dicitur fuisse. nec minus admiran
dum, quod sit in floribus, quos uocant heliotropia, ab eo quod solis or
tum mane spectant, & eius iter ita sequuntur ad occasum, ut ad eũ
semper spectent. XLVII.

IN SEMINARIO quæ furculis cõsita, & eorum molliora
erunt natura cacumina, ut olea, ac ficus. Ea summa intẽgenda binis
tabellis dextra, ac sinistra deligatis, herbæq; elidendæ, & dum tene
ræ sunt uellendæ, nam aridæ factæ rixantur, ac celerius rũpuntur,
quam sequuntur. Contra herba in pratis ad spem fœnisiciæ nata, nõ
modo non euellenda in nutricatu, sed etiam non calcanda. Quin et
pecus à prato ablegandum, & omne iumentum, ac etiam homines, so
lum. n. hominis exitiũ herbæ, & semitæ fundamentũ. XLVIII.

IN SEGETIBVS autem, frumentum, quod culmus extulit.
Spica ea, quæ mutica non est, in ordeo, & tritico tria habet continen
tia. Granum, glumam, aristum, & etiã primitus spica cum oritur va
ginam. Granum dictum, quod est intimum solidũ. Gluma, qui est fol
liculus eius. Arista, quæ ut acus tenuis longa eminet è gluma. Proin-
de ut grani theca sit gluma, & apex arista. Arista, & granũ omni
bus ferè notum, gluma paucis. itaq; id apud Ennium solum scriptum
scio esse in euhemeri libris uersis, uidetur uocabulum etymon habere
à glubendo, quod eo folliculo deglubitur granum. Itaq; eodẽ uocabu
lo appellant fici eius, quam edimus, folliculum. Arista dicta, quod
arescit prima. granum à gerẽdo. id enim seritur, uti spica gerat fru
mentum, non ut glumam, aut aristam gerat, ut uitis seritur, non ut
pampinum ferat, sed uuam. Spica autem, quam rustici, ut cæperũt
antiquitus, uocant specam, & àspe uidetur nominata. eam enim quod
sperant fore serunt. Spica mutica dicitur, quæ non habet aristam,

Aristæ enim quasi cornua sunt spicarum, quæ primitus cũ oriũtur,
neq; planè apparent, in qua sublatent herba ea uocatur uagina, uti
qua latet conditus gladius. Illud autem summa in spica iam matu-
ra, quod est minus, quàm granũ uocatur frit. quod in infima spica ad
culmum stramenti summum. item minus quàm granum est, appella-
tur urrunca. XLIX.

VERVM cum de nutricatu conticuisset Licinius, nec interroga-
retur, credens nihil desyderari, dicit Agrius de fructibus maturis
cæpiẽdis. Et ille. Primũ de pratis summissis, cum herba crescere de
sijt, & æstibus arescit, subsecari falcibus debet, & quoad perarescat,
furcillis uersari. cũ peraruit, de ea manipulos fieri, ac uehi ad uillã.
tum de pratis stipulam rastellis eradi, atq; addere fœnisiciæ cumulũ.
Quo facto sicilienda prata, idest falcibus cõsectanda, quæ fœnisecæ
præterierunt, ac quasi barba tuberosum relinquerũt campũ. A qua
sectione arbitror dictum sicilire pratum. L.

MESSIS proprio noie dicitur in ijs, quæ metuntur, maxime in
frumento, & ab eo esse uocabulo declinata. Fruenti tria genera sunt
messionis. unum, ut in Vmbria, ubi falce secundum terram succidunt
stramentum, et manipulum, ut quenq; subsecuerint, ponunt in terra.
ubi multos eos fecerunt iterum eos percensent, ac de singulis secant
inter spicas, & stramentum, spicas conijciunt in corbem, atq; in areã
mittunt. Stramenta relinquunt in segete, unde tollãtur in acerruum.
Altero modo metunt, ut in Picæno, ubi ligneum habent incuruum ba
tillum, in quo sit extremo serrula ferrea. Hæc cum comprehendit fa
scem spicarum desecat, & stramenta stantia in segete relinquit, ut po
stea subsecentur. Tertio modo metitur, ut sub urbe Roma, et locis ple
risq; ut stramentum medium subsecent, quod manu sinistra summum
prehendunt, à quo medio messem dictam puto. Infra manum stramẽ
tum, quod terræ hæret, postea subsecatur. Contra, quod cum spica stra
mentum hæret. corbibus in areã defertur. ubi discedit in aperto lo-
co palàm, à quo nominata potest esse palea. Alij stramentum à stan-
do, ut stramen dictum putant. Alij ab stratu, quod id substernatur pe
cori. Cum est matura seges, metendum. cum in ea iugerum ferè una
opera messum est, propemodum in facili agro satis esse dicitur. ut mes
sas spicas in aream corbibus deferre debeant. LI.

AREAM esse oportet i agro, sublimiori loco. quà perflare pos
sit uentus. Hanc esse modicam pro magnitudine segetis, potissimum ro
tundam, et mediam paulo extumidã (ut si pluerit, nõ consistat aqua,
sed ut quam breuissimo itinere extra areã defluere possit. Omne por
rò breuissimum in rotundo è medio ad extremum) solida terra puni-

tum, maxime si est argillosa, ne æstu rimosa, in rimis eius grana obli tescant, & recipiant aquam, & ostia aperiant muribus, & formicas. Itaq; amurcæ perfundere solent. ea enim herbarum est inimica, & formicarum, & talparum uenenum. Quidam aream ut habeant solidam, muniunt lapide, aut etiam faciunt pauimentum. Nonnulli etiam tegunt areas, ut in Bagiennis, quod ibi sæpe id temporis anni oriuntur nimbi. ubi ea re tecta, & loca calida propè aream faciunt, ac umbracula, quò succedant homines in æstu tempore meridiano. LII.

QVAE Seges grandissima, atq; optima fuerit, seorsum in aream secerni oportet spicas, ut semen optimum habeat. E spicis in aream excuti grana. quod fit apud alios iumentis iunctis, ac tribulo. id fit è tabula lapidibus, aut ferro exasperata, quæ impositò auriga, aut pondere grandi trahitur iumentis iunctis, ut discutiat è spica grana, aut fit ex assibus dentatis cum orbiculis, quod uocant plostellum pœnicum. In eo quis sedet, ut agitet, quæ trahant iumenta, ut in Hispania citeriore, & alijs locis faciunt. Apud alios exteritur grege iumentorum inacto, et ibi agitato perticis, quod unguli è spica exterũtur grana. his tritis, oportet è terra subiactari uallis, aut uentilabris, cum uentus spirat lenis, ita fit, ut quod leuissimum est in eo, atque appellatur acus, euannatur foras extra aream, ac frumentum quod est ponderosum, purum ueniat ad corbem. LIII.

MESSE Facta, spicilegium uenire oportet, aut domi legere stipulam, aut si sunt spicæ raræ, et operæ caræ, compasci. Summa enim spectanda, ne in eare sumptus fructum superet. LIIII.

IN VINETIS una cum erit matura, uindemiam ita fieri oportet, ut uideas à quo genere uuarum, & à quo loco uineti incipias legere. nam & præcox, & misella, quam uocant nigram, multo ante coquitur, quo prior legenda, & quæ pars arbusti, ac uineæ magis apricat prius debet descendere de uite. In uindemiam diligentius uua non solum legitur ad bibendum, sed eligitur ad edendum. Itaq; lectæ ius defertur in forum uinarium, unde in dolium inane ueniat, electa in secretum corbulã, unde in cellulas addatur, & in dolia plena uinaceorum conrudatur. alia, quæ in piscinam in Amphoram picatum descendat. alia, quæ in aram, ut in cetnarium ascendat. Quæ calcatæ uuæ erunt, earum scopi cum folliculis subijciendi sub prælum, ut siquid reliqui habeant musti, exprimatur in eundem lacum. Cum desijt sub prælo fluere, quidam circumcidunt extrema, & rursus premant, & rursus, cum expressum, circumcisitum appellant, ac seorsum, quod expressum est, seruant, quod resipit ferrum. expressi acinorum folliculi in dolia conijciuntur, eoq; aqua additur,

ea uocatur lora, quod lota acina, ac pro uino operarijs datur hyeme. LV.

DE Oliueto, oleam, quam manu tangere possis è terra, aut scalis, legere oportet potius, quàm quatere, quod ea, quæ uapulauit, inarescit, nec dat tantum olei quæ manu stricta, melior, ea, quæ digitis nudis legitur, quàm illa, quæ cum digitalibus. Duricies enim eorum non solum stringit bacam, sed etiam ramos glubit, ac relinquit ad gelicidium retectos. quæ manu tangi non poterunt, ita quati debent, ut arundine potius, quàm pertica feriantur. Grauior enim plaga, medi cum quærit. qui quatiet, ne aduersam cædat, sæpe enim ita percussa olea secum defert de ramulo partem quo facto, fructum amittunt posteri anni, ut hæc non minima causa, quod oliueta dicantur alternis annis non ferre fructus, aut non æque magnos. Olea ut una per idem biuium redit in uillam, alia ad cibum eligitur, alia ut eliquescat, ac non solum corpus intus ungat, sed etiam extrinsecus. Itaque dominum & ad balneas, & ad gymnasium sequitur. Hæc, de qua fit oleum, congeri solet acernatim per dies singulos in tabulata, uti ibi mediocriter fracescat, ac primus quisque acervus demittatur per serias, ac uasa olearia ad trapeta, in quæ eam terent molæ olearię è duro, & aspero lapide. Olea lecta si nimium diu fuerit in acervis caldore fracescit, & oleum fœtidum facit. itaque si nequeas matura conficere, in acervis iactando uentilare oportet. Ex olea fructus duplex. Oleum, quod omnibus notum, & amurca, cuius utilitatem, quia ignoratur à pleriſq; despicitur. Licet enim uidere, quod si è torculis olearijs fluere in agros permittitur, non solum denigrat terram, sed etiam multitudine facit sterilem, cum tamen is humor modicus, cum ad multas res, tum ad agriculturã pertineat uehementer, quod circum arborum radices infundi solet, maxime ad oleam, & ubicunq; in agro herba nocet. LVI.

AGRIVS iandudum inquit in uilla sedens expecto cum clauis te Stolo, dum fructus in uillam referas. Ille, en adsum. uenio inquit ad limen. fores aperi. primum fœniſiciæ condũtur melius sub tecto, quàm in acervis, quod ita fit iucundius pabulum, ex eo intelligitur, quod pecus utroq; posito libentius est. LVII.

AT TRITICVM condi oportet in granaria sublimia, quæ perflentur uento ab exortu, ac septentrionum regione, ad quæ nulla aura humida è propinquis locis aspiret. parietes & solum opere tectorio marmorato loricandi, si minus ex argilla misto acere è frumento, & amurca, quod murem, & uermem non patitur esse, & grana facit solidiora, & firmiora. quidam ipsum triticum conſper-

gunt, cum addant circiter in M. modiûm quadrantal amurcæ. Item alius aliud afriat, aut aspergat, ut chalcidicam, aut caricam cretam, aut absynthium, absynthiúue decoctum. Item huius generis alia quidam granaria habent sub terris, uti speluncas, quas uocant syros, ut in Cappadocia, ac Thracia. alij, ut in Hispania citeriore, puteos, ut in agro Carthaginiensi, & oscensi. Horum solum paleis sul sternunt, et curant, ne humor, aut aer tangere possit, nisi cum promitur ad usum. quò enim spiritus non peruenit, ibi non oritur curculio. Sic conditum triticum manet uel annos quinquaginta, millium uero plus annos cē tum. Granaria in agro quidam sublimia faciunt, ut in Hispania citeriore, & in Appulia, ita ut non solum à lateribus per fenestras, sed etiam subtus à solo uentus regirare possit. LVIII.

FABA, & legumina in olearijs uasis oblita cinere perdiu incolumia seruantur. Cato ait, unam amineam minusculam, & maiorem, & apiciam in ollis commodissime condi. eadem in sapa, & musto recte, quas suspendas opportunissimas esse duracinas, & amineas, & scantianas. LIX.

CONDITIVA mala struthea, cotonea, scantiana, quiriniana, orbiculata, & quæ antea mustea uocabantur, nunc melimela appellant. Hæc omnia in loco arido, & frigido supra paleas posita seruari recte putant. Et ideo oporotheeas qui faciunt ad aquilonem, ut fenestras habeant, atque ut aere perflentur curant. neq; tamen sine foriculis, ne cum humorem amiserint, pertinaci uento uicta fiant. Ideóq; in ijs, qui cameras marmorato, et parietes, pauimentáq; inducunt, laudabiliter faciunt, quo frigidior locus sit, in quo quidam etiam triclinium sternere solent cœnandi causa. Etenim si ij, quibus luxuria concesserit, id in pinacotheæ faciunt, quod spectaculum datur ab arte, cur non quod natura datum imitantur in uenustate disposita pomorū? præsertim quidem, cum id non sit faciendum, quod quidam fecerunt, ut Romæ cœmpta poma rus intulerint in oporotheeen instruendam cuiuiij causa. In oporotheeæ mala manere putant satis commode. alij in tubulis, ut in opere marmorato, alij sul strata palea, uel etiam floccis. Mala punica demissis suis furculis in dolio arenæ. Mala cotonea, struthea in pensilibus iunctas. Contra in sapa condita manere pyra anitiana, & sementina. Sorba quidam disecta, & in sole macerata, ut pyra, et sorba per se ubicunq; sint posita in arido facile durare. Seruare rapa cōsecta in sinape, nuces iuglandes in arena, punica mala & in arena iam decerpta, ac matura, ut dixi, & etiā immatura cum hærent in sua uirga, si demiseris in ollam sine fundo, eamq; si conieceris in terram, & obteres circum ramum. Si extrinse-

cus spiritus afflet, ea non modo integra eximi, sed etiam maiora, quàm in arbore unquam pependerit. LX.

OLEAS esui optime condi scribit Cato orchites, et pauseas aridas, uel uirides in muria, uel in lentisco contusas. Orchites nigras sale si sunt confricatæ dies quinq;, et tum sale excusso, biduum si in sole positæ fuerint, manere idoneas solere, easdem sine sale in defrutum condire. Cap. LXI.

RECTE amurcam periti agricolæ tam in ollis condunt, quàm oleum, aut uinum. Eius conditio, cum expressa olea, quod statim efflu xerit de ea, decoquūtur duæ partes, ac refrigeratū conditur in uasa. Sunt item aliæ cōditiones, ut ea, in qua adjciūt mustum. Ca. LXII.

QVOD Nemo condit fructus, nisi ut promat, de eo quoq; uel sexto gradu animaduertenda pauca. Promunt condita aut propterea, quod sint tuenda, aut quod utenda, aut quod uendenda. Ea, quæ dissimilia sunt inter se, aliud alio tēpore tuendū, & utendum. Cap. LXIII.

TVENDI causa promendum id frumentum, quod curculiones esse incipiunt. id enim cum promptum est in sole, ponere oportet aquæ catinos, quod eò conueniunt, ut ipsi se necent, curculiōes. Sub terra qui habent frumentum in ijs, quos uocant syros, quò cum periculo introitur recenti apertione, ita ut quibusdā sit intercluſa anima, aliquanto post promere, quàm aperuerint, oportet. Far, quod in spicis condideris per messem, & ad usus cibatus expedire uelis, promendum hyeme, ut in pistrino pinsetur, ac torreatur. Cap. LXIIII.

AMVRCA cum ex olea est expressa, qui est humor aquatilis, ac retrimentum conditū in uas fictile, id quidam sic solent tueri, diebus XV. ex eo, quod est leuissimum, ac summum depletur, ut traijciant in alia uasa, & hoc ijsdem interuallis duodecies. In sex mēsibus proximis id faciunt. Cum id nouissime faciunt potissimum traijciant, cum senescit luna, tunc decoquunt in aheneis leui igni duas partes quo ad regerunt, tum demq; ad usum recte promitur. Cap. LXV.

QVOD mustum conditur in dolium, ut habeamus uinum, non promendum, dum feruet, neque etiam cum processit, nisi prius sit uinum factum. Si uetus bibere uelis, quod non fit ante, quàm accesserit annus, tum, cum fuerit anniculum, promitto. Si uero est ex eo genere uuæ, quæ dum matureſcit, coacescat, ante uindemiam consumi, aut uenire oportet. Genera sunt uini, in quo falerna, quæ quāto plures annos condita habuerunt, tanto, cum prompta sunt, fructuosiora. Cap. LXVI.

OLEAS albas, quas condire uis nouas, sic celeriter condito, ut promas, nisi condieris, propter amaritudinem illas respuit pala-

tum. Item nigras, nisi prius eas sale macéraris, non libenter in os recipientur. Cap. LXVII.

NVCEM iuglandem, & palmulam, & ficum sabinam quanto citius promas, iucundiore utare, quod uetustate ficus fit pallidior, palmula carniosior, nux aridior. Cap. LXVIII.

PENSILIA, ut uuæ, mala, & sorba, ipsa ostendunt, quando ad usum oporteat promi, quod colore mutato, & contractu acinorum, si non demiseris ad edendum, ad abijcẽdum descensura se minitantur. Sorbum maturum mite conditum citius promi oportet. Acerbum enim suspensum lentius miteſcit. Quod prius domi maturitatem assequi nult, quàm nequit in arbore, ut inde promatur ad esçam. Cap. LXIX.

MESSVM far promundum hyeme in pistrino ad torrendum, quod ad cibarium expeditum esse uelis. Quod ad sationem tum promendum cum segetes maturæ sunt ad accipiendum. Item quæ pertinent ad sationem suo quoque tempore promenda. Quæ uendenda, uidendum, quæ quoque tempore oporteat promi. Alia enim, quæ manere non possunt, ante quàm se commutent, ut celeriter promas, ac uendas. Alia quæ dimisisset, quæ seruari possunt, ut tum uendas, cum caritas est. Sæpe enim diutius seruata non modo usuram adijciunt, sed etiam fructum duplicant, si tempore promas. Cum hæc diceret Stolo, uenit libertus æditumi ad nos flens, & rogat, ut ignoscamus, quod sumus retenti, & ut ei in funus postridie prodeamus. Omnes consurgimus, ac simul exclamamus, quid in funus? quod funus? quid est factum? Ille flens narrat, ab nescio quo percussum cultello concidisse, quem qui esset, animaduertere in turba non potuisse, sed tantummodo exaudisse uocem, perperam fecisse. Ipse, cum patronũ domum sustulisset, & pueros demisisset, ut medicum requirerent, ac mature adducerent. Quod potius illud administrasset, quàm ad nos uenisset, æquum esse sibi ignoscí. Nec si eum seruare non potuisset, qui non multo post animam efflaret, tamen putare se fecisse recte. Id nos molestè ferẽtes descendimus de æde, et de casu humano magis querentes, quàm admirantes id Romæ factum, discedimus omnes.

M. TVLLII VARRONIS DE RE RVSTICA LIBER SECVNDVS AD NIGRVM TVRANNIVM.

IRI magni nostri maiores nõ sine causa proponebant rusticos romanos urbanis, ut ruri enim, qui in uilla uiuunt ignauiores, quàm qui in agro uersantur in aliquo opere faciundo, sic qui in oppido sederent, quàm qui rura colerent, desidiosiores putabant. Itaq; annũ ita diuiserunt, ut nonis modo diebus urbanas res usurparent, reliquis. VII. ut rura colerẽt. Quod dum seruauerunt institutum, utrũq; consecuti sunt, ut & cultura agros fœcundissimos haberẽt, et ipsi ualetudine firmiores essent, ac ne græcorũ urbana desiderarẽt gymnasia, quæ nũc uix satis singula sunt, nec putant se habere uillam, nisi multis uocabulis retineãt græcis, quin uocent particulatim loca προαστιῶνα, παλαίστραν, ἀποδυτήριον, περίστυλον, ὀρνιθῶνα, περιστερεῶνα, ὀπωροφύλακιον. Igitur qđ nũc intra murũ ferè patresfamiliæ correpserũt relictis falcẽ, et aratro, et manus mouere maluerunt in theatro, ac circo, q̃ in segetibus, ac uinetis, frumentũ locamus, qui nobis aduehat, qui saturi fiamus, ex Africa, & Sardinia, et nauibus uindemiã condimus ex insula Coa, et Chia. Itaq; in qua terra culturam agri docuerunt pastores progeniẽ suam, qui condiderunt urbẽ, ibi contra progenies eorũ, propter auaritiam contra leges, ex segetibus fecat prata. ignorantes non idẽ esse agriculturam, & pastionem. alius enim opilio, & alius arator nec si possit in agro pasci armenturius, non aliud ac bubulcus. Armentũ enim id, quod in agro natum non creat, sed tollit dentibus. Contra, bos domitus causa fit, ut commodius nascatur frumentum in segete, et pabulũ in nouali. Alia inquã ratio, ac scientia coloni, alia pastoris. Coloni, ut ea, quæ in agricultura nascantur, è terra fructum faciant. Cõtra pastoris, ut ea, quæ nata ex pecore. Quare quoniã iter se sociatas magna, propterea qđ pabulum in fundo cõpascere, q̃ uẽdere plerũq; magis expedit domino fundi, et stercoratio ad fructus terrestres aptissima est, maxime si ad id pecus sit appositũ, q̃ habet prædiũ, habere utrãq; debet disciplinã et agriculturæ, et pecoris pascẽdi, et ẽt uillaticæ pastionis. ex ea enĩ quoq; fructus tolli possunt nõ mediocres ex ornithonibus, ac leporarijs, et piscinis. E` quers quoniã de agricultura librũ Fũdaniæ uxori propter eius fundũ feci, tibi Niger Turãni noster, qui uehementer delectaris pecore, propterea qđ te empturien-

tem in campos macros ad mercatum adducunt crebro pedes, quo facilius sumptibus multa poscentibus ministres, quod eo facilius faciam, quod & ipse pecuarias habui grandes, in Appulia ouiarias, & Reatino equarias. Quæ de re pecuaria breuiter, ac summatim p curră, ex sermonibus nostris collatis cum ijs, qui pecuarias habuerunt in Epeiro magnas, tum cum pyratico bello inter Delum, & Siciliă Græciæ classibus præessem, inapiam hinc. Cap. I.

CVM Mennas discessisset, Cossinius mihi, Nos te non dimittemus inquit, ante quàm tria illa explicaris, quæ cœperas nuper dicere, cum fuimus interpellati. Quæ tria inquit Murius? An ea, quæ mihi heri dixisti de pastoria rei? Ista inquit ille, quæ cœperat hic disserere, quæ esset origo, quæ dignitas, quæ ars, cum Petam fessum uisere uenissemus, ni medici aduentus nos interrupisset. Ego uero inquam dicam duntaxat, qđ est ἐπιφανὲς, de duabus rebus primis, quæ accepi de origine, ac dignitate. De tertia parte, ubi est de arte, Scrofa suscipiet.

—ὅς πέρ μου πολλὸν ἀμείνων,

Vt semi græcis pastoribus dicam græce. Nam is magister est Lucilli Hipri generi tui, cuius nobiles pecuariæ in brutijs habẽtur. Sed hæc à nobis ita accipietis inquit Scrofa, ut uos, qui æstis epirotica * thietate remine reminicæ. Hæc, quæ scitis, proferatis in medium. Nemo enim omnia potest scire. Cũ accepissem cõditionem, ut meæ partes essent primæ, non quo non ego pecuarias in Italia habeam, sed non omnes, qui habent citharam, sunt citharœdi. Igitur inquam & homines, & pecudes cum semper fuisse sit necesse, natura (siue enim aliquod fuit principiũ generandi animalium, ut putauit Thales Milesius, & Zeno Cythieus, siue contra, principium horum extitit nullum, ut credidit Pythagoras Samius, et Aristoteles stagirites) necesse est humanæ uitæ à summa memoria gradatim descendisse ad hanc ætatem, ut scribit Dicæarchus, & summum gradum fuisse naturalẽ, cum uiuerent homines ex ijs rebus, quæ inuiolata ultro ferret terra, & ex hac uita in secundam descendisse pastoritiam è feris, atque agrestibus, ut ex arboribus, ac uirgultis decerpendo glandem arbutum mora, pomáq; colligerent ad usum, sic ex animalibus, cum propter eandẽ utilitatem quæ possent syluestria deprehenderent, ac concluderent, & mansuescerent. In queis primum non sine causa putant oues assumptas, & propter utilitatem, & propter placiditatem, maxime enim hæ natura quietæ, & aptissimæ ad uitam hominum. Ad cibum enim lac, & cæsum adhibitum, ad corpus uestitum, & pelles attulerunt. Tertio deniq; gradu à uita pastorali, ad agricultură descenderunt.

In qua

In qua ex duobus gradibus superioribus retinuerunt multa, & quò descenderant, ibi processerunt longe, dum annus perueniret. Etiam nunc in locis multis genera pecudum ferarum sunt aliquot, ut in Phrygia ex ouibus, ubi greges uidentur complures, ut in Samothracæ caprarum, quas latine rotas appellant. Sunt etiam in Italia circum Fiscellium, et Tetricam montes multæ. De suibus nemini ignotum, nisi qui apros non putant sues uocari. Boues perferi etiam nunc sunt multi in Dardania, & Media, & Thracia. Asini feri in Phrygia, et Lichaonia. Equi feri in Hispaniæ citerioris regionibus aliquot. Origo, quam dixi, & dignitas, quam dicam de antiquis illustrissimus quisque pastor erat, ut ostendit græca, & latina lingua, & ueteres poetæ, q alios uocant πολύαρνας, alios πολυμήλους, alios πολυβούτας, qui ipsas pecudes propter ubertatem aureas habuisse pelles tradiderunt, ut Argis Atreus, quam sibi Thyesten subduxisse quæritur, ut in Colchide Oeta, ad cuius arietis pellẽ profecti regio genere ducuntur argonautæ, ut in Libya ad hesperidas, unde aurea mala, ideſt secundum antiquam consuetudinem capras, & oues, quas Hercules ex Africa in Græciam exportauit. Ea enim sua uoce græca appellarunt μῆλα. Nec multo secus nostri ab eadem uoce, sed ab alia litera bela uocarunt. Non enim me, sed bee sonare uidentur oues uocem efferentes, à quo post belare dicunt, extrita e litera, ut fit in multis. Quod si apud antiquos non magnæ dignitatis pecus esset, in cœlo describendo astrologi non appellassent eorum uocabulis signa, quæ non modo non dubitarunt ponere, sed etiam ab his principibus. XII. signa multi numerant, ut ab ariete, & tauro, cum ea præponerent Apollini, & Herculi. hi enim dij ea sequuntur, & appellantur Gemini. Nec satis putarunt de. XII. signis sextam partem obtinere pecudũ nomina, nisi adiecissent, ut quartam tenerent capricornum. Præterea à pecuarijs addiderunt capram, hœdos, canes. An non etiam item in mari, terraq; ab his regionum notæ? à pecore in mari, quod nominauerunt à capris, ægeum pelagus, ad Syriă montem Taurum, in Sabinis Canterium montem. Bosphorum unũ Thracium, alterũ Cimerium? Non ne in terris multa, ut oppidum in Græcia ἵππιον ἄργος? Deniq; Italia à uitulis, ut scribit Piso. Romanorum uero populum à pastoribus esse ortum quis non dicat? quis Faustulum nescit pastorem fuisse nutricium? qui Romulum, & Rhemum educauit, non ipsos quoque fuisse pastores obtinebit, quod paribus potissimum condidere urbem? non idem, quod multa etiam nunc ex uetere instituto bubus, & ouibus dicitur. Et quod æs antiquissimum, quod conflatum pecore, pecore est notatum. Et quod urbs cum condita est, tauro, & uacca, qui

essent muri, & portæ definitum. Et qđ populus R. cum lustratur, solitaurilibus circum aguntur uerres, aries, taurus. Et quod nomina multa habemus ab utroque pecore, à maiore, & à minore. A minore, Porcius, Ouinius, Caprilius, sic à maiore Equitius, Taurus, cognomina adsignificari, quod dicuntur anni cæpræ. Statili Tauri, Pomponij Vituli. Sic à pecudibus alij multi. Reliquum est de scientia pastorali, de qua est dicendum, quod Scrofa noster, cui hæc ætas defert rerum rusticarum omnium palmam, quo melius potest dici, cum conuertissent in eum ora omnes. Scrofa igitur inquit, est scientia pecoris parandi, ac pascendi, ut fructus quàm possint maximi capiantur ex ea, à quibus ipsa pecunia nominata est. nam omnis pecuniæ, pecus fundamentum. Ea partes habet nouẽ discretas ter ternas, ut sit una de minoribus pecudibus. Cuius genera tria, ouis, capra, sus. Altera de maiori pecore, in quo sunt item aliæ tres species natura discretæ, boues, asini, equi. Tertia pars est in pecuaria, quæ nõ paratur, ut ex ea capiatur fructus, sed propter eam, ut muli, canes, pastores. Harum unaquæque in se generales partes habet nouenas, quarum in pecore parando necessariæ quatuor, alteræ in pascendo totidẽ. Præterea communis una. Ita fiunt omnes partes minimum octoginta, & una, & quidem necessariæ, nec paruæ. Primum ut bonum pares pecus, unum scire oportet, qua ætate quanque pecudem parare, habereq; expediat. Itaq; in bubulo pecore nec minor emitur annicula, nec quæ est supra decem annos, quod à bima, aut trima fructum ferre incipit, neque longius post decimum annum procedit. Nam prima ætas omnis pecoris, & extrema, sterilis. E quatuor altera pars, est cognitio formæ uniuscuiusque pecudis qualis sit. Magni enĩ interest, cuiusmodi quæque sit ad fructum. Itaque potius bouem emunt cornibus nigrantibus, quàm albis, capram amplam, quàm paruam, sues procero corpore, capitibus ut sint paruis. Tertia pars est, quo sint seminio quærendum. Hoc enim nomine asini arcadici in Græcia nobilitati, in Italia reatini, usqueeò ut mea memoria asinus uenierit sex tertijs millibus. LX. & unæ quadrigæ Romæ constiterint quadringentis millibus. Quarta pars est de iure in parando, quemadmodum, quanque pecudem emi oporteat ciuili iure. Quod enim alterius fuit, id ut fiat meum, necesse est aliquid intercedere. Neque in omnibus satis est stipulatio, aut solutio numorum ad mutationem dominij. In emptione aliâs stipulandum statim esse è ualetudinario, aliâs è sano pecore, aliâs è neutro. Alteræ partes quatuor sunt, cum iam emeris, obseruandæ de pastione, de fœtura, de nutricatu, de sanitate. Pascendi primus locus q est, eius ratio triplex. In qua regione quãque potissimum

tissimum pascas, & quando E quers, ut capras in montosis potius locis, & fruticibus, quàm in herbidis campis, equas contra neque eadem loca æstiua, & hyberna idonea omnibus ad pascendum. Itaque greges ouium longe abiguntur ex Appulia in Samnium æstuatum, atq; ad publicanum profitentur, ne si inscriptum pecus pauerint, lege censoria committant mulctos, & à campestri, æstate exiguntur in Gurgures altos montes. Qui potissimum quæque pecudum pascatur habenda ratio. nec solum quod fœno satura fit equa, aut bos, cum sues hoc uitent, & quærant glandem, sed quod ordeum, & faba interdum sit quibusdam obijcendum, & dandum bubus lupinum, & lactarijs medica, & cythisum. Præterea quod ante admissuram diebus. XXX. arietibus, ac tauris datur plus cibi, ut uires habeant, fœminis bubus demitur, quod macescentes melius concipere dicuntur. Secunda pars est de fœtura. Nunc appello fœturam à conceptu ad partum, hi enim prægnationis primi, & extremi fines. Quare primum uidendum de admissione, quo quæq; tempore ut ineant facere oporteat. Nam, ut Scillo pecori à fauonio ad æquinoctium uernum putant aptum, sic ouili ab arcturi occasu usque ad aquilæ occasum. Præterea habẽda ratio quanto ante quàm incipiat admissura fieri, mares à fœminis secretos habeant, quod ferè in omnibus binis mensibus ante faciunt & armentarij, et opiliones. Altera pars est in fœtura, quæ sint obseruanda, quod alia alio tempore parere solet. Equa enim uentrem fert. XII. menses, uacca decem, ouis, & capra quinq;, sus quatuor. In fœtura res incredibilis est in Hispania, sed est uera, quod in Lusitania ad oceanum in ea regione, ubi est oppidum Olisyppo monte Tagro, quædã è uento certo tempore concipiunt equæ, ut hic gallinæ quoq; solent, quarum oua hippenemia appellant. Sed ex his equis, q nati pulli non plus triẽniũ uiuunt. Quæ nata sunt matura, & chorda, ut pure, & molliter stent, uidẽdũ, & ne obterãtur. Dicuntur agni chordi, qui post tempus nascuntur, & remãserũt in uoluis intimis. uocant χορίον, à quo chordi appellati. Tertia res est de nutricatu qd observari oporteat, in quo quot diebus matris sugant mãmã, & id quo tempore, & ubi, et si parũ habet lactis mater, ut subijciat sub alterius mammam, qui appellãtur subrumi, ideſt sub mamma, antiquo enim uocabulo mamma rumis, ut opinor. Ferè ad quatuor menses à mãma nõ disiunguntur agni, hœdi tres, porci duos, è quers, quoniã puri sunt ad sacrificium, ut immolentur, olim appellati sacres, quos appellat Plautus cum ait. Quanti sunt porci sacres? sic boues altiles, ad sacrificia publica sagnati dicuntur opimi. Quarta pars est de sanitate. res multiplex, ac necessaria, quod morbosum pecus, & uitiosum, & quã-

essent muri, & portæ definitum. Et qđ populus R. cum lustratur, solitaurilibus circum aguntur uerres, aries, taurus. Et quod nomina multa habemus ab utroque pecore, à maiore, & à minore. A minore, Porcius, Ouinius, Caprilius, sic à maiore Equius, Taurus, cognomina adsignificari, quod dicuntur anni cæpræ. Statili Tauri, Pomponij Vituli. Sic à pecudibus alij multi. Reliquum est de scientia pastorali, de qua est dicendum, quod Scrofa noster, cui hæc ætas defert rerum rusticarum omnium palmam, quo melius potest dici, cum conuertissent in eum ora omnes. Scrofa igitur inquit, est scientia pecoris parandi, ac pascendi, ut fructus quàm possint maximi capiantur ex ea, à quibus ipsa pecunia nominata est. nam omnis pecuniæ, pecus fundamentum. Ea partes habet nouẽ discretas ter ternas, ut sit una de minoribus pecudibus. Cuius genera tria, ouis, capra, sus. Altera de maiori pecore, in quo sunt item aliæ tres species natura discretæ, boues, asini, equi. Tertia pars est in pecuaria, quæ nõ paratur, ut ex ea capiatur fructus, sed propter eam, ut muli, canes, pastores. Harum unaquæque in se generales partes habet nouenas, quarum in pecore parando necessariæ quatuor, alteræ in pascendo totidẽ. præterea communis una. Ita fiunt omnes partes minimum octogintæ, & una, & quidem necessariæ, nec paruæ. Primum ut bonum pares pecus, unum scire oportet, qua ætate quanque pecudem parare, habereq; expediat. Itaq; in bubulo pecore nec minor emitur anniculo, nec quæ est supra decem annos, quod à bima, aut trima fructum ferre incipit, neque longius post decimum annum procedit. Nam prima ætas omnis pecoris, & extrema, sterilis. E quatuor altera pars, est cognitio formæ uniuscuiusque pecudis qualis sit. Magni eni interest, cuiusmodi quæque sit ad fructum. Itaque potius bouem emunt cornibus nigrantibus, quàm albis, capram amplam, quàm paruam, sues procero corpore, capitibus ut sint paruis. Tertia pars est, quo sint seminio quærendum. Hoc enim nomine asini arcadici in Græcia nobilitati, in Italia reatini, usqueeò ut mea memoria asinus uenierit sex tertijs millibus. LX. & unæ quadrigæ Romæ constiterint quadringentis millibus. Quarta pars est de iure in parando, quemadmodum, quanque pecudem emi oporteat ciuili iure. Quod enim alterius fuit, id ut fiat meum, necesse est aliquid intercedere. Neque in omnibus satis est stipulatio, aut solutio numorum ad mutationem dominij. In emptione aliâs stipulandum statim esse è ualetudinario, aliâs è sano pecore, aliâs è neutro. Alteræ partes quatuor sunt, cum iam emeris, obseruandæ de pastione, de fœtura, de nutricatu, de sanitate. Pascendi primus locus q est, eius ratio triplex. In qua regione quãque potissimum

tissimum pascas, & quando E quers, ut capras in montosis potius locis, & fruticibus, quàm in herbidis campis, equas contra. neque eadem loca æstiua, & hyberna idonea omnibus ad pascendum. Itaque greges ouium longe abiguntur ex Appulia in Samnium æstiuatum, atq; ad publicanum profitentur, ne si inscriptum pecus pauerint, lege censoria committant mulctos, & à campestri, æstate exiguntur in Gurgures altos montes. Qui potissimum quæque pecudum pascatur habenda ratio. nec solum quod fœno satura fit equa, aut bos, cum sues hoc uitent, & quærant glandem, sed quod ordeum, & faba interdum sit quibusdam obijciendum, & dandum bubus lupinum, & lactarijs medica, & cythisum. Præterea quod ante admissuram diebus. XXX. arietibus, ac tauris datur plus cibi, ut uires habeant, fœminis bubus demitur, quod macescentes melius concipere dicuntur. Secunda pars est de fœtura. Nunc appello fœturam à conceptu ad partum, hi enim prægnationis primi, & extremi fines. Quare primum uidendum de admissione, quo quæq; tempore ut ineant facere oporteat. Nam, ut suillo pecori à fauonio ad æquinoctium uernum putant aptum, sic ouili ab arcturi ortu usque ad aquilæ occasum. Præterea habẽda ratio quanto ante quàm incipiat admissura fieri, mares à fœminis secretos habeant, quod ferè in omnibus binis mensibus ante faciunt & armentarij, et opiliones. Altera pars est in fœtura, quæ sint obseruanda, quod alia alio tempore parere solet. Equa enim uentrem fert. XII. menses, uacca decem, ouis, & capra quinq;, sus quatuor. In fœtura res incredibilis est in Hispania, sed est uera, quod in Lusitania ad oceanum in ea regione, ubi est oppidum Olisyppo monte Tagro, quædã è uento certo tempore concipiunt equæ, ut hic gallinæ quoq; solent, quarum oua hippenemia appellant. Sed ex his equis, q nati pulli non plus triẽniũ uiuunt. Quæ natu sunt matura, & chorda, ut pure, & molliter stent, uidẽdũ, & ne obterãtur. Dicuntur agni chordi, qui post tempus nascuntur, & remãserũt in uoluis intimis. uocant χορίον, à quo chordi appellati. Tertia res est de nutricatu qđ obseruari oporteat, in quo quot diebus matris sugant mãmã, & id quo tempore, & ubi, et si parũ habet lactis mater, ut subijciat sub alterius mammam, qui appellãtur subrumi, idest sub mamma, antiquo enim uocabulo mamma rumis, ut opinor. Ferè ad quatuor menses à mãma nõ disiunguntur agni, hœdi tres, porci duos, è quers, quoniã puri sunt ad sacrificium, ut immolentur, olim appellati sacres, quos appellat Plautus cum ait. Quanti sunt porci sacres? sic boues altiles, ad sacrificia publica signati dicuntur opimi. Quarta pars est de sanitate. res multiplex, ac necessaria, quod morbosum pecus, & uitiosum, & quã-

do non ualet, sæpe magna gregem afficit calamitate. Cuius scientiæ genera duo, unum ut in hominem, ad quem adhibendi medici alterum, quo ipse etiam pastor diligens mederi possit. Eius partes sunt tres. nam animaduertendum, quæ cuiusque morbi sint causæ, quæq; signa earum causarum sint, & quæ quenque morbum ratio curandi sequi debeat. Ferè morborum causæ erunt, quod laborant propter æstus, aut propter frigora, nec non etiam propter nimium laborem, aut contra, propter nullam exercitationem, aut si cum exercueris, statim sine interuallo cibum, aut potionem dederis. Signa autem sunt, ut eorũ, qui siue ex æstu, siue è labore febrẽ habent, adapertum os humido spiritu crebro, et corpore calido. Curatio autem, cum hic est morbus, hæc, perfunditur aqua, & perungitur oleo, & uino tepefacto, et item cibo sustinetur, & inijcitur aliquid ni frigus cedat, sitienti aqua tepida datur. Si hoc genus rebus nõ proficitur, dimittitur sanguis maxime è capite. Item ad alios morbos aliæ causæ, etiam alia signa in omni pecore, quæ scripta habere oportet magistrũ pecoris. Relinquitur nonum, quod dixi de numero utriusq; partis commune. Nam & qui parat pecus, necesse est constituat numerũ. Quot greges, et quãto sit pasturus, ne aut saltus desint, aut supersint, & ideo fructus dispereant. Præterea scire oportet in grege quot fœminas habeat, quæ pariant possint, quot arietes, quot utriusq; generis soboles, quot reijculæ sint alienandæ. In alimonijs si sint plures nati, ut quidam faciunt, sequendum, ut quosdam subducas, quæ res facere solet, ut reliqui melius crescant. Vide inquit Atticus, ne te numerus fallat, & ne nouenæ istæ partes nõ exeãt extra pecoris minoris, ac maioris nomen. Quo pacto enim erunt in mulis, & pastoribus nouenæ partes? ubi nec admissuræ, nec fœturæ obseruantur? In canibus enì uideo posse dici. Sed do etiam in hominibus posse nouenarium retineri numerum, quod in hybernis habent in uillis mulieres, & quidã etiam in æstiuis, & id pertinere putant, quo facilius ad greges pastores retineant, et puerperijs familiam faciant maiorem, & rem pecuariam fructuosiorem. Si inquam numerus non est ad amussim, ut non est, cum dicimus mille naues ijsse ad Troiam, centumuirale esse iudiciũ Romæ, deme (si uis) duas res de mulis, admissuram, & parturam. Vactius parturam inquit? proinde ut non aliquoties dicatur Romæ pepisse mulã. Cui ego ut succinerem subijcio Magonem, & Dionysium scribere mulam, & equam, cum conceperint, duodecimo mense parere. Quare non, si hic in Italia cum peperit mula sit portentum, adsentiri oẽs terras. Neque enim hirundines, & ciconiæ, quæ in Italia pariunt, in oĩbus terris pariunt. Nõ scitis palmas, cariotas in Syria parere, innectas in

Italiam

Italiam nõ posse? Sed scrofã. Si exigere mauis sine mularũ admissura, & fœturæ è numerũ octoginta & unum est, qui expleas duplicem istam lacunã, quod extraordinariæ fructuum species duæ accedunt magnæ. quarũ una est tonsura, quod oues, & capras detondent, aut uellunt, altera, quæ latius patet, est de lacte, & caseo, quam scriptores græci separatim τυροτομίαν appellauerunt, ac scripserunt de ea re permulta. Cap. II.

SED Quoniam nos nostrum pensum absoluimus, ac limitata est pecuaria quæstio, nunc rursus uos reddite nobis ò epirotæ de una quaq; re, ut uideamus, qd pastores * à pergamidæ in Aledone potis sint. Atticus, q nũc Titus Põponius, nunc Quintus Cæcilius cum nomine eodem ego opinor inquit, incipiã primus, quoniam uos in me uideo coniecisse oculos, & dicam primigenia pecuariæ. E` feris enì pecudibus primũ dicis oues comprehensas ab hominibus, ac mansuefactas, has primum oportet bonas emere. quæsita ætate, si neq; uetulæ sunt, neq; meræ agnæ, qã alteræ iã non dũ, alteræ iã nõ possunt dare fructũ. sed ea melior ætas quã sequitur spes, quàm ea, quã mors. De forma, ouẽ esse oportet corpore amplo, quæ lana multa sit, & molli, uillis altis, & densis toto corpore, maxime circum ceruicem, & collum, uentrem quoque ut habeat pilosum. itaque quæ id non haberent, maiores nostri apicas appellabant, ac reijciebant. esse oportet cruribus humilibus, caudis obseruare, ut sint in Italia prolixis, in Syria breuibus. In primis uidendũ, ut boni seminis pecus habeas. id ferè ex duabus rebus potest animaduerti, ex forma, et ex progenie. Ex forma, si arietes sint fronte lana uestiti bene, intortis cornibus pronis ad rostrũ, rauis oculis, lana opertis, auribus amplis, pectore, & scapulis, et clunibus latis, cauda lata, & longa. animaduertendum quoque lingua ne nigra, aut uaria sit, quod ferè qui talẽ habent, nigros, aut uarios procreant agnos. Ex progenie autem animaduertitur. si agnos procreãt formosos. In emptiõibus iure utimur eo, qd lex præscripsit. in ea enì alij plura, alij pauciora excipiunt. quidã n. prætio facto in singulas oues, ut agni chordi duo pro una oue annumerẽtur, et si cui uetustate dẽtes absunt, itẽ bĩnæ pro singulis, ut prodãt de reliquo antiqua ferè formula utuntur, cum emptor dixit, tanti sunt mihi emptæ? et ille respõdet, sunt, et exprompsit numos. Emptor stipulatur prisca formula. sic illa scæ oues, qua de re agitur, sanas recte esse, uti pecus ouillum, quod recte sanum est extra lusciam, surdam, minam, id est uentre glabro, neque de pecore morboso esse, habereq; recte licere. hæc sic recte fieri spondes? nec cum id factum est, tamen grex dominum non mutat, nisi sit æs adnumeratum. Nec non emptor potest ex empto uenditorem

damnare, si non tradat, cum is non soluerit numos, ut ille emptorem simili iudicio, si non reddidit pretiũ. De alteris quatuor rebus deinceps dicam, de pastione, fœtura, nutricatu, sanitate. Primum prouidendum, ut totum annum recte pascantur intus, & foris. stabula idoneo loco ut sint, ne uentosa, quæ spectent magis ad orientem, quàm ad meridianum tempus. ubi stent, solum oportet esse eruderatum, & proclinium, ut euerri facile possit, ac fieri purum. non enim solum ea uligo lanam corrumpit ouiũ, sed etiam ungulas, ac eas scabras fieri cogit. Cumq; aliquot dies ita steterint, subijcere oportet uirgulta, et alia, quo mollius requiescant, puriores q; sint, libẽtius enim ita pascũtur. Faciendum quoque septa secreta ab alijs, quo enitentes secludere possis, item quo corpore ægro hæc magis ad uillaticos greges animaduertenda. Contra ille, in saltibus quæ pascuntur, & à tectis absunt longe, portant secum crates, aut retia, quibus cohortes in solitudine faciant, cæteraq; utensilia. longe enim, & late in diuersis locis pasci solent, ut multa millia absint sæpe hybernæ pastiones ab æstiuis. Ego uero scio inquam, nam mihi greges in Appulia hybernabant, qui in reatinis montibus æstiuabant. Cum inter hæc bina loca, ut iugum cõtinet scirpiculos, sic colles publicæ distantes pastiones, eaq; ibi, ubi pascuntur in eadẽ regione, tamen temporibus distinguunt, ut æstate quod tum prima lucæ exeunt in pastum, propterea quod tunc herba rosida, meridianam, quæ est aridior, iucunditate præstat. sole exorto puro propellunt, ut redintegrantes rursus ad pastum alacriores fiãt. Circiter meridianos æstus, dum deferuescunt, sub umbriferas rupes, & arbores patulas subijcunt, quoad refrigerato aere uespertino, rursus pascant ad solis occasum. ita pascere pecus oportet, ut aduerso sole agat, caput enim ouis molle maxime est. Ab occasu paruo interuallo interposito ad bibendum appellunt, & rursus pascunt quoad contenebrauit, iterum enim tum iucunditas in herba redintegrauit. hæc ab uergiliarum exortu ad æquinoctium autumnale maxime obseruant. Quibus in locis messes sunt factæ, interest utile duplici de causa, quod & caducat spica saturantur, & obtritis stramentis, & stercoratione faciunt in annum segetes meliores. Reliquæ pastiones hyberno, ac uerno tempore hoc mutant, qđ pruina iam exhalata propellunt in pabulum, et pascunt diem totum, ac meridiano tempore semel agere potũ satis habent. Quod ad pastiones attinet, hæc ferè sunt, quod ad fœturam, quæ dicam. Arietes, quibus sis usurus ad fœturã, bimestri tempore ante secernendum, & largius pabulo explendum. Cum redierint ad stabula è pastu, ordeum si est datum, fiunt firmiores ad laborem sustinendum. Tempus optimum ad admittendũ, ab arcturi occasu

casu ad Aquilæ occasum, quod quæ postea concipiunt, fiunt uegrandes, atque imbecillæ. Ouis prægnans est diebus centum quinquaginta. itaque fit partus exitu autumnali, cum aer est modice temperatus, ac primitus oritur herba imbribus primoribus euocata. Quãdiu ad missura fit, eadem aqua uti oportet, quod commutatio & lanam facit uariam, & uterum corrumpit. Cum omnes cœperunt, rursus Arietes secernendi. Ita factis pregnantibus, qđ sunt molesti obstant, Neque pati oportet minores, quàm trimas saliri, quod neque natum ex his idoneum est, necnon ipsæ fiunt etiam deteriores. Minores, quàm trimæ deterrent à saliendo fiscellu è iunco, aliaue quare, quam alligant ad naturam. Commodius seruãtur, si secretas pascũt.

In nutricatu cum parere cœperint. inijciunt in ea stabula, quæ habent ad eam rẽ seclusa. ibiq; nata recentia ad ignem propè ponunt. et quoad conualuerint, biduum, aut triduũ retinent. dum agnoscant matrem agni, & pabulo se saturent. Deinde dum matres cum grege in pastum prodeunt, retinent agnos. qui, cum reductæ sunt ad uesperum, aluntur lacte. & rursus discernuntur, ne noctu à matribus conculcentur. Hoc item faciunt mane ante quàm matres in pabulum exeant, ut agni saturi fiant lacte. Circiter decẽ dies cum præterierũt, palos affigunt, et ad eos alligant libro, aut qua alia re leui distantes, ne toto die cursantes inter se teneri delibent aliquid membrorũ. Si ad matris mãmam non accedit, admouere oportet, & labra agni ungere butyro, aut adipe suillo, & olfacere labra lacte. Diebus post paucis obijcere his uiciam mollitam, aut herbã tenerã ante quàm exeant in pastum, & cũ reuerterũt. Et sic nutricantur, quoad facti sunt quadrimestres. Interea matres eorum his temporibus non mulgent qdã, qui melius, omnino ppetuo, qđ & lanæ plus ferunt, & agnos plures. Cũ depulsi sunt agni à matribus, adhibẽda diligẽtia est, ne desyderio se nescant. itaq; deliniẽdũ in nutricatu pabuli bonitate, & à frigore, & æstu ne qd laborẽt, curandũ. Cum obliuione iã lactis non desyderãt matrem, tum deniq; compellendum in gregem ouium. Castrare oportet agnum non minorem quinque mensium, neque ante quàm calores, aut frigora se exegerint. quos arietes submittere uolunt, potissimum eligunt ex matribus, quæ geminos parere solent. pleraq; similiter faciẽdum in ouibus pellitis, quæ propter lanæ bonitatem, ut sunt Tarentinæ, & altinates pellibus integuntur, ne lana inquinetur, quo minus uel infici rectè possit, uel lauari, ac parari. Horũ præsepia, ac stabula, ut sint pura, maiorem adhibeant diligentiam quàm hirtis. itaque faciunt lapide strato, ut urina necubi in stabulo consistat. his quæcunque iubentur, uescuntur, ut folia ficulnea, & palea, & uina-

cea, furfures obijciuntur modicæ, ne parum, aut nimium saturentur: utrunq; enim ad corpus alendum inimicum. at maxime amicum cythisum, et mediçæ. nã et pingues facit fiallime, et gignit lac. De sanitate sunt multa, sed ea (ut dixi) in libro scripta magister pecoris habet, & quæ opus ad medendũ secum portat. Relinquitur de numero, quẽ faciant alij maiorem, alij minorẽ. nulli enim huius moduli naturales. Illud ferè omnes in Epeiro facimus, ne minus habeamus in cẽtenas oues hirtas singulos homines, in pellitas binos. Cap. III.

CVI Cossinius quoniam satis balasti inquit, ò Faustule noster, accipe à me cum homerica Melanthio cordo de capellis, & quemadmodũ breuiter oporteat dicere discere. Qui caprinum gregem cõstituere uult, in eligendo animaduertat oportet. Primum ætatem ut eam paret, quæ iam ferre possit fructum, & de ijs eam potius, quæ diutius, nouella enim quàm uetus melior. De forma uidendũ, ut sint firmæ, magnæ, corpus lene ut habeant, pilo crebro, nisi si glabræ sunt. Duo enim genera earum. sub rostra duas ut mamillas pensiles habeant, quod hæ fœcundiores sunt, ubere sint grandiore, ut & lac multum, & pingue habeant pro portione. Hircus molliori pilo, & potissimum albo, ac ceruicæ, & collo breue, gurgulione longiore. Melior fit grex, si non est ex collectis comparatus, sed ex cõsuetis unã. De seminio dicã eadem, quæ Atticus in ouibus. hoc aliter, ouium semen tardius esse, quo hæ sint placidiores. Contra caprile mobilius esse, de quarũ uelocitate in originum libro Cato scribit hæc, In soracti Fiscelio capræ feræ sunt, quæ saliunt è saxo pedes plus sexagenos. Oues enim, quas pascimus, ortæ sunt ab ouibus feris, sic capræ, quas alimus, à capris feris sunt ortæ, à queis propter Italiam Capraria insula est nominata. De capris qđ meliore semine eæ, quæ bis pariant, ex his potissimum mares solent summiti ad admissuras. qđã etiã dãt operã, ut ex insula media capras habeãt, q ibi maximi ac pulcherrimi fieri existimantur hœdi. De emptione aliter atq; de ouibus dicã, quod capras sanas sanus nemo promittit, nunquam enim sine febri sunt. itaq; stipulãtur paucis exceptis uerbis, ac Manilius scriptum reliquit sic. Illas capras hodie recte esse, & bibere posse, habereq; recte licere, hæc spõdes? ne? de quibus admirandũ illud, qđ etiam Archelaus scribit, non ut reliqua animalia naribus, sed auribus spiritum ducere solere. Pastores curiosiores aliquot hoc dicũt. De alteris quatuor, quod est de pastu hoc dicã. stabulatur pecus melius ad hybernos exortus si spectat, quod est alsiosum. Id ut pleraq; lapide, aut testa substerni oportet, caprile quo minus sit uliginosum, ac lutulentũ. Foris cum est pernoctandum, item in eandem partem cœli, quæ spe-

ctent, septa oportet substerni uirgultis, ne oblinantur. nec multo aliter tuendum hoc pecus in pastu, atq; ouillum, quod tamen habet sua propria quædam, quod potius syluestribus saltibus delectantur, quàm pratis. Studiose enim de agrestibus fruticibus pascuntur, atq; in locis, cultis uirgulta carpunt, itaq; à carpẽdo capræ nominatæ. ob hoc in lege locationis fundi excipi solet, ne colonus capra natum in fundo pascat. Harũ enim dentes inimici sationis, quas etiam astrologi ita receperunt in cœlum, ut extra limbũ duodecim signorum excluserint. Sunt duo hœdi, & capra non longe à tauro. Quod ad fœturã pertinet, desistente autumno exigunt à grege è campis hircos in caprilia. Item ut in arietibus dictum, quæ concepit post quartum mensem, reddit tẽpore uerno. In nutricatu hœdi trimestres cum sint facti, tum submittuntur, & in grege incipiunt esse. Quid dicam de earũ sanitate, quia nunquam sunt sanæ? nisi tamen illud unum, quod quædam remedia scripta oportet habere magistros pecoris, q̃bus utantur ad morbos quosdam earũ, ac uulneratum corpus, quod usu sæpe uenit his, quod inter se cornibus pugnant, atq; in spinosis locis pascuntur. Relinquitur de numero, qui in gregibus est minor caprino, quàm in ouillo, quod capræ lasciuæ, & quæ dispergunt se. Contra quod oues se congregant, & condensant in locum unum. itaq; in agro gallico greges plures potius faciunt, quàm magnos, quod in magnis cito existunt pestilentiæ, quæ ad perniciem eos perducunt. Satis magnum gregem putant esse circiter quinquagenas, quibus assentiri putant id, quod usu uenit Gaberio equiti romano. is enim cum in suburbano haberet agrũ iugerum mille, & à caprario quodam, qui adduxit capellas ad urbem, denarios sibi in dies singulos dare audisset, coegit mille caprarum gregem, sperans se capturum de prædio in dies singulos denarios mille. Tantum enim fefellit, ut breui omnes amiserit morbo. cõtra in Salentinis & in Casinati ad centenas pascunt. De maribus, & fœminis idem ferè discrimen, ut alij ad denas capras singulos parent hircos, ut ego, alij etiam ad. XV. ut Menas, nonnulli etiam, ut Murius, ad uigenti. Cap. IIII.

SED Quis è portu post Italicæ prodit, ac de suillo pecore expedit, tametsi Scrofam potissimũ de ea re dicere oportere cognomẽ eius significat. Cui Tremellius, ignorare igitur ingt uideris, cur appeller Scrofa. itaque ut etiã hi propter te sciant, cognosce meam gentem suillum cognomen non habere, nec me esse ab auuis eius cognominis ortum. Auus meus primum appellatus est Scrofa, qui quæstor cum esset Licinio Nerua prætore in Macedonia prouincia relictus, qui præesset exercitui, dũ prætor rediret, hostes arbitrati occasionem se ha-

bere uictoriæ,impressionem facere cœperũt in castra. Anus,cum hortaretur milites,ut caperent arma,ac exirent contra,dixit celeriter se illos(ut Scrofã porcos) disiecturũ.idq; fecit.nam eo prælio hostes ita fudit,ac fugauit,ut eo Nerua prætor impator sit appellatus,& anus cognomen inuenerit,ut diceretur Scrofã.itaq; proauos, ac superiores, de Tremellijs nemo appellatus Scrofã.Nec minus septimus sum deinceps prætorius in gente nostra.Nec tamen diffugio, quin dicam quæ sciã de suillo pecore.Agri enim culturæ ab initio fui studiosus,nec de pecore suillo mihi minor cura est,quàm uobis magnis pecuarijs.Cui enim ea res nõ est communis?Quis enim nostrum fundum colit,quin sues habeat,& qui non audierit patres nostros dicere,ignauum,& sumptuosum esse,qui sucidiam in carnario suspenderit potius ab laniario,quàm ex domestico fundo?Ergo qui suum gregem uult habere idoneum,eligere oportet primum bona ætate,secundo bona forma. Ea est,cum excellit amplitudine membrorum,præterquam pedibus, & capite,unius coloris potius quàm uarij.Cum hæc eadem ut habeant uerres uidendum,tum uti q; sint ceruicibus amplis,boni seminis. Sues enim animaduertuntur à facie,& progenie,& regione cœli.A facie,si formosi sint uerres,& scrofã.A progenie,si multos porcos pariunt.A regione,si potius ex his locis,ubi nascuntur ampli,quàm exiles.Parari,& emi solent sic.illasce sues sanas esse,habereq; recte licere,noxijsq; præstare,neque de pecore morboso esse,spondes'ne?Quidam adijcunt pfunctas esse à febri,& à foria. In pastu locus huic pecori aptus ulignosus,quod delectatur non solum aqua, sed etiam luto.itaque ob eam rem aiunt lupos cum sint nacti sues,trahere usq; ad aquam,qđ dentes feruorẽ carnis ferre nequeant.Hoc autem pecus alitur maxime glande, deinde faba,& ordeo,& cætero frumento. Quæ res non modo pinguitudinem efficiunt,sed etiam carnis iucundum saporem.Pastum exigunt æstate mane,& ante quàm æstus incipiat,subigunt in umbrosum locum,maxime ubi aqua sit.Post meridiem rursus lenito feruore pascunt.Hyberno tempore non prius exigunt pastum, quàm pruina euanuit, ac colliquefacta est glacies.

Ad fœturam uerres duobus mensibus ante secernendi.Optimum ad admissuram tempus à fauonio ad æquinoctium uernum,ita enim contingit, ut æstate pariat.quatuor enim menses est prægnans.& tunc parit, cum pabulo abundat terra.neque minores admittendæ quàm anniculæ.Melius uigenti menses expectare,ut bimæ pariant. Cum cœperint id facere,dicuntur usque ad septimum annum recte. Admissuras cum faciunt, prodigunt in lutosos limites, ac lustra, ut uolutentur in luto,quod est illarum requies,ut lauatio homini. Cum

omnes cœperunt,rursus segregant uerres.Verres octo mensiũ incipit salire,permaneq;,ut id recte facere possit,usque ad quartum annum,deinde castratur,saginaturq; quoad perueniat ad lanium.Hic enim conciliator suillæ carnis datur populo. Sus græce dicitur ὗς olim θύτης ab illo uerbo dictus, quod dicitur θύειν, quod est immolare.Ab suillo enim pecoris genere immolandi initium primum sumptum uidetur,cuius uestigia,qđ initijs Cereris porci immolantur,& quod inutijs pacis fœdus cum feritur,porcus occiditur,& quod nuptiarum initio antiqui reges,ac sublimes uiri in Hetruria in coniunctione nuptiali noua nupta,& nouus maritus primum porcum immolant.Prisci quoque latini,& etiam græci in Italia idẽ factitasse uidentur.Nam & nostræ mulieres maxime nutrices naturã, qua fœminæ sunt,in uirginibus appellant porcam.& græci χοῖρον significantes esse dignum in signum nuptiarum, suillum pecus donatum ab natura dicunt ad epulandũ.itaque ijs animam datam pro sale,qui seruaret carnem E` queis sucidias galli optimas,& maximas facere consueuerunt. Optimarum signum, quod etiam nunc quot annis è Gallia apportantur Romã pernæ tomacinæ,et taniacæ, & petasiones. De magnitudine galliçarum sucidiarum Cato scribit his uerbis.In Italia in scrobes terna,atq; quaterna millia aulia sucidia,Vere sus usqueadeo pinguitudine crescere solet,ut se ipsa stans sustinere non possit,neq; progredi usquã.itaq; eas si q̃s quo trajicere uelit,in plostrũ imponit.In Hispania ulteriore in Lusitania cũ sus esset occisus,Attilius hispaniẽsis nimme mẽdax,et multarũ rerũ pitus in doctrina dicebat.L.Volũnio senatori missã offulã cũ duabus costis quæ pẽderet.iii.et.XX.põdo.eiusq; suis à cute ad os pedẽ.et.III.digitos fuisse. Cui ego. Nõ minus res admirãda,quàm quæ nũc est dicta, in Arcadia scio esse spectatam suem, quæ præ pinguitudine carnis non modo surgere non posset, sed etiãt in eius corpore sorex exesa carne nidum fecisset, & peperisset mures. Hoc etiam in iuuenca factum acepi.Sus ad fœturã quàm sit fœcunda animaduertunt ferè ex primo partu,qđ non multũ in reliqs mutat. In nutricatu quã porculationẽ appellabãt, binis mensibus porcos sinunt cũ matribus. sed eos,cum iam pasci possunt,secernunt.Porci, qui nati sunt hyeme, fiunt exiles propter frigora,& qđ matres aspernantur,propter exiguitatem lactis,& quod dentibus sauciãtur propterea mammæ.scrofam in sua quãq; hara suos ut alat oportet porcos,quoniam alieno aspernatur,& ideo si conturbati sunt in fœtura,fit deterius.Natura diuisus est eius annus bifariã,quod bis parit in anno.quaternis mensibus fert uentrẽ,binis,nutricat.Haram facere oportet arcter trium

pedum altum,& latum amplius paulo,ea altitudine abs terra, ne dum exilire uelit prægnans,abortet. Altitudinis modus sit,ut subulcus facile despicere possit,nequis porcellus à matre opprimatur, & ut facile purgare possit cubile. In haris ostium esse oportet, & limen inferius altum palmipedale,ne porci ex hara,cũ mater prodit,trãsilire possint. Quotiescũq; haras subulcus purgat,toties in singulas arenam inijcere oportet,aut quid aliud,quod exugat humorem & cum pepererit,largiore cibatu sustentare,quo facilius lac suppeditare possit. in qbus hordei circiter binas libras aqua madefactas dare solẽt, & hoc quoque conduplicant,ut sit mane,& uesperi,si alia,quæ obijciant,nõ habuerint. Cum porci depulsi sunt à mamma à quibusdam delica appellantur,neq; iam lactantes dicuntur. Qui à partu decimo die habẽtur puri,ab eo appellantur ab antiquis sacres,quod tum ad sacrificia idonei dicuntur,primũ. Itaq; apud Plautũ in menæchmis, cum insanum quẽ putat,ut pietur in oppido Epidamno, interrogat, quanti hic porci sunt sacres? Si fundus ministrat,dari solent uinacea, ac scapi ex uuis. Amisso nomine lactantis,dicuntur ne frendes,ab eo quod non dum fabã frendere possint,ideſt frangere. Torcus enim græcum nomen est antiquum, sed obscuratum, quod nunc eum uocant χοῖρον. In eorũ potu scrofæ bis die ut bibant,curant,lactis causa. Parere tot oportet porcos,quot mammas habeat. si minus pariat,fructuariam idoneã non esse si plures pariat,esse portentum. In quo illud antiquissimum fuisse scribitur, quod sus Aeneæ Lauini triginta porcos peperit albos. itaq; qđ portenderit factum,triginta annis, ut Lauiniẽses cõderent oppidum Albam. Huius suis,ac porcorum etiam nunc uestigia apparent. Iam'ne simulachra eorũ Aenea etiã nunc in publico posita,& corpus matris ab sacerdotibus,quod in salsura fuerit,demonstratur? Nutricare octonos porcos paruulos primo possunt,incremento facto à peritis dimidia pars remoueri solet, qđ neq; mater sola potest sifferre lac,neque congenerati alescendo roborari. A` partu decem diebus proximis non producunt ex haris matrem præterquam potum. Præteritis decem diebus sinunt exire pastum in propinquum locum illæ,ut crebro reditu lacte alere possit porcos. Cum creuerunt,cupiunt sequi matrem,tum domi secernunt à matribus, ac seorsum pascunt,ut desyderium ferre possint parentis,quod decem diebus assequuntur. Subulcus debet consuefacere omnia,ut faciant ad bucinam. Primo cum incluserunt,cum lucinatum est, aperiunt,ut exire possint in eum locum,ubi ordeum fusum in longitudine sit. Sic enim minus deperit,quàm si id in aceruos positum est,& plures facilius accedunt,ideo ad XII conuenire dicuntur,ut syluestri

loco dispersi ne dispereant. Castrãtur uerres commodissime anniculi, utiq; ne minores,quàm semestres,quo facto nomen mutant,atq; è uerribus dicuntur maiales. De sanitate suum unum modo exẽpli causa dicam. Porcis lactentibus si Scrofæ lac non potest suppeditare,triti cum frictum dare oportet (crudum enim soluit aluum) uel ordeum obijcere ex aqua,quo ad fiant trimestres. De numero in centum sues, decem uerres satis esse putant. Quidam etiam hinc demunt. Greges maiores inæquabiles habent. Sed ego modicum puto centenariũ. Aliquot maiores faciunt,ita ut ter quinquagenos habeant porcos in grege,alij duplicant,alij etiam maiorem faciunt. Minor græx,q̃ maior minus sumptuosus,qꝫ comites subulcus pauciores quærit. Itaq; gregis numerum pastor ab sua utilitate constituit,nõ ut quot uerres habeat, id enim à natura sumendum. hæc hic. Cap. V.

AT Quintus Lucienus senator homo quamuis humanus,& iocosus introiens familiaris omnium nostrum, sic epirotice inquit, χαίρετε, & Varronem nostrum inquit ποιμένα λαῶν. Scrofam enim mane salutaui. cum alius eum salutasset, alius cõuitiatus esset,qui tam serò uenisset ad constitutum,Videbo iam uos inquit,balatrones, & huc afferam meum corium, & flagra. Tu uero Muri ueni mihi aduocatus,dum asses soluo palilibus,si postea à me repetant, ut testimonium perhibere possis. Vacius Murio, Narra isti inquit eadem,qui sermones sint habiti,& quid reliqui sit,ut ad partes paratus ueniat. Nos interea secundũ actum de maioribus adiexamus. In quo quidem meæ partes,quoniam boues ibi. Quare dicam de bubulo pecore,quam acceperim scientiam,ut siquis quid ignorat, discat. siquis scit,ubi nunc labar obseruet. Menas. Videqd agas inquam Vacti. Nam bos in pecuaria,maxima debet esse authoritate, præsertim in Italia,quæ à bubus nomen habere sit existimata. Græcia enĩ antiqua(ut scribit Timæus)tauros uocabat ἰταλούς. à quorũ multitudine,& pulchritudine, & fœtu uitulorum Italiã dixerunt. Alij scripserunt,quod è Sicilia Hercules persecutus sit eò nobilẽ taurũ,qui dicereturItalus. Hic socius hominum in rustico opere,et Cereris minister. Ab hoc antiqui manus ita abstineri uoluerunt, ut capite sanxerint,siquis occidisset. Quain re testis Attica,testis Peloponesus. Nã ab hoc pecore Athenis Bũzuges nobilitatus Argis ὀνόγυρος. Noui inquit Menas maiestatem boum,& ab his dici pleraq; magna, ut βούσυλον. βούτευκα. βούλιμον. βοῶπιν. Vnam quoq; bumammã. Præterea hunc scio esse,in quẽ potissimũ Iuppiter se cõuertit,cum exportauit per mare è Phœniæ amans Europã. Hunc esse,qui filios Neptuni à Menalippa seruarit,ne in stabulo infantes grex boum obtereret.

Deniq; ex hoc putrefacto nasci dulcissimas apes mellis matres, à quo eas græci βουγόνας appellant, & hinc Plautũ locutum esse latine. Cum Hirtium prætorem renuntiatum Romam in senatum scriptum habere. Sed bono animo es, non minus satisfaciam tibi, quàm quibus goniam scribit. Primum in bubulo genere ætatis gradus dicuntur quatuor. Prima uitulorum, secunda iuuencorum, tertia boum nouellorum, quarta uetulorum. Discernuntur in prima uitulus, & uitula, in secunda iuuencus & iuuẽca, in tertia, & quarta taurus, et uacca. Quæ sterilis est uacca, taura appellatur. Quæ prægnans, horda. A beo in fastis dies hordicalia nominantur, quod tunc hordæ boues immolantur. Qui gregem armentorum emere uult, obseruare debet primum, ut sint hæ pecudes ætate potius ad fructus ferẽdos integræ, quàm iam expertæ. Vt sint bene compositæ, ut integris membris, oblongæ, amplæ, nigrantibus cornibus, latis frontibus, oculis magnis, & nigris, pilosis auribus, compressis malis, subsimis'ue, gibberi spina leuiter remissa, apertis naribus, labris subnigris, ceruicibus crassis, ac longis, à collo palearibus demissis, corpore amplo bene cõstato, latis humeris, bonis clunibus, coda profusa usq; ad calces, ut habeat inferiorẽ partem frequentibus pilis subcrispam, compactis cruribus potius breuioribus, q̃ longis, rectis genibus, & eminulis distantibus inter se, pedibus non latis, neq; ingredientibus qui displodantur, nec cuius ungulæ diuaricent, & cuius ungues sint leues, & pares, oriũ attactu non asperum, ac durum, colore potissimum nigro, deinde rubeo, tertio heluo, quarto albo. Mollissimus enim hic, ut durissimus primus. De mediis duobus prior quàm posterior melior, utriq; pluris quàm nigri, et albi. Neq; non præterea ut mares seminis boni sint, quorum & forma est spectanda, & qui ex his orti sunt, ut respondeant ad parentum speciẽ, & præterea quibus regionibus nati sunt, refert. Boni enĩ generis in Italia, pleriq; gallica ad opus. Contra ingatorij ligustici. Trãsmarini epirotici non solum meliores totius Græciæ, sed etiã Italiæ, tametsi quidam de italicis, quos propter amplitudinem præstare dicunt, ad uictimas farciunt, atq; ad deorum seruant supplicia. Qui sine dubio ad res diuinas propter dignitatẽ amplitudinis, & coloris præponendi. Quod eò magis fit, quod albi in Italia nõ tam frequẽtes quàm qui in Thracia, ubi alio colore pauci. Eos cum emimus domitos, stipulamur, sic. Illoſce boues sanos esse, noxiq; præstari? Cum emimus indomitos, sic. Illoſce iuuẽcos sanos recte, deq; pecore sano esse, noxiq; præstari spondes'ne? Paulo uerbosius hæc, qui Manilij actiones sequuntur lanij, qui ad cultrum bouem emunt, & qui ad altaria, hostiæ sanitatem non solent stipulari. Pascuntur armenta commodissime

dissime in nemoribus, ubi uirgulta, & frons multa. Hyeme cum hybernant, secundum mare, æstu abiguntur in montes frondosos. Propter fœturam hæc obseruare soleo ante admissuram, mensem unum, ne cibo, & potione se impleant, quod existimantur facilius macræ cõcipere. Contra, tauros duobus mensibus ante admissurã herba, & palea, ac fœno facio pleniores, et à fœminis secerno. Habeo tauros totidẽ quot Atticus, ad matrices septuaginta, duos, unum anniculum, alterũ bimum. Hoc secundũ astri exortum facio, quod græci uocant λύραν, fidem nostri. Tũ deniq; tauros in gregem redigo. Mas an fœmina sit conceptu, significat descensu taurus cum iniit, siquidem, si mas est, in dexteriorem partem abit, si fœmina in sinisteriorem. Cur hoc fiat, uos uideritis, qui Aristotelem legitis. Nõ minores oportet inire bimas, ut trimæ pariant, eo melius si quadrimæ. Pleræq; pariunt in decem annos, quædam etiam in plures. Maxime idoneum tempus ad concipiendum à delphini exortu usq; ad dies. XL. aut paulo plus. Quæ enim ita conceperint, temperatissimo anni tempore pariunt. Vaccæ enim mensibus decem sunt prægnantes. De quibus admirandum scriptum inueni, exemptis testiculis, si statim admiseris, concipere. Eas pasci oportet in locis uiridibus, et aquosis. Cauere oportet, ne aut angusti ustent, aut feriantur, aut concurrant. Itaq; q eas æstate tabani concitare solent, & bestiolæ quædam minutæ sub cauda. ne concitentur, aliqui solent includere septis. His substerni oportet frondẽ, aliud'ue quid in cubilia, quo mollius conquiescant. Aestate ad aquam appellendum bis, hyeme semel. Cum parere cœperint, secundum stabula pabulum seruari oportet integrum, quod egredientes degustare possint, fastidiosæ enim fiunt. Et prouidendum, quò recipiunt se, frigidus locus ne sit. algor enim eas, & famis macrescere cogit. In alimonijs armenticium pecus sic contuendum, lactentes cum matribus ne cubẽt, obteruntur enim, ad eas mane adigi oportet, et cũ redierint è pastu. Cum creuerint uituli, leuandæ matres, & pabulum uiride obijciendum in præsepijs. Item his, ut ferè in omnibus stabulis, lapides substernendi, aut quid item, ne ungulæ putrescant. Ab æquinoctio autumnali unà pascuntur cum matribus. Castrare nõ oportet ante bimatum, quod difficulter, si aliter feceris, se recipiunt. Qui autem postea castrantur, duri, & inutiles fiunt. Item, ut reliquis gregibus pecuarijs, delectus quot annis habendus, & reijculæ reijcundæ, quod locũ occupant earum, quæ ferre possunt fructus. Siqua amisit uitulum, ei oportet supponere eos, quibus non satis lactis præbent matres. Semestribus uitulis obijciunt furfures triticeos, & farinam ordeaceam, & teneram herbam, & ut bibant mane, et uesperi curant. De sani-

tate sunt complura, quæ exscripta de Magonis libris, armentarium meum crebro ut aliquid legat, curo. Numerus de tauris, & uaccis sic habendus, ut in sexaginta, unus sit anniculus, alter bimus. Quidam habent aut maiorem, aut minorem numerum gregum. Nã apud eũ duo Tauri in septuaginta matribus sunt. Numerũ gregum alius aliũ facit. Quidam centenarium modicum putant esse, ut ego, Atticus centumuiginti habet, ut Lucienus. Hæc ille. Cap. VI.

AT Murius, qui, dum loquitur Vaccius cum Lucieno redüsset, Ego inquit, de asinis potissimum dicam, quod sum reatinus, ubi optimi, & maximi fiunt, è quo seminio ego hic procurauí pullos, et ipsis Arcadibus uendidi aliquoties. Igitur asinorum gregem qui facere uult bonum, primum uidendum, ut mares, fœminasq; bona ætate sumat, utique ut quamdiutissime fructum ferre possit, firmos, omnibus partibus honestos, corpore amplo, seminio bono, ex his locis, unde optimi exeunt, quod faciunt Peloponnenses, cum potissimum eos ex Arcadia emebant, in Italia ex agro reatino. Non enim si murenæ optimæ flutæ sunt in Sicilia & Helops in Rhodo, continuo hi pisces omni mari similes nascuntur. Horum genera duo. Vnum ferum, quos uocant onagros, in Phrygia, & Lycaonia sunt greges multi. Alterum mansuetum, ut sunt in Italia omnes. ad seminationem onagrus idoneus, quod è fero fit mansuetus facile, & è mansueto ferus nunquam. Quod similes parentum gignantur, eligendi, & mas, & fœmina cum dignitate ut sint. In mercando item (ut cæteræ pecudes) emptionibus, & traditionibus dominium mutant, & de sanitate, ac noxa solet cauerí. Commode pascuntur farre, & furfuribus ordeaceis. Admittuntur ante solstitium, ut eodem tempore alterni annis pariant. Duodecimo enim mense conceptum semen reddunt. Prægnantes opere leuant. Vĕter enim labore, nationem reddit deteriorẽ. Marẽ non disiungunt ab opere, quod remissione laboris fit deterior. In pastu eadem ferè obseruant, quæ in equis. Secundum partum pullos anno non remouent à matre. Proximo anno noctibus patiuntur esse cum his, & leuiter capistris, aliá ue qua re habent uinctos. Tertio anno domare incipiũt ad eas res, ad quas quisq; eos uult habere in usu. Relinquitur de numero, quorum greges non sanè fiunt, nisi ij, qui onera portent, ideo qđ pleriq; deducuntur ad molas, aut ad agriculturam, ubi quid uehendum est, aut etiam ad arandũ, ubi leuis est terra, ut in campania. Greges fiunt ferè mercatorum, ut eorum, qui è Brundusio, aut Apulia asellis dossuarijs comportant ad mare oleum, aut uinum, itemq; frumentum, aut quid aliud. Cap. VII.

LVCIENVS, Ego quoq; aduenies aperiam cancres inquit, et

equos emittere incipiam, nec solum mares, quos admissarios habeo, ut Atticus singulos in fœminas denas, è queis fœminas Cõmodius Equiculus uir fortissimus etiam patre militari iuxta ac mares habere solebat. Horum equorum, & equarum greges qui habere uoluerint, ut habent aliqui in Peloponneso, & in Appulia, primum oportet spectare ætatem, quam præcipiunt. Videdum ne sint minores trimæ, maiores decem annorum. Aetas cognoscitur equorum, & ferè omnium, qui ungulas indiuisas habent, & etiam cornutarum, quod equus triginta mensium primum dentes medios dicitur amittere, duos superiores, & totidem inferiores. Incipientes quartum agere annũ itidem eijciunt & totidem proximos eorum, quos amiserunt, & incipiunt nasci quos uocant columellares. Quinto anno incipienti item eodem modo amittere binos, quos caninos habẽt, tum renascẽtes eis, sexto anno impleri. Septimo omnes habere solent renatos, & completos. His maiores qui sunt, intelligi negant posse, præterquam cum dentes sunt facti brochi, & supercilia cana, & sub ea lacunæ, ex obseruatu dicũt eum equũ habere annos sexdecim. Forma esse oportet magnitudine media, quod nec nastos, nec minutos decet esse. Equas clunibus, ac uentribus latis. Equos ad amissuram quos uelis habere, legere oportet amplo corpore, formosos, nulla parte corporis inter se nõ congruente. Vnde qualis futurus sit equus, è pullo coniectari potest, si caput habet non magnum, nec membris confusis, si est oculis nigris, naribus non angustis, auribus applicatis, non angusta iuba, crebra, fusca, subcrispa subtenuibus setis implicata in dexteriorem partem cæruicis, pectus latum, & plenum, humeris latis, uentre modico, lũbis deorsum uersum pressis, scapulis latis. spina maxime duplici, sin minus non extenta, coda ampla subcrispa, cruribus rectis, et equalibus, genibus rotundis, nec magnis, nec introrsus spectantibus, unguli duris, toto corpore ut habeat uenas, quæ animaduerti possint, qđ qui huiusmodi sit, & cum est æger, ad medẽdũ est appositus, corpore multo. De stirpe magni interest. qua sint, q genera sunt multa. Itaq; ad hoc nobiles à regionibus dicũtur. In Græcia thessalici equi. à terra apuli. ab rosea roseani. Equi boni futuri signa sunt, si cum gregalibus in pabulo contendit, in currendo, aliá ue qua re, quo potior sit, si cum flumen traijcãdũ est, gregi in primis prægreditur, nec respectat alios. Emptio equina similis ferè ac bouum, & asinorum, quod eisdẽ rebus dominiũ in emptione mutatur, ut in Manilij actionibus sunt perscripta. Equinum pecus pascendũ in pratis potissimum herba. In stabulis, ac præsepibus arido fœno. Cum peperierint, ordeo adiecto bis die danda aqua. Horum fœturæ initium admissionis facere oportet,

ab æquinoctio uerno, ad solstitiũ, ut partus idoneo tempore fiat. Duodecimo enim mense die decimo aiunt nasci. Quæ post tempus nascũtur, ferè uitiosa, atq; inutilia existunt. Admittere oportet, cum tẽpus anni uenerit, bis die mane, et uespere. Peroriga enim appellatur qs quis admittit, eo enim adiutante equa alligata celerius admittitur, neque equi frustra cupiditate impulsi semem eijciunt. Quoad satis sit admitti ipsæ significant, quod sẽ defendunt. Si fastidium saliendi est, scyllæ modicum conterunt cum aqua ad mellis crassitudinem, tum ea re naturam equæ, cum menses ferunt, tangunt, contra, ab locis equæ nares equi tangunt. Tametsi incredibile, quod usu uenit memoriæ mãdandum. Cum equus matrem ut saliret adduci non posset, & eum capite obuoluto peroriga adduxisset, & cœgisset matrem inire, cum descendenti uelum demp sisset ab oculis, ille impetum fecit in eum, ac mordicus interfecit. Cum conceperint equæ, uidendum ne aut laborent plusculum, aut ne frigidis locis sint, quod algor maxime prægnantibus obest. Itaq; in stabulis ab humore prohibere oportet humum, clausa habere ostia, ac fenestras, & inter singulas à præsepibus interijcere longurios, qui eas discernant, ne inter se pugnare possint. Prægnantem neq; implere cibo, neq; esurire oportet. Alternis qui admittunt, diuturniores equos, et meliores pullos fieri dicunt. Itaque ut restibiles segetes essent exactiores, sic quotannis quæ prægnans fiat. In decem diebus secundum partum cum matribus in pabulis prodigendum. Ne ungulas comburat stercus cauendum. Quinquemestribus pullis factis, cum redacti sunt in stabulum, obijciendum farinam ordeaceam mollitam cum furfuribus, & si quid aliud terra natum libenter edent. Anniculis iam factis dandum ordeum, & furfures, usque quoad erunt lactantes. Neque prius biennio confecto à lacte removendum. Eos q; cum stent cum matribus, interdum tractandum, ne cum sint disiuncti, exterreantur. Eadem q; causa ibi frenos suspendendum, ut oculis consuescant & uidere eorum faciem, & è motu audire crepitus. Cum iam ad manus accedere consueuerint, interdũ imponere hus puerum bis, aut ter pronum inuentrem, postea iam sedentem, hæc facere cum sit trimus, tum enim maxime crescere, ac lacertosum fieri. Sunt qui dicant post annum, & sex menses equulum domari posse, sed melius post trimum, à quo tempore farrago dari solet. Hæc enim purgatio maxime necessaria equino pecori, quod diebus decem facere oportet, nec pati alium ullum cibum gustare. Ab undecimo die usq; ad quartum decimum dãdum ordeum, quotidie adijciendo minutatim. Quod quarto die feceris, in eo decem diebus proximis manendum. ab eo tempore mediocriter exercendum, & cum su-

dauerit, oleo perungendum. Si frigus erit, in equali faciendus ignis. Equi quod alij sunt idonei ad rem militarem, alij ad uecturam, alij ad admissuram, alij ad cursuram, alij ad prædã, num item sunt spectandi ad quæ habendi? Itaq; peritus belli alios eligit, atq; alit, ac docet. Aliter quadrigarius, ac desultor. Neque idem, qui uectarios facere uult. neque eodem modo parantur ad ephippium, ut ad prædam, quod ut ad rem militarem, quod ibi ad castra habere uolunt acres. Sic contra in uijs habere malũt placidos, propter quod discrimẽ maxime institutum, ut castrentur equi. Demptis enim testiculis fiũt quietiores, et ideo quod semine carent, ij canterij appellati, ut in suibus males, in gallis gallinaceis capi. De medicinis uel plurima sunt in equis & signa morborum, & genera curationum, quæ pastorem scripta habere oportet. Itaque ob hoc in Græcia potissimum media pecorum ἀτριαγροὶ appellati.

Cap. VIII.

CVM hæc loqueremur, uenit à Menate libertus, qui dicat libã absoluta esse, & rem diuinam paratam, si uellent, uenirent illuc, et ipsi pro se sacrificarent. Ego uero inquã, uos ire nõ patiar ante, quã mihi reddideritis tertium actum, de mulis, de canibus, de pastoribus. Breuis oratio de istis ingt Murius, Nã muli, & hinni bigeneri, atq; insitij, non suopte genere ab radicibus. Ex equa enim, et asino fit mulus. Contra ex equo, & asina hinnus. Vterq; eorum ad usum utilis, partu, fructu, uentre. Pullum asininum à partu recentem subijciunt equæ, cuius lacte ampliores fiunt, quod id lac quã asininum, ac alia omnia dicunt esse melius. Præterea educant eum paleis, fœno, ordeo. Matri suppositiciæ quoq; inseruiunt, quo equa ad ministerium lactis cibum pullo præbere possit. Hic ita educatus ab initio, potest admitti. neq; enim eum aspernantur propter consuetudinem equinam. Hunc minorem si admiseris, & ipse citius senescit, & quæ ex eo concipiũtur fiunt deteriora. Qui non habent eum asinum, quẽ supposuerũt equæ, & asinum admissarium habere uolunt, de asinis quenq; amplissimum, & formosissimum quem habere possunt, eligunt. quiq; semnio natus sit bono, arcadico, ut antiqui dicebant, ut nos experti sumus, reatino, ubi tricenis, ac quadrigenis millibus HS admissarij ali quot uenierunt. Quos emimus item ut equos stipulamur in emendo, ac facimus in accipiendo, ut dictum est in equis. Hos pascimus præcipue fœno, atq; ordeo, et id ante admissurã largius facimus, ut cibo sustindamus uires ad fœturam. Eodẽ tempore, quo equos adducentes, ij dẽq; ut ineant equas perorigas curamus. Cum peperit equa mulum, aut mulam nutricantes educamus. Hi, si in palustribus locis, atq; uligino sis nati, habent ungulas molles. Itidẽ si exacti sunt æstuo tempore in

montes, quod fit in agro reatino, durissimis unguls fiunt. In gregē mulorum parando, spectanda ætas, & forma. Alterum ut uecturis sufferre labores possint, alterum ut oculos aspectu delectare queant. Hisce enim binis coniunctis omnia uehicula in uijs ducuntur. Hæc me reatino authore probares mi Attice, nisi tu ipse domi equarū greges haberes, ac mulorum greges uendidisses. Hinnus, qui appellatur ex equo, & asina, minor est, quàm mulus corpore plerunq; rubicundior, auribus ut æquus, iubam, & caudam similem asinæ. Item in uentre est (ut equus) menses duodecim. Hosce item ut equulos & educant, & alunt, & ætatem eorum ex dentibus cognoscunt. Cap. IX.

RELINQVITVR inquit Atticus, de quadrupedibus, qđ ad canes attinet, maxime ad nos, qui pecus pascimus lanare. Canis enim ita custos est pecoris, ut eius, quod eo comite indiget ad se defendendum. In quo genere sunt maxime oues, deinde caprę. Has enim lupus captare solet, cui opponimus canes defensores. In suillo pecore tamen sunt, quæ se uindicent sues, uerres, maiales, scrofæ. propè enim hæc apris, qui in syluis sæpe dentibus canes occiderunt. Quid dicam de pecore maiore? cum sciam mulorum gregem cum pascęretur, eoq; uenisset lupus, ultro mulos circunfluxisse, & unguls cædendo eum occidisse? & tauros solere diuersos assistere clunibus continuatos, & cornibus facile propulsare lupos? Quare de canibus, quoniā genera duo, unum uenaticum, & pertinet ad feras bestias, ac syluestres, alterum, quod custodiæ causa paratur, & pertinet ad pastorem, dicam & de eo ad formam artis expositam in nouem partes. Primum ætate idonea parandi, quod catuli, & uetuli neq; sibi, neq; ouibus sunt præsidio, & feris bestijs nonnunquam prædæ. Facie debent esse formosę, magnitudine ampla, oculis nigrantibus, aut rauis, naribus congruentibus, labris subnigris, aut rubicundis, neque resimis superioribus, neq; pendulis subtus, mento suppresso, et ex eo enatis duobus dentibus dextra, & sinistra paulo eminulis superioribus, directis potius, quàm brochis, & acutis, quos habent labro tectos, capitibus, & auriculis magnis, ac flaccis, crassis ceruicibus, ac collo, internodijs articulorum longis, cruribus rectis, ac potius uarijs, quàm uacijs, pedibus magnis, & altis, qui ingredienti ei displodantur, digitis discretis, unguibus duris, ac curuis, talo nec ut corneo, nec nimium duro, sed ut fermentato, ac molli, à fœminibus summis corpore supresso, spina neq; eminula, neq; curua, cauda crassa, latratu graui, hiatu magno, colore potissimum albo, quod in tenebris specie leonina. Præterea fœminas uolunt esse mammosas æqualibus papillis. Item uidendum, ut boni seminij sint. Itaque à regionibus appellantur lacones, epirotici, salentini. Vi-

dendum ne à uenatoribus, aut lanijs canes emas. Alteri, quod ad pecus sequendum inertes. alteri si uiderint leporem, aut cęruum, quod eum potius quàm oues sequentur. Quare aut à pastoribus empta melior, quæ oues sequi consueuit, aut sine ulla consuetudine quæ fuerit, canis enim facilius quid assuescit, eaq; firmior consuetudo, quæ sit ad pastores, quàm quæ ad pecudes. Publius Ausidius Pontianus amiterninus, cum greges ouium emisset in umbria ultima, quibus gregibus sine pastoribus canes accessissent, pastores, ut deduxerunt in mctaponti nos saltus, & Heracleæ emporium, inde cum domum rediissent, q ad locum deduxerant, è desyderio hominum diebus paucis postea canes sua sponte, cum dierum multorū uia interesset, sibi ex agris cibaria quæsierunt, atq; in Vmbriam ad pastores redierunt, neq; eorū quisquam fecerat, quod in agricultura Saserna præcepit, Qui uellet se à cane sectari, uti ranam obijciat cœctam. Magni interest ex semine esse canes eodem, quod cognati maxime inter se sunt præsidio. Sequitur quartum de emptione, id sit alterius, qđ à priore domino secundo traditum est. De sanitate, & noxa stipulationes fiunt eædem, quæ in pecore, nisi quod hic utiliter excęptum est. Alij pretium faciunt in singula capita canum. Alij ut catuli sequantur matrem. Alij ut bini catuli unius canis numerum obtineant, ut solent bini agni unius ouis. Plerique ut accędant canes, qui consueuerunt esse una. Cibatus canis propior hominis, quàm ouis. Pascitur enim è culina, & ossibus non herbis, aut frondibus. Diligenter ut habeant cibaria prouidendum. Fames enim hos ad quærendum cibum ducet, si nō prębebitur, et à pecore abducet. Nisi si (ut putant qdam) etiam illuc pertinerint, prouerbium ut tollūt antiquum, βουλιμιᾶ κύων aperiant de Aclæone, atq; in dominum afferant dentes. Necnon ita panem ordeaceum dādum, ut non potius eum in lacte des intritum, quod eo consueti cibo uti, à pecore non cito desiscant. Morticinæ ouis non patiuntur uesci carne, ne ducti sapore minus se abstineant. Dant etiam ius ex ossibus, et ea ipsa ossa contusa, dentes enim facit firmiores, & os magis patulū. Propterea q uehemētius diducuntur malæ, acrioresq; fiut propter medullarum saporem. Cibum capere consuescunt interdiu, ubi pascuntur. uesperi, ubi stabulantur. De fœtura, principium admittendi faciunt ueris principio, tūc enim dicūtur catulire, idest ostendere se uelle mari tari. Quæ cum admissæ, pariunt circiter solstitio, prægnantes enim solent esse ternos menses. In fœtura dandum potius ordeaceos quàm triticeos panes, magis enim eo aluntur, & lactis præbent maiorem facultatem. In nutriatu secundum partum si plures sunt statim eligere oportet quos habere uelis, reliquos abijcere. Quàm paucissi-

mos reliqueris, tam optimi in alendo fiunt propter copiam lactis. Substerniter eis acus, aut quid aliud, quod meliore cubili facilius educantur. Catuli diebus uiginti uidere incipiunt. Duobus mensibus primis à partu non disiunguntur à matre, sed minutatim desuefiunt. Educunt eos plures in unum locum, & irritant ad pugnandũ quo fiãt acriores, neque defatigari patiuntur, quo fiant segniores. Consuefaciunt quoque ut possint alligari primum leuibus uimellis, quas si abrodere conantur, ne id consuescant facere, uerberibus deterrere solẽt. Pluuijs diebus cubilia substernenda frõde, aut pabulo duabus de causis, ut ne oblinantur, aut perfrigescant. Quidã eos castrant, quod eo minus putant relinquere gregem. Quidam non faciunt, quod eos credunt minus acres fieri. quidam nucibus græcis in aqua tritis perungunt aures, & inter digitos, quod muscæ, & ricini, & pulices soleant (si hoc unguine non sis usus) ea exulcerare. & ne uulnerentur à bestijs, imponuntur his collaria, quæ uocantur mellum id est cingulũ circum collum ex corio firmo cum clauulis capitatis, quæ intra capita insuitur pellis mollis, ne noceat collo duritia ferri. Quod si lupus, aliue quis his uulneratus est, reliquos quoq; canes facit, qui id non habent, ut sint in tuto. Numerus canum pro pecoris multitudine solet parari. Ferè modicum esse putant, ut singuli sequantur singulos opiliones, de quo numero alius alium modũ constituit. Quod si sunt regiones ubi bestiæ sint multæ, debent esse plures. quod accidit ijs, qui per calles syluestres longinquos solent comitari in æstiua, & hyberna. Villatico uero gregi in fundum satis esse duos, & id marem, et fœminam. Ita enim sunt assiduiores, quod cum altero idem fit acrior, et si alter indesinẽter æger est, ne sine cane grex sit. Cũ circũspiceret Atticus neqd præteriisset, hoc silentiũ inquã uocat aliũ ad partes. Ca. X.

RELIquum enim est in hoc actu quot, & quod genus sint habẽdi pastores. Cossinius ad maiores pecudes ætate supiores, ad minores etiã pueros, et utroq; horũ firmiores, q̃ i collibus uersantur, quàm eos, q̃ in fundo, et quotidie ad uillã redeunt. itaq; in saltibus licet uidere iuuentutem, et eã ferè armatã, cum in fundis non modo pueri, sed etiã puellæ pascant. Qui pascunt in saltibus, greges cogere oportet, in pastione diẽ totum esse, pascere cõmuniter. Contra, pnoctare ad suum quenq; gregem, esse omnes sub uno magistro pecoris, eum esse maiorẽ natu potius quàm alios, et peritiorẽ quàm reliquos, quod ijs, q̃ ætate, & scientia præstant, animo æquiore reliq parent. Ita tñ oportet ætate præstare, ut ne propter senectutem minus sustinere possit labores. Neq; n senes, neq; pueri collium difficultatem, aut montiũ arduitatem, atq; asperitatem facile ferũt. qã patiendũ illis, qui greges sequuntur,

præsertim armentitios, ac caprinos, q̃ bus rupes, ac syluæ ad pabulandum cordi. Formæ horum legẽdæ, ut sint firmæ, ac ueloces, mobiles, expeditis mẽbris, q̃ non solũ pecus sẽq; possint, sed etiã à bestijs, ac prædonibus defendere, q̃ onera extollere in iumẽta possint, q̃ excurrere, qui iaculari. Non omnis apta natio ad pecuariã, quod neq; basculus, neq; turdulus idonei, galli apposiți, sed maxime ad iumenta. In emptionibus dominum legitimum sex ferè res perficiunt, si hæreditatem iustam adijt, si, ut debuit, mancipio ab eo acepit, à quo iure ciuili potuit, aut si in iure cessit cui potuit cedere, et id ubi oportuit. aut si usũ cepit, aut si è præda sub corona emit. Tum'ue cum in bonis sectione'ue cuius publicæ uenit. In horum emptione solet accedere peculiũ, aut si excipiet stipulatio, intercedere sanum eum esse, furtis, noxiisq; solutum. Aut si mancipio non datur, dupla promitti, aut si ita pacti, simpla. Cibus eorum debet esse interdiu separatim uniuscuiusque gregis. Vespertinus in cœna, qui sunt sub uno magistro, communis. Magistrum prouidere oportet, ut omnia sequantur instrumenta, quæ pecori, et pastoribus opus sunt, maxime ad uictum hominum, & ad medicinam pecudum. Ad quam rem habent iumenta dossuaria domini, alij equas. Alij pro his quid aliud, quod onus dorso ferre possit. Quod ad fœturam humanam pertinet pastorum, qui in fiendo perpetuo manent, facile est, quod habeant conseruam in uilla. nec hac uenus pastoralis longius quid quærit. Qui autem sunt in saltibus, et syluestribus locis pascunt, & non uilla, sed casis repentinos imbres uitant, his mulieres adiungere, quæ sequantur greges, ac cibaria pastoribus expediant, eosq; assiduiores faciant, utile arbitrati multi. Sed eas mulieres firmas esse oportet, non turpes, quæ in opere, ut i multis regionibus nõ cedãt uiris, ut in illyrico passim uidere licet, quæ uel pascere pecus, uel ad focum afferre ligna, ac cibũ conquere, uel ad casas instrumentũ seruare possint. De nutricatu hoc dico, easdẽ ferè & nutrices, & matres. Tremellius, simul aspicit ad me, & ut te audiui dicere inquit, cum in Lyburniam uenisses, te uidisse matres familias eorum, afferre ligna, et simul pueros, quos alerent, alias singulos, alias binos, quæ ostenderent fœtus nostras, quæ in conopeis iacent dies aliquot, esse luridas mucidas, & contemnẽdas. Cui ego, Certe inq̃. Nã in Illyrico hoc amplius, prægnantẽ sæpe, cum uenit pariendi tẽpus, nõ longe ab opere discedere, ibiq; enixã puerũ referre, quẽ non peperisse, sed inuenisse putes. Necnon etiã hoc quas uirgines ibi appellãt, nonnunq̃ annorum uiginti, quibus mos eorum non denegauit ante nuptias, ut sucumberent quibus uellent, et incomitatas ut uagari licæret, & filios haberent è quibus uellent. Quæ ad ualetudinẽ

pertinēt hominū, ac pecoris, ut sine medico curari possint, magistrum scripta habere oportet. Is. n. sine literis idoneus non est, q rationes dominicas pecuarias cōficere, nec quicq recte potest. De numero pastorū alij angustius, alij laxius constituere solent. Ego in octogenas hirtas oues singulos pastores constitui, Atticus i centenas. In gregibus ouium, sed magnis quos miliarios faciunt quidam, facilius de summa hominum detrahere possunt, quàm de minoribus, ut sunt Attica. Tremellius. Septingenarij. n. mei, ut opinor, tu octingenarios habuisti. Nec tñ non ut nos arietum decimam partem. Ad equarū gregem quinquagenariū bini homines, utiq; uterq; horum ut secum habeat equas domitas singulas in ijs regionibus, in quibus stabularij solent equas abigere, ut in Appulia, & in Lucanis accidit sæpe. Cap. XI.

QVONIAM promissa absoluimus, eamus inquit. Sed inq̄ siquid adieceritis de extraordinario pecudum fructu, & de lacte in eo, & tonsura lanæ. Est enim lac omnium rerum, quas cibi causa capimus, liquentium maxime alibile, & id ouillū, inde caprinū. Quod autem maxime perpurget est equinū, tum asininum, deinde bubulum, tum caprinum. Sed horū sunt discrimina quædam, & à pastionibus, & à pecudū natura. & à mulctu. A` pastionibus, quod fit ab ordeo, et stipula, & omnino arido, & firmo cibo pecude pasta, id alibile ad perpurgandū, id quod à uiridi pascuo, & eo magis fluxe ex herba, quæ eadem ipsa sumpta perpurgare corpora nostra solet. A` pecudū natura, quod lac mulius est à ualentibus, & ab ijs, quæ nondū ueteres sunt, quàm si est contra. A` mulgendo, atq; ortu optimum est id, quod neq; emunctum longe abest à mulso, neq; à partu continuo est sumptū. Ex hoc lacte caſei qui fiunt maxime cibi sunt bubuli, et qui difficillime transeant sumpti. Secundo ouilli minimi cibi, & qui facillime deiiciantur, caprini. Est etiā discrimen, utrū caſei molles, ac recentes sint, an aridi, & ueteres. Cū molles sunt, magis alibiles, in corpore nō residēs, ueteres & aridi contra. Caseum facere incipiunt à uergilijs uernis exortis ad æstuas uergilias. Mulgent uere ad caſeū faciundū mane, alijs temporibus, meridianis horis, tametsi propter locā, & pabulū disparile, non usquequaq; idē fit. Lactis duobus congijs addunt coagulum magnitudine oleæ, ut coeat. quod melius leporinum, et hœdinum quàm agninum. Alij pro coagulo addunt de fici ramo lac, & acetū, & aspergunt itē alijs aliquot rebus, quod græci appellant alij ὀπὸν, alij ὀροκόντιον. Non negarim inq̄ ideo apud diuā Rumiæ sacellū à pastoribus satam ficum. Ibi enim solent sacrificare lacte pro uino, & pro lactentibus. mammæ enim rumis, siue Lunæ, ut ante dicebant, à rumi, & inde dicuntur subrumi agni lactentes, à lacte. Quin

aspergi solent sales, melior fossilis quàm marinus. De tonsura ouium primum animaduerto ante quàm incipiam facere, num scabiē, aut ulcera habeant, ut, si opus est, ante curentur, quàm tondeantur. Tonsuræ tempus inter æquinoctium uernum, & solstitium cum sudare cœperint oues. à quo sudore recens lana tonsa succida est appellata. Tonsas recentes eodem die perungunt oleo, & uino, non nemo admista cera alba, & adipe suillo. Et si ea tecta solet esse, quam habuit pellē iniectam eā intrinsecus eadē re perungunt, & tegunt rursus. Siqua in tonsura plagam accepit, eum locum obliniunt picē liquida. Oues hirtas tondent circiter ordeaceā messem, in alijs locis ante fœnisicia. Quidam has in anno bis tondent, ut in Hispania citeriore, ac semestres faciunt tonsuras. duplicem impendunt operam, quod sic plus putant fieri lanæ, quo noie quidā bis secant prata. Diligentiores tegeticulis subiectis oues tondere solent, ne floci intereant. Dies adeā rē sumuntur sereni, & ijs id faciunt ferè à quarta ad decimam horam, quoniam sole calidiore tonsa, ex sudore eius lana fit mollior, & ponderosior, & colore meliore. Quam demptam, et conglobatā alij uellera, alij uelumina appellant. ex quorum uocabulo ai aduerti licet, prius lanæ usuram quàm tonsurā inuentā. Qui etiam nunc uellunt, ante triduo ieiunas habent, quod languidæ minus radices lanæ retinent. Omnino tonsores in Italia primum uenisse ex Sicilia dicuntur post Romā conditā anno quadringentesimoquinquagesimoquarto, ut scriptum in publicis ardeæ in literis extat, eosq; adduxisse Publium Ticinium Menā. Olim tonsores non fuisse adsignificant antiquorū statuæ, quod pleræq; habent capillū, & barbā magnā. Suscipit Cossinius. Vt fructum ouis è lana ad uestimentum, sic capra pilos ministrat ad usum nauticum, et ad bellica tormenta, & fabrilia uasa. Neq; nō quædā nationes harum pellibus sunt uestitæ, ut in Getulia, & Sardinia. Cuius usum apud antiquos quoq; græcos fuisse apparet, quod in tragœdijs senes ab hac pelle uocantur διφθερίαι, et in comœdijs, qui in rustico opere morantur, ut apud Cæciliū in hypobolimæo habet adolescens, apud Terentium in heautontimorumeno senex. Tondentur, quod magnis uillis sunt in magna parte Phrygiæ, unde cilicia, & cætera eius generis ferri solent. Sed quod primū ea tonsura in Cilicia sit instituta, nomen id aliquas adiecisse dicunt. Illi hoc, Neq; ab hoc, quod mutaret Cossinius, & simul Vituli libertus in urbē ueniens exhortis diuertitur ad nos, & ego ad te missus inquit ibam, dominum rogatum, ne diem festum faceres breuiorem, & mature uenires. Itaq; discedimus ego, & Scrofa in hortos ad uitulum Nigrum Turānium. Mox illi partim domum, partim ad lenatem.

M. TERENTII VARRONIS DE RE RVSTICA LIBER TERTIVS, ET VLTIMVS.

CAPVT PRIMVM.

CVM DVAE uitæ traditæ sint hominum, rusticæ, et urbana Q. Pinni, dubium non est, quin hæ non solum loco discretæ sint, sed etiam tempore diuersam originem habeant, antiquior enim multo rusticæ, quod fuit tempus, cum rura colerent homines, neq; urbem haberent. Etenim uetustissimū oppidum cum sit traditum græcum, Bœotiæ Thebæ, quod rex Oggyges ædificarit, in agro romano Roma, quam Romulus rex. Nam in hoc nunc deniq; est, ut dici possit, non cum Ennius scripsit,

Septingenti sunt pauloplus, aut minus anni,
Augusto augurio postquam inclyta condita Roma est.

Thebæ, quæ ante cataclysmon Oggygi conditæ dicuntur, eæ tamen circiter duo millia annorum et centum sunt. Quod tempus si referas ad illud principium, quo agri coli sunt cœpti, atq; in casis, et tugurijs habitabant, nec murus, nec porta quid esset sciebant, immani annorum numero urbanis agricolæ præstant. Nec mirum, quod diuina natura dedit agros, ars humana ædificauit urbes. Cum artes omnes dicantur in Græcia intra mille annorum tempora repertæ, agri nunquam non fuerunt in terris, qui coli possint. Neq; solum antiquior cultura agri, sed etiam melior. Itaq; non sine causa maiores nostri ex urbe in agris redigebant suos ciues, quod & in pace à rusticis romanis alebantur, & in bello ab his tuebantur. Nec sine causa terram eandem appellabant matrem, & cererem, & qui eam colerent, piam, et utilem agere uitam credebant, atq; eos solos reliquias esse ex stirpe Saturni regis. Cui consentaneum est, quod initia uocantur potissimū ea, quæ Cereri fiunt sacra. Nec minus oppidi quoq; nomen Thebæ indicant antiquiorem esse agrum, quod ab agri genere nō à conditore ei nomē est impositū. Nā lingua prisca et in Græcia æoles Bœotij sine afflatu uocāt æolis Thebas, et in Sabinis quò è Græcia uenerūt Pelasgi, etiam nunc ita dicunt. Cuius uestigium in agro sabino uia salaria non longe à Reate milliarius cliuus appellantur Thebæ, Cum agricultură primo propter paupertatem maxime indiscretam haberēt, quod à pastoribus, qui erant orti in eodē agro et serebāt, et pascebāt, qui postea creuerunt peculia diuiserunt, ac factum ut dicerētur alij

agricolæ, alij pastores. Quæ ipsa pars duplex est, tam etsi ab nulla satis discreta, quod altera est uillatica pastio, altera agrestis. Hæc nota & nobilis, quod & pecuaria appellatur, & multum homines occupletat, & ob eam rem aut conductos, aut emptos habent saltus. Altera uillatica, quod humilis uidetur, à quibusdam adiecta ad agriculturam cum esset pastio, neque explicata tota separatim, quod sciam ab ullo. itaq; cum putarem esse rerum rusticarum, quæ constituta sunt fructus causa tria genera, unum de agricultura, alterum de re pecuaria, tertium de uillaticis pastionibus, tres libros instituī. E quibus duos scripsi, primum ad Fundaniam uxorem de agricultura, secundū de pecuaria ad Turannium Nigrum. Qui reliquus est tertius de uillaticis fructibus in hoc ad te mitto, quod uisus sum debere pro nostra uicinitate, & amore scribere potissimum ad te. Cum enim uillam haberes opere tectorio, & intestino, ac pauimentis nobilibus lithostrotis spectandam, parum putasses esse, ni tuis quoq; literis exornati parietes essent. Ego quoq;, quo ornatior ea esse posset fructu quàm factu, quoad facere possem, hæc ad te misi, recordatus de ea re sermones, quos de uilla perfecta habuissemus. Cap. II.

COMITIIS ædilicijs cum sole caldo ego, atq; Axius senator tribulis suffragium tulissemus, et candidato, cui studebamus, uellemus esse præstò, cum domum rediret, Axius mihi dum dirimuntur inquit suffragia, uis potius uillæ publicæ utamur umbra, quàm priuati candidati tabella, dum ita ædificemus nobis? Opinor inquam non solum quod dicitur, Malum consilium consultori esse pessimum, sed etiam bonum consilium, qui consulit, & qui consulitur, bonum habēdum. itaq; imus, uenimus in uillam. Ibi Appium Claudium augurem sedentem inuenimus in subsellijs, ut consuli, si quid usus posposcisset, esset præstò. Sedebat ad sinistrā eius Cornelius Merula consulari familia ortus, et Fircellius Pauo reatinus, ad dexteram Minutius Picæ, et M. Petronius Passer. Ad quem cum accessissemus, Axius Appio subridens, redi pis nos inquit, in tuum ornithona, ubi sedes inter aues? Ille, Ego inquit te, præsertim cuius aues hospitales etiam nunc ructor, quas mihi apposuisti paucis ante diebus in uilla reatina ad lacum Velini eunti de controuersijs. Inter amnatium, & Reatinorum cognituro. Sed nō hæc inquit uilla, quanquam ædificatrine maiores nostri, frugalior, et melior est, quàm tua illa perpolita in Reatino. Nunc ubi hic uides atrum, aut aurum? num minium, aut armenium? num aliquod emblema, aut lithostrotum? quæ illic omnia contra. Et cum hæc sit communis uniuersi populi, illa solius tui. Hæc quò succedant è campo ciues, & reliqui omnes, illa quò equæ, & asini. Præterea cum ad remp. admini-

strandam hæc sit utilis, ubi cohortes ad delectum cõsuli adductæ cõsidant, ubi arma ostendant, ubi censores censu admittant populum.

Tua inquit Axius, hæc in campo martio extremo utilis, & non delitijs sumptuosior, quàm omnes omniũ reatinæ, tum & oblita tabulis est pictis, nec minus signis ornata. At meam uestigium ubi sit nullũ Lysippi, aut Antiphyli uidebis, sed crebrum satoris, & pastoris, & cum uilla non sit sine fundo magno, et eo polito cultura, tua iste neq; agrum habet ullum, neq; bouem, nec equam. Deniq; quid tu habes simile uillæ illius, quam tuus auus, & proauus habebat? Nec enim hæc ut illa fœniscia uidet arida in tabulato, nec uindemiã in cælla, neq; in granario messem. Nam quod extra urbem est ædificiũ, nihilo magis, ideo est uilla, quàm eorũ ædificia, qui habitant extra portam flumentanam, aut in æmilianis. Appius subridens, Quoniã ego ignoro inquit, quid sit uilla, uelim me doceas, ne labar in imprudentiam, quod uolo emere à M. Seio in ostiensi uillam. Quod si ea ædificia uillæ non sunt, quæ asinum tuum, quem mihi quadraginta millibus emptum ostendebas apud te, non habent, metuo ne pro uilla emam ostiæ in litore scianas ædes. Quod ædificium hic me Lucius Merula impulit, ut cuperem habere, cum diceret nullam se accepisse uillam, qua magis delectatus esset, cum apud eum, dies aliquot fuisset. Nec tamen ibi se uidisse tabulam pictam, neq; signum æneum, aut marmoreum ullum nihilo magis torcula uasa uindemiatoria, aut serias olearias, aut trapeta. Axius respicit Merulã, et quid igitur inquit est ista uilla? si nec urbana habet ornamenta, neq; rustica membra. Cui ille.

Non minus uilla tua erit uilla ad angulũ Velini, quam neq; pictor, neq; tector uidit unquam, quam illa in rosea, quæ est polita opere tectorio eleganter, quam dominus habes communem cum asino. Cum significasset nutu, nihilo minus esse uillam eam, quæ esset simplex rustica, quàm eam, in qua esset utrunq; & rustica scilicet, & urbana, & rogasset quid ex his rebus colligeret. Quid inquit, si propter pastiones tuus fundus in rosea probãdus sit, & quod ibi pascitur pecus, ac stabulatur, recte uilla appellatur. Hæc quoq; simili de causa debet uocari uilla, in qua propter pastiones fructus capiuntur magni. Quid enim refert utrũ propter oues, an propter aues fructus capias? an'ne dulcior est fructus apud te ex bubulo pecore, unde apes nascuntur, quàm ex apibus, quæ ad uillam, in aluearijs opus faciunt? & num pluris nunc tu è uilla illic natos uerres lanio uendis, quàm hic apros milliarios emis? Qui minus ego inquit Axius istas habere possum in reatina uilla. Nisi si apud Seium Siculum fit mel corsicum in reatino, & hic aprum glans cum pascit empticia ficit ẽ inguem, illic

gratuita exilem. Appius, Posse apud te fieri inquit scianas pastiones non negauit Merula, ego non esse ipse uidi. Duo enim genera cum sine pastionum. Vnum agreste, in quo pecuariæ sunt, alterum uillaticum, in quo sunt gallinæ, ac columbæ, & apes, & cætera, quæ in uilla solent pasci, de quibus & pœnus Mago, & Cassius Dionysius, & alij quid separatim, ac dispersim in libris reliquerunt, quos Seius legisse uidetur, & ideo ex his pastionibus ex una uilla maiores fructus capere, quàm alij faciunt ex toto fundo. Certe inquit Merula. Nam ibi uidi greges magnos anserum, gallinarũ, columbarũ, gruũ, pauonum, nec non glirium, piscium, aprorum, & cætera uenationis. ex quibus rebus scriba librarius libertus eius, q apparuit Varroni, & me absente patrono, hospitio accipiebat, in annos singulos plus qn quagenamillia HS è uilla capere dicebat. Axio admirãti, certe nosti inquam materteræ meæ fundũ in sabinis, q est ad quartum et uicesimum lapidem uia salaria à Roma. Quidni inquit? ubi æstate diem meridie dimidere soleã, cum eo Reate ex urbe, aut cum inde uenio hyeme noctu ponere castra. Atq; in hac uilla qui est ornithon, ex eo uno quinquemillia scio uenisse turdorum denarijs ternis, ut HS sexaginta millia ea pars uillæ reddiderit eo anno, bis tantum quã tuus fundus ducentorum iugorum Reate reddit. Quid sexaginta millia inquit Axius? LX. LX. derides? sexaginta millia inquam. Sed ut adhunc bolum peruenias, opus erit tibi aut epulum, aut triumphus alicuius, ut tunc fuit Scipionis Metelli, aut collegiorum cœnæ, quæ tunc innumerabiles, exandefaciebant annonam macelli. Reliquis annis omnibus et hanc expectabis summam spero non tibi decoquet nõ ornithon. Neq; hoc accidit his moribus, nisi raro, ne decipiaris. Quotus enim quisq; est annus, quo non uideas epulum, aut triumphum, aut collegia non epulari, quæ nunc innumerabiles incendunt annonam. Sed propter luxuriam inquit, quodammodo epulum quotidianum est intra ianuas Romæ. Non'ne item L. Albutius homo (ut scitis) apprime doctus, cuius luciliano charactere sunt libelli, dicebat in Albano fundũ suum pastionibus semper uinci à uilla? agrum enim minus denamillia HS reddere, uillam plus uicena. Idem secundũ mare quo loco uellet, si parasset uillam, se supra centum millia è uilla recepturũ, Age non M. Cato nuper cum Luculli accepit tutelam, è piscinis eius quadraginta millibus sextertijs uendidit pisces? Axius, Merula inquit recipe me quæso discipulum uillaticæ pastionis. Ille. Quin simulac promiseris minerual, incipiã inquit. Axius. Ego uero nõ recuso, uel hodie & ex ista pastione crebro. Appius. Credo simulac primũ ex isto uillatico pecore mortui erũt anseres, aut pauones. Cui

ille. Quid enim interest utrum morticinas editis uolucres, an pisces? quos nisi mortuos estis nunquam? sed oro te inquit, induce me in uiam disciplinæ uillaticæ pastionis, ac uim, formamq; eius exponere Merula non grauare. Cap. III.

PRIMVM inquit dominum scitetem esse oportet eorum animalium, quæ in uilla, circumue eam ali, ac pasci possunt, ita ut domino sint fructui, ac delectationi. Eius disciplinæ genera sunt tria, ornithones, leporaria, piscinæ. Nunc ornithonas dicã omniũ alitum, quæ intra parietes uillæ solent pasci. Leporaria te accipere uolo, non ea, quæ tritaui nostri dicebant, ubi soliti lepores sint, sed omnia septa affixa uillæ quæ sunt, & habent inclusa animalia, quæ pascantur. Similiter piscinas dico eas, quæ in aqua dulci, aut salsa inclusos habent pisces ad uillam. Harum singula genera minimum in binas species dividi possunt. In prima parte ut sint, quæ terra modo sunt contenta, ut sunt pauones, turtures, turdi. Altera species eorum sunt, quæ non sunt contenta terra solum, sed etiam aquam requirunt, ut sunt anseres, querquedulæ, anates. Sic alterum genus illud uenaticum duas habet diuersas species. Vnam, in qua est aper, caprea, lepus. Altera item extra uillam, quæ sunt, ut apes, cocleæ, glires. Tertij generis aquatilis item species duæ, partim q̃ habent pisces in aqua dulci, partim q̃ in marina. De his sex partibus adhuc ista tria genera artificum cõparanda aucupes, uenatores, piscatores, ut ab his emenda, quæ tuorũ seruorum diligentia tuearis in fœtura ad partus, & nata nutriare saginareq;, in macellum ut perueniant. Neq; non etiam quædam assũmenda in uillam sine retibus aucupis, uenatoris, piscatoris, ut glires, cocleæ, et gallinæ. Earũ rerum cultura instituta prima, ea, quæ in uilla habentur, non solum augures Romani ad auspicia primum parant pullos, sed etiam patres familiæ rure. Secunda, quæ macriæ ad uillam uenationis causa cluduntur, & propter aluearia. Apes enim subter subgrundas ab initio uillaticæ usæ tecto. Tertia piscinæ dulces fieri cœptæ, & è fluminibus captos recepere ad se pisces. Omnibus tribus his generibus sunt bini gradus, superiores, quos frugalitas antiqua, inferiores, quos luxuria posterior adiecit. Primus enim ille gradus antiquus maiorũ nostrorũ erat, in quo essent auiaria, duo duntaxat, in plano cohors in qua pascebantur gallinæ, et earũ fructus erant oua, et pulli. Alter sublimis, in quo erant columbæ in turribus, aut summa uilla. Contra nunc auiaria sunt nomine mutato, q̃ uocantur ornithones, quæ palatum suaue domini parauit, ut tecta maiora habeant, quàm tum habebant totæ uillæ, in quibus stabulentur turdi, ac pauones. Sic in secunda parte, ac leporario pater tuus Axĩ præterquam

præterquam lepusculum è uenatione uidit nunquam. Neq; enim erat magnum id septum, quod nunc ut habeant multos apros, ac capras, complura iugera macerijs concludunt. Non tum ingt mihi, cum emisti fundũ thusculanum à M. Pisone in leporario apri fuerunt multi. In tertia parte quis habet piscinam, nisi dulcem? & in ea duntaxat squalos, ac mugiles pisces? Quis contra nunc rhynton non dicit suæ nihil interesse, utrum his piscibus stagnum habeat plenum an ranis? Non Philippus cum ad Minidium hospitem cassini diuertisset, & ei è uicino flumine lupum piscem formosum apposuisset, atq; ille gustasset & expuisset, dixit, Peream ni piscem putaui esse? Sic nostra ætas inquam, luxuria propagauit leporaria, ac piscinas protulit ad mare, & in eas pelagios greges piscium reuocauit. Non propter hos appellati Sergius Orata, & Lucius Murena? Quis enim propter nobilitatem ignorat piscinas Philippi, Hortensii, & Lucullorum? Quare unde uelis me incapere Axi dic. Cap. IIII.

ILLE ego uero ingt (ut aiunt post principia in castris) idest ab his potius incipiendũ temporibus, quàm superioribus, quod ex pauonibus fructus capiuntur maiores, quàm è gallinis. Atq; adeo nõ dissimulabo, quod uolo de ornithone primũ, quod lucri fecerunt hoc nomen turdi. HS enim sexagintamillia fircellina excandere me fecerunt cupiditate. Merula, Duo sunt inquit ornithonis genera. Vnum delectationis causã, ut Varro hic fecit noster sub casino, quod amatores inuenit multos. Alterũ fructus causa, quo genere macellarij, & in urbe quidã habent locat clausa, & rure maxime conducta in Sabinis, quod ibi propter agri naturam frequentes apparent turdi. Ex his tertij generis uoluit esse Lucullus coniunctum auiarium, quod fecit in Thusculano, ut in eodem tecto ornithonis inclusum triclinium haberet, ubi delicate cœnitaret, & alios uideret in macronomo positos coctos, alios uolitare circa fenestras captos. Quod inutile inuenerunt. Nam non tantum in eo oculos delectant intra fenestras aues uolitantes, quantum offendit, quod alienus odor opplet nares. Cap. V.

SED quod te male arbitror Axi dicam, de hoc ornithone, quod fructus causa faciunt. unde nonnulli sumuntur pingues turdi. Igitur testudo (ut peristylum tectum tegulis, aut rete) fit magna, in qua millia aliquot turdorum, ac merularum includere possint. Quidam cum eo adijciunt præter eas aues, alias quoque, quæ pingues ueneunt are, ut milliariæ, ac coturnices. In hoc tectum aquam uenire oportet per fistulam, & eam potius per canales angustas serpere, quæ facile extergeri possint. Si enim late ibi aqua diffusa, et inquinatur facilius, & bibitur inutilius, & ex eis educat, que abundat, & exit per fistu-

lam, facit, ut luto aues laborent. Ostium habere humile, & angustũ, & potissimum eius generis, quod cochleam appellant, ut solet esse in cauea, in qua tauri pugnare solent. Fenestras raras, per quas non uideantur extrinsecus arbores, aut aues, quod earũ aspectus, ac desyderiũ macrescere facit uolucres inclusas. Tantũ luminis habere oportet, ut aues uidere possint, ubi assidant, ubi cibus, ubi aqua sit. Tecto rio tecta esse leui arcũ ostia, ac fenestras, ne qua intrare mus, aliáue quæ bestia possit. Circum huius ædificij parietes intrinsecus multos esse palos, ubi aues assidere possint. Præterea & perticas inclinatas ex humo ad parietem, & in eis transuersas alias gradatim modicis internallis annexas ad speciem cancellorum scenicorum, ac theatri. Deorsum in terram esse aquam, quã bibere possint. Cibatui offas positas, eæ maxime glomerantur ex ficis, & farre misto. Diebus uiginti ante quàm quis tollere uelit turdos, largius dat cibum, & aquæ plus ponit, & farre subtiliore incipit alere. In hoc tecto, caueáq; tabulata habeant aliquot ad perticæ supplementum. Contra hoc auiariũ est aliud minus, in quo quæ mortuæ ibi sunt aues, ut domino numerum reddat, curator seruare solet. Cum opus sunt ex hoc auiario, ut sumantur idoneæ, excluduntur in minusculum auiarium, quod est coniunctum cum maiore ostio, & lumine illustriore, quod secluſorium appellant. Ibi cum eum numerum habet exclusum, quẽ sumere uult, omnes occidit. Hoc ideo in secluſorio clàm, ne reliqui, si uideant, despõdeant animum, atque alieno tempore uenditori moriãtur. Non enim ut aduenæ uolucres faciunt pullos, ut in agro ciconiæ, in tecto hirundines, sic aut hic, aut illic turdi, qui cum sunt nomine mares, re uera fœminæ quoq; sunt, neq; id non secutum ut esset in merulis, quæ nomine fœminino mares quoq; sunt. Præterea uolucres cum partim aduenæ sint, ut hirundines, & grues, partim uernaculæ, ut gallinæ, ac columbæ. De illo genere sunt turdi aduenticio, ac quotannis trans mare in Italiam aduolant circiter æquinoctium autumnale, & eodem reuolant ad æquinoctium uernum. Et alio tempore turtures, ac coturnices immani numero. Hoc ita fieri apparet in insulis propinquis Tõtia, Palmaria, Pandataria. Ibi enim in prima uolatura cum ueniũt, morantur dies paucos requiescendi causa. Idemq; faciunt cum ex Italia trans mare remeant. Appius Axio, Si quinq; millia hic conieceris inquit, & erit epulũ, ac triumphus, sexaginta millia quæuis statim in fœnus des licebit. Tum mihi, tu dic illud alterũ genus ornithonis, qui animi causa constitutus à te sub Cassino fertur, in quo dicẽris longe uicisse non modo archetypon inuentoris nostri ὀρνιθωνοπεῖον M. Lenij Strabonis, qui Brundusij hospes noster primus in pe-

ristylo habuit exhedra conclusas aues, quas pasceret obiecto rete, sed etiam Thusculanum magnum ædificium Luculli. Cui ego, cum habeam sub oppido Casſino flumen, quod per uillam fluat liquidum, & altum, marginibus lapideis, latum pedes. LVII. & è uilla in uillã pontibus transeatur, longum pedes. DCCCCL. directum ab insula ad Museũ, quæ est à Vinio fluuio, ubi confluit alter amnis ad summũ flumen, ubi est Museum, circum huius ripas ambulatio est sub diuo, pedes latas denos. Ab hac ambulatione in agrum uersus, ornithonis locus ex duabus partibus dextra, & sinistra macerijs altis conclusus. Inter quas locus, qui est ornithonis, patet in latitudinẽ ped. XLVIII. deformatus ad tabulæ literariæ speciẽ cum capitulo forma, quæ est quadrata. patet in longitudinem pedes. LXXII. qua ad capitulum rotũdus est ped. XXVII. Ad hæc, ita ut in margine quasi infimo tabulæ descripta sit ambulatio, ab ornithone plumula, in qua mediæ sunt caueæ, qua iter in aream est. In limine in lateribus dextra, & sinistra porticus sunt primoribus columnis lapideis intermedijs arbusculis humilibus ordinatæ, cum à summa macerie ad epistylium tecta porticus sit rete canabina, & ab epistylio ad stilobatem hæ sunt auibus omne genus oppletæ, quibus cibus administratur per rete, & aquariuulo tenui affluit, secundum stilobatis interiorẽ partem dextra, ac sinistra ad summam aream quadratam è medio diuersæ duæ non latæ, sed oblongæ sunt piscinæ ad porticus uersus. Inter eas piscinas tantummodo accessus semita in tholum, qui est ultra rotundus columnatus, ut est in æde Catuli, si pro parietibus feceris columnas. Extra eas columnas est sylua manu sata, grandibus arboribus tecta, ut infima perluceat, tota septa macerijs altis. Intra tholi columnas exteriores lapideas, & totidem interiores ex abiete tenues locus est pedes quinque latus. Inter columnas exteriores pro pariete reticuli è neruis sunt, ut perspici in sylua possit, & quæ ibi sunt, neque auis ea transire. Intra interiores columnas pro pariete rete auiarium est obiectum. Inter has, & exteriores gradatim sunt structa (ut διαχοίσιον) auium mutulis crebris in omnibus columnis impositis sedilia auium. Intra rete aues sunt omne genus, maxime cantrices, ut luscinioiæ, ac merulæ, quibus aqua ministratur per canaliculũ, cibus obijcitur sub rete. Subter columnarum stilobatem est lapis à falere pedẽ, & dodrantem altus, ipsum falere ad duos ped. altum à stagno, latum ad quinque, ut in culcitas, & columnellas conuiuæ pedibus circumire possint. In fimo intra falere est stagnum cum margine pedali, & insula in medio parua. Circum falere, & natatilia sunt excauata anatum stabula. In insula est columnella, in qua intus axis

qui prò mensa sustinet rotam radiatum, ita ut ad extremum ubi orbile solet esse acutum, tabula cauata sit, ut tympanum in latitudinem duo pedes, & semipedem in altitudinem palmum. Hæc ab uno puero, qui ministrat ita uertitur, ut omnia unà ponantur, & ad bibẽdũ, & ad edendum, & admoueantur ad omnes conuiuas. Ex suggesto fáleris ubi solẽt esse περιπετάσματα, prodeunt anates in stagnũ, ac nant, è quo riuus peruenit in duas, quas dixi, piscinas, ac pisciculi ultro, ac citro commeant, cum & aqua calida, & frigida ex orbe ligneo, mensáq; , quam dixi, in primis radijs esse epistomijs uersis ad unumquenque factum, sic ut fluat in conuiuam. Intrinsecus sub tholo stella lucifer interdiu, noctu hesperus, ita circumeunt ad infimum hemisperium, ac mouentur, ut indicent quot sint horæ. In eodem hemisperio medio circum cardinem est orbis uentorum octo, ut Athenis in horologio, quod fecit Cyprestes. Ibiq; eminens radius à cardine ad orbem, ita mouetur, ut eum tangat uentum, qui flet, ut intus scire possis. Cum hæc loqueremur, clamor fit in campo. Nos Athlætæ comitiorum unà cum id fieri non miraremur propter studia suffragatorum, & tamen scire uellemus, quid esset, uenit ad nos Pantulæius Parra. Narrat ad tabulam, cum decumberet, quendam deprehensum tesserulas conijcientem in loculum, eum ad consulem tractum à fautoribus competitorum. Pauo surgit, quod eius candidati custos dicebatur deprehensus. Cap. VI.

AXIVS DE Pauone inquit libere licet dicas, quoniam discessit Fircellius, qui secus si quid diceret de his gentilitatis causa, fortasse ante eum duceret serram. Cui Merula de pauonibus nostra memoria inquit, greges habere cœpit, & ueniere magno. Ex his M. Ausidius Lurco HS sexagena millia numum in anno dicitur capere. Ex his aliquanto pauciores esse debent mares, quàm fœminæ, si ad fructum spectes, si ad delectationem contra. formosior enim mas. Pauonum greges agrestes transmarini esse dicuntur in insulis Samo in luco Iunonis. Item in Planasia insula M. Pisonis. Hi ad greges constituendos parantur bona ætate, & bona forma. Huic enim natura, formæ è uolucribus dedit palmam. Ad admissuram hæ minores bimæ non idoneæ, nec iam maiores natu. Pascũtur omne genus obiecto frumẽto, maxime ordeo. Itaq; Scius his dat in menses singulos, ordei singulos modios, ita ut in fœtura detur uberius, & ante quàm salire incipiant. Is à procuratore ternos pullos exigit, eosq; , cum creuerint, quinquagenis denarijs uendit, ut nulla ouis hunc assequatur fructum. Præterea ouа emit, ac supponit gallinis, ex quibus ex his excussos pullos refert in id tectum, in quo pauones habet,

bet, quod magnum pro multitudine pauonum fieri debet, & habere cubilia discreta, tectorio leuata, quo neq; serpens, neq; bestia ulla accedere possit. Præterea locũ habere ante se, quò pastum exeãt diebus apricis. Vtrunq; locum purum esse uolunt hæ uolucres. Itaq; pastorem earum cum batillo circumire oportet, ac stercus tollere, ac cõseruare, quod & ad agriculturam idoneum est, & ad substramen pullorum. Primus hoc Q. Hortensius augurali cœna posuisse dicitur, quod protinus factum tam luxurioſi, quàm seueri boni uiri laudabant. Quem cito secuti multi extulerunt eorum precia, ita ut ouа eorum denarijs ueneant quinis, ipsi facile quinquagenis, grex centenarius facile quadragena millia sextertia ut reddat, ut quidam Albutius aiebat, si in singulos ternos exigeret pullos, perfici sexagena posse. Cap. VII.

INTEREA uenit apparitor Appij à consule, et augures ait citari. Ille foras exit è uilla. At in uillam intro inuolant columbæ, de quibus Merula, Axi si unã περιστερονοσοκομεῖον constituisses, has tuas esse putares, quãuis feræ essent. Duo enì genera earũ in περιστερῶνι esse solent. Vnũ agreste ut alij dicunt saxatile, quod habetur in turribus, ac columinibus uillæ, à quo appellatæ columbæ, quæ propter timorẽ naturalẽ summa locat in tectis captant. Quo fit, ut maxime agrestes sequãtur turres, in quas ex agro euolãt suapte sponte, ac remeãt. Alterũ genus columbarũ est clemẽtius, qđ cibo domestico contẽtũ intra limina ianuæ solet pasci. Hoc genus maxime est colore albo. Illud alterũ agreste sine albo, uario. Ex his duabus stirpibus fit miscellũ tertiũ genus fructus cã, atq; incrẽdũt in locũ unũ, qđ alij uocãt περιστερῶνα, alij περιστερόφορεῖον, in quo uno sæpe, uel quinq; millia sunt inclusæ. περιστερὼν fit, ut testudo magna camera tectus, uno ostio angusto, fenestris punicanis, aut latioribus, reticulatis utrinq; , ut locus eis sit illustris, ne'ue serpens, aliud'ue quod animal maleficũ introire queat. Intrisecus quamleuissimo marmorato toti parietes, ac cameræ oblinũtur, & extrinsecus circum fenestras, ne mus, aut lacerta, qua adrepere ad columbaria possit. Nihil enim timidius columba. Singulis paribus columbaria fiunt rotunda in ordine crebra. Ordines quamplurimi possunt à terra usque ad cameram. Columbaria singula esse oportet, ut hos habeant, quo introire, et exire possint. Intus ternorũ palmorũ ex omnibus partibus subordines singulos tabulæ fictæ, ut sint bipalmes, quo utantur uestibulo, ac prodeant. Aquam purã esse oportet, quæ influat, unde et bibere, et ubi se lauare possint. Vermũdæ sunt enim hæ uolucres. Itaq; pastorẽ columbaria quotquot mensibus crebro oportet euerrere. Est enim qđ eum inquinat locum ap-

positum ad agriculturam, ita ut hoc optimũ esse scripserint aliquot, siue si columbam quid offenderit, ut medeatur, si qua perierit, ut effe ratur. Si qui pulli idonei sint ad uendendum, promat. Item quæ fœtæ sunt, ut certum locum disclusum ab alijs rete habeant, quo trãsferãtur, è quo foras euocare possint matres. Quod quidem faciunt duabus de causis. Vna si fastidiunt aut inclusæ consenescunt, quo libero aere cum exierint in agros redintegrentur. Altera de causa propter illiciũ. Ipsæ enim propter pullos, quos habent, utique redeunt, nisi à coruo occisæ, aut ab accipitre interceptæ. Quos columbarij interficere solent, duabus uirgis uiscatis de fixis in terram inter se curuatis, cũ inter eas posuerint obligatum animal, qđ itercipere soleant accipitres, qui ita decipiuntur, cum se obleuerint uisco. Colũbas redire solere ad locum licet animaduertere, qđ multi in theatro è sinu mssas faciunt, atque ad locum redeunt, quæ nisi reuerterẽtur, non emitterentur. Et cibus apponitur circum parietes in canalibus, quas extrin secus per fistulas supplent. Delectantur milio, tritico, ordeo, piso, faseolis, eruo. Item feras has in turribus, ac summis uillis, qui habent agrestes colũbas, quoad possunt immittunt in περιστερῶνας ætate bona, parantq; ut nec pullos, neq; uetulas, totidemq; mares quot fœminas habeant. Nihil colũbis fœcundius. Itaq; diebus quadragenis concipit, & parit, & incubat, & educat, & hoc ferè totum annum faciunt. Tãtummodo interuallum faciunt à bruma ad æquinoctiũ uernum. Pulli nascuntur bini, qui simulac creuerunt, & habent robur, cum maribus pariunt. Qui sagmare solent pullos colũbinos, quo pluris uendant, secludunt eos, cum iã pluma sunt tecti. Deinde manducato candido farciũt pane hyeme hoc bis, æstate ter, mane, meridie, uesperi, hyeme demunt cibum mediũ. Qui iam pinnas habere incipiunt, in nido relinquunt illisis cruribus, & matribus, uberius ut cibo uti possint, obijciunt. Eo enim totum diem se, & pullos pascunt. Qui ita educantur, celerius pinguiores quàm alij fiunt, & candidiores. parẽtes eorũ Romæ, si sunt formosi, bono colore, itegri, boni seminis, paria singula uulgo ueneunt ducenis numis, necnon eximia singulis millibus numum, quas nuper cum mercator tanti emere uellet à L. Axio egte romano, minoris quadringentis denarijs daturum negauit. Axius, Si possem inquit, emere περιστερῶνα factum, quẽadmodum in ædibus eum habere uellem, fictilia colũbaria, iam iussem emptum, & misissem ad uillã. Quasi uero inquit Fiat, non in urbe quoq; sint multi, columbaria qui in tegulis habent. An tibi non uidentur habere περιστερῶνας, cum aliquot supra centum millium sextertium habeant instrumentum? è quers alicuius totum emas censeo, & ante quàm

ædifices rure, magnum condisces hic in urbe quotidie lucrum ex asse semissem condere in loculos. Cap. VIII.

AXIVS tu Merula deinceps perge. Ille, Turturibus inquit, locum constituendũ proinde magnum, ac multitudinem alere uelis. Eumq; item, ut de colũbis dictum est, ut habeat ostium, ac fenestras, & aquam purã, ac parietes, ac cameras munitas tectorio. Sed pro columbarijs in pariete mutulos, aut palos in ordine, supra quos tegeticulæ canabinæ sint impositæ. Infimum ordinem oportet abesse à terra non minus tres pedes, inter reliquos dodrantes, à summo ad camerã ad semipedem, æque late mutili à pariete extare possunt, in quibus dies, noctesq; pascuntur. Cibatui quod fit, obijciũt triticum siccum in centenos uicenos turtures ferè semodium, quotidie euerrentes eorum stabula, à stercore ne offendantur, quod item seruatur ad agrum colendum. Ad sagnandum appositissimum tempus circiter messem. Et enim matres eorum tunc optimæ sunt, cum pulli plurimi gignuntur, qui ad farturam meliores. Itaque eorum fructus id temporis maxime consistit. Cap. IX.

AXIVS. Ego quæ requiro farturæ à sura mẽbra de palũbis, de gallinis dic sodes Merula, tum de reliquis, si quid idoneum fuerit, ratiocinari licebit. Ille. Igitur sunt, gallinæ quæ uocantur, generũ trium, uillaticæ, & rusticæ, & africanæ. Gallinæ uillaticæ sunt, quas deinceps rure habent in uillis. De his qui ὀρνιθοβοσκεῖον instituere uolunt, ijdem adhibita scientia, ac cura, ut capiant magnos fructus (ut maxime facilitauerunt deliciæ) hæc quinque animaduertant oportet. De emptione, cuiusmodi, & quammultas parent. De fœtura, quemadmodum admittant, & pariant. De ouis, quemadmodum incubent, & excudant. De pullis, quemadmodum, & à quibus educentur. Hisce appendix adijcitur, pars quinta quemadmodum sagnentur. E' quers tribus generibus proprio nomine uocantur fœminæ, quæ sunt uillaticæ, gallinæ, mares galli, capi semimares, quod sunt castrati. Gallos castrant, ut sint capi, candẽti ferro inurẽtes calcaria ad infima crura usque dum rumpantur, atq; extet ulcus, qđ obliniunt figlina creta. Qui spectat, ut ὀρνιθοβοσκεῖον perfectum habeat, sint licet ei tria genera, paranda maxime uillaticas gallinas oportet, è quers in parando eligat fœcundas, plerunque rubicunda pluma, nõ gris pinnis, imparibus digitis, magnis capitibus, crista erecta ampla. Hæ enim ad partiones sunt aptiores, Gallos salaces, qui animaduertunt si sunt lacertosi, rubenti crista, rostro breui, acuto, oculis rauis, aut nigris, palea rubra subalbicanti, collo uario, aut aureolo, fœminibus pilosis, cruribus breuibus, unguibus longis, caudis magnis frequentibus

pinnis. Item qui elati sunt, ac uociferant sæpe, in certamine pertinaces, & qui animalia, quæ nocent gallinis, non modo non pertimescãt, sed etiam pro gallinis propugnent. Nec tamen sequendum in seminio legendo tanagricos, ac mediocs, & cholcidicos, qui sine dubio sunt pulchri, & ad præliandum inter se maxime idonei, sed ad partus sunt steriliores. Si ducentas alere uelis, locus septus attribuẽdus, in quo duæ aueæ coniunctæ magnæ constituendæ, quæ spectent ad exorientem uersus, utræq; in longitudinẽ circiter decem pedes, latitudine dimidio minores, altitudine paulo humiliores. Vtrisque fenestræ latitudine tripedali, et eo pede altiores è uiminibus factæ rarus, ita ut lumẽ præbeant multum, neque per eas quicquam ire intro possit, quod nocere solet gallinis. Inter duas ostium sit, qua gallinarius curator earum ire possit. In aueis crebræ perticæ traiectæ sint, ut omnes sustinere possint gallinas. Contra singulas pertcas in pariete exculptæ sint cubilia earum, ante sit (ut dixi) uestibulum septum, in quo diurno tempore esse possint, atque in puluere uolutari. Præterea sit cella grandis, in qua curator habitet, ita ut in parietibus circum omnia posita sint cubilia gallinarum, aut exculpta, aut afficta firmiter. Motus enim cum incubant nocet. Incubilibus, cum parturient, acus substernendum. cum pepererint, tollere substramen, & recens aliud subijcere, quod pulices, & cætera nasci solent, quæ gallinam conquiescere non patiuntur, ob quam rẽ oua aut inæquabiliter matureſcũt, aut consenescunt. Quæ uelis incubet, negant plus uigintiquinque oportere oua incubere, quãuis propter fœcunditatem pepererit plura. Optimũ esse partum æquinoctio uerno, aut autũnali. Itaq; quæ ante, aut postea nata sunt, & etiã prima eo tempore, non supponenda, & ea, quæ subijcias, potius è uetulis, quàm è pullastris, & quibus subijcias rostra, aut ungues non habeant acutos, quæ debent potius in cocipiẽdo occupatæ esse quàm in cubando. Apositissimæ ad partum sunt anniculæ, aut bimæ. Si oua gallinis pauonia subijcies, cum iam decem dies pauonia fouere cœpit, tum demq; gallinacea subijcere, ut unà excudant. Gallinaceis enim pullis bis deni dies opus sunt, pauoninis ter noueni. Eas includere oportet, ut diem, & noctem incubent, præterquàm mane & uespere dum cibus, ac potio his detur. Curator oportet circumeat diebus interpositis aliquot, ac uertere oua, ut æquabiliter concalefiant. Oua plena sint, atque utilia, necne, animaduerti aiũt posse, si demiseris in aquam. quod inane natat, plenum desidit. Qui (ut hoc intelligant) concutiunt, errare, quod in eis uitales uenas cõfundunt. In ijs idem aiunt, cum ad lumen sustuleris, quod perlucet, id esse ob inane. Qui hæc uolũt diutius seruare, pfricãt sale minuto, aut muria,

ria, atq; ita sinunt tres, aut quatuor horas, eaq; ablutæ cõdũt in furfures, aut acus. In supponendo oua obseruãt, ut sint numero iparia. Oua, quæ incubãtur, si habeant in se semen pulli, curator quatriduo postquam incubari cœperint, intelligere potest, si contra lumen tenuit, & purum uniusmodi esse animaduerterit, putant eijciendũ, & aliud subijciendum. Excussos pullos subducendum ex singulis nidis, & subijciendũ ei, quæ habeat paucos. Ab eaq;, si reliqua sint oua pauciora, tollenda, & subijcienda alijs, quæ nondum exciderint, & minus habent triginta pullos. Hoc enim gregem maiorem non faciendum. Objciendum pullis diebus quindecim primis mane subiecto puluere (ne rostris nocet terra dura) polentã mistã cum nasturtij semine, & aqua aliquanto ante facta intrita, & ne tum deinde in eorũ corpore turgescat, aqua prohibendũ. Quando de clunibus cœperint habere pinnas, è capite, & è collo eorum crebro eligendi pedes. Sæpe. n. propter eos consenescunt. Circum aueas eorum incendendum cornu ceruinum, ne qua serpens accedat. quarum bestiarum ex odore solent interire. Prodigendi in solem, & sterquilinium, ut se uolutare possint, quod ita alibiliores fiunt. Neque pullos tantum, sed omne ὀρνιθοβοσκεῖον cum æstate, tum utique cum tempestas est, molle, atque apricum eligi debet intento supra rete, quod prohibeat eas extra septa uolare, & in eas inuolare extrinsecus accipitrem, aut quid aliud. Euitare item caldorẽ, & frigus oportet, quod utrunq; his aduersum. Cũ iam pinnas habebunt, consuefaciendum, ut unam aut duas gallinas sectentur. Ceteræ ut potius ad pariẽdum sint expeditæ quàm in nutriatu occupatæ Incubare oportet incipere secundum nouam lunam, quod ferè quæ ante, pleraq; non sucedunt. Diebus ferè uigenti excudunt. De quibus uillaticis (quoniam uel nimium dictum) breuitate reliqua compensabo. Gallinæ rusticæ sunt in urbe raræ, nec ferè mansuetæ sine auea uidentur Romæ, similes facie nõ his uillaticis gallinis nostris, sed Africanis aspectu, ac facie incontamenatæ. In ornatibus publicis solent poni cum, psitacis, ac merulis albis, item alijs id genus rebus inusitatis. Neq; ferè in uillis oua, ac pullos fãciũt, sed in syluis. Ab his gallinis dicitur insula Gallinaria appellata, quæ est in mari thusco secundum Italiam contra montes Ligusticos, uintimillium albingaunium, alij ab his uillaticis inuectis à nautis ibi feris factis procreatis. Gallinæ africanæ sunt grandes, uariæ, gibberæ, quas μελεαγρίδας appellant græci. Hæ nouissimæ in triclinium gnearium introierunt è culina propter fastidium hominum. Veneunt propter penuriam magno. De tribus generibus, gallinæ segnantur maxime uillaticæ. Eas includunt in locum tepidũ, & angu-

ſtum,& tenebroſum,quod motus earũ,& lux pinguitudini inimicat. electis ad hanc rem maximis gallinis,nec continuo his, quas melicas appellant falſò,quod antiqui ut thetin thelim dicebant,ſic mediam melicam uocabant.Hæ primo dicebantur,quia ex Media propter magnitudinem erant allatæ, quæq; ex his generatæ poſtea propter ſimilitudinem.Amplas omnes ex his,euulſis ex alis pinnis,& cauda farciunt turũdis ordeaceis partim admiſtis ex farina loliacea,aut ſeminę lini ex aqua dulci.Bis die cibum dant,obſeruantes ex quibuſdã ſignis,ut prior ſit concoctus,quàm ſecundum dent.Dato cibo,tum purgant caput,nequos habeant pedes,rurſus eas concludunt.Hoc faciunt uſq; ad dies uiginti quinq;.Tum demiq; pingues fiunt.Quidam ex triticeo pane intrito in aquam miſto uino bono,et odorato farciũt, ita ut diebus uiginti pingues reddant,ac teneras.Si in farciẽdo nimio cibo faſtidiunt,remittendum in dationepro portione,ſicut decem primis proceſſit,in poſterioribus,ut diminuat eadem ratione,ut uigeſimus dies,& primus ſit par.Eodẽ modo palumbes farciunt.ac reddunt pingues. Cap.X.

TRANSI inquit Axius nunc in illud genus,quod uos philogræci uocatis ἀμφίβιον, quod non eſt ulla uilla, ac terra contentum, ſed regrit piſcinas,quas,quia ibi anſeres alũtur,noſe χηνοβοσκεῖον appellatis.Horum greges Scipio.Metellus, & M.Seius habent magnos aliquot.Merula,Seius inquit, ita greges comparauit anſerum, ut hos quinque gradus obſeruaret, quos in gallinis dixi.Hi ſunt de genere,de fœtura,de ouis,de pullis,de ſagina.Primũ iubebat ſeruũ in legendo obſeruare,ut eſſent ampli,& albi,quod plerunque pullos ſimiles ſui faciunt.Eſt enim alterum genus uarium, quod ferũ uocatur,nec cum his libẽter congregatur,nec æque ſit manſuetus.Anſeribus ad admittendum tempus aptiſſimum eſt à bruma,ad pariendũ, & incubandum à Cal.Martij uſque ad ſolſtitium.Saliunt ferè in aqua,dum ſe mergunt in flumen,aut piſcinam.Singulæ non plus quater in anno pariunt.Singulis ubi pariunt,faciundum haras quadratas circum binos pedes,& ſemipedem.Eis ſubſternendum palea.Notandum earum ouaaliquo ſigno,quod aliena non excudunt.Ad incubandum ſupponunt plerunq; nouem,aut undecim.Qui hoc minus ſeptem,qui hoc plus quindecim.Incubat tempeſtatibus dies triginta, tepidioribus uiginti quinq;.Cum excudit,quinque diebus primis patiuntur eſſe cum matre.Deinde quotidie ſerenum cum eſt,producunt in pratis iuxta piſcinas,aut paludes.his q; faciunt haras ſupra terrã aut ſubtus, in quers non includant plus uicenos pullos.Eas q; cellas prouident ne habeant in ſolo humorem,ſed habeant molle ſubſtra-

men è palia,alia'ue qua re,ne'ue eò accedere poſſint muſtellæ,aliæ'ue beſtiæ,quæ noceant.Anſeres paſcunt in humidis locis,ubi pabulũ ſerunt,quod aliquem fructum ferat,ſeruntq; his herbã,quæ uocatur ſeris,qđ ea aqua tecta etiam cum eſt arida,ſit uiridis.Folia eius decerpẽtes dant,ne ſi comederint,ubi naſcitur,aut obterẽdo perdãt,aut ipſi cruditate pereant.Voraces enim ſunt natura. Quo temperãdũ ijs,qui propter cupiditatem ſæpe in paſcendo ſi radicem prenderint, quam educere uelint è terra,obrumpunt collũ. Perimbecillum enim id,ut caput molle.Si hæc herba non eſt, dandum ordeum, aut frumentum aliud.Cum eſt tempus farraginis, dandum ut in ſatu ſeris dixi. Cum incubant, ordeum his intritum in aqua apponendum. Pullis primum biduo polenta,aut ordeũ apponitur,tribus proximus naſturtium uiride conſectum minutatim ex aqua in uas aliquod.Cũ autem ſunt incluſi in haras, aut ſpeluncas, ut dixi,victui obijcunt his polentam ordeaceam,aut farraginem,herbam'ue tenerã aliquã concaſam.Ad ſagnandum eligunt pullos circiter ſexquimenſe qui nati ſint,eos includunt in ſagnario,ibiq; polẽtum,& pollinem aqua madefactã dant cibũ,ita ut perinde ſe ſaturent.Secundum cibũ large ut bibant faciunt poteſtatem.Sic curati circiter duobus menſibus fiũt pingues quotcunq; ſumpſerũt.Locus ſolet purgari, quod ipſi amant locum purũ,neque ipſi ullum,ubi fuerint,relinquunt purũ. Cap.XI.

QVI autem uolunt greges anatum habere,& conſtituere τὸ χωρίον πρόσφορον, primum locum,quers eſt facultas,eligere oportet paluſtrẽ, quod eo maxime delectantur.ſi id non,potiſſimum ibi,ubi ſit natura lis aut lacus,aut ſtagnum,aut manufacta piſcina,quò gradatim deſcendere poſſint.Septum altum eſſe oportet,ubi uerſentur, ad pedes quindecim,ut uidiſtis ad illã Sei,qđ uno oſtio claudatur,circum totum parietem intrinſecus crepido lata,in qua ſecundũ parietem ſint tecta cubilia,ante ea ueſtibulum exæquatum tectorio opere teſtaceo.In eo ppetua canalis in quam & cibus ponitur,& immittitur aqua,ſic enim cibum capiunt.Omnes parietes tectorio leuigantur,ne feles,aliá ue quæ beſtia introire ad nocendũ poſſit.id ſeptum totum retegrandibus maculis integitur,ne eò inuolare aquila poſſit,ne'ue ex ea euolare anas.Pabulum his datur triticum,ordeũ,uinacei,uuæ,nõnunquam etiam ex aqua cammari, & quædam huiuſmodi aquatilia. Quæ in eo ſepto erunt piſcinæ,in eas aquam large influere oportet, ut ſemp recens ſit.Sunt item non diſſimilia alia genera,ut querquedulæ,phalarides,ſic perdices,quæ, ut Archelaus ſcribit, uocem maris audita,concipiunt.Quæ ut ſuperiores,neque propter fœcunditatem,neque propter ſuauitatem ſagnantur,ſed ſic paſcendo fiũt pin-

gues. Quod ad uillaticarum pastionem primum actum pertinere sum ratus, dixi. Cap. XII.

INTEREA redit Appius, & pauculatim nos ab illo, & ille à nobis, quid esset dictum, ac factum, Appius sequitur inquit, actus secundi generis, affictitius ad uillam qui solet esse, ac nomine antiquo à parte quadam leporarium appellatum. Nam neque solum lepores in eo includuntur sylua, ut olim in iugero agelli, aut duobus, sed etiam cerui, aut capreæ in iugeribus multis. Quintus Fuluius leporariũ dicitur habere in Tarquiniensi septum, iugerũ. XL. in quo sunt inclusa non solum ea, quæ dixi, sed etiam cues feræ, etiã hoc maius hic in statonensi, & quidam in locis alijs. In Gallia uero trãsalpina T. Põpeius tantum septum uenationis, ut circiter triginta millia passuum locum inclusum habeat. Præterea in eodẽ cõsepto habere solet, de animalibus cœlearia, atque aluearia, atque etiam dolia, ubi habeat glires cõclusos. Sed horũ omniũ custodia incrementum, & pasto aperta, præterquam de apibus. Quis enim ignorat septa è macerijs, ita esse oportere in leporario, ut tectorio tecta sint, et sint alta. Alterum ne feles, aut meles, aliaue quæ bestia intrare possit, alterum ne lupus transilire. Ibiq; esse latebras, ubi interdiu lepores delitescant in uirgultis, atque herbis, & arbores patulis ramis, quæ aglæ impediãt cõatus. Quis item nescit, paucos si lepores mares in fœminas intromiserit, breui tempore fore ut impleatur? tanta fœcunditas huius quadrupedis. Quatuor enim modo si intromiseris in leporarium, breui solet repleri. Fit enim sæpe cum habent catulos recentes, alios ut in uentre habere reperiãtur. Itaq; de his Archelaus scribit, annorum quot sint si quis uelit scire, inspicere oportet foramina naturæ, quot sine dubio alius habet alio plura. Hos quoque nuper institutum ut saginarent pleraq;, cum exceptos è leporario cõcludãt in caueis, et loco clauso faciant pingues. Eorũ ergo tria genera ferè sunt. Vnum Italicum hoc nostrum pedibus primis humilibus, posterioribus altis, superiore parte pulla, uentre albo, auribus longis. qui lepus dicitur cum prægnans sit, tamen cõcipere. In Gallia transalpina, et Macedonia fiunt permagni. In Hispania, et in Italia mediocres. Alterius generis est, quod in Gallia nascitur ad alpes, qui hoc ferè mutãt, qđ toti candidi sunt. Hi raro perferuntur Romam. Tertij generis est, quod in Hispania nascitur, simulis nostro lepori ex quadã parte, sed humile, quem cuniculum appellant. Lucius Aelius putabat ab eo dictum leporem à celeritudine, quod leuipes esset. Ego arbitror à græco uocabulo antiquo, quod eum Aeoles Boeotij leporẽ appellabant. Cuniculi dicti ab eo, quod sub terra cuniculos ipsi facere soleant, uli la-

teant in agris. Horum omnium tria genera, si possis, in leporario habere oportet, duo enim utiq; te habere puto, & qđ in Hispania annis ita fuisti multis, ut inde te cuniculos persecutos credam. Cap. XIII.

APROS quidem habere posse in leporario, nec magno negotio tibi est, captiuos, & acures, q ibi nati sint, & pingues solere fieri scis inq; Axi. Nã quẽ fundum in Thusculano emit hic Varro, à M. Pisone uidisti ad bucinam inflatam certo tempore apros, & capreas conuenire ad pabulum, cum è superiore loco è palæstra effunderetur apris glans, capreis uicia aut qd aliud. Ego uero inqt ille apud Q. Hortensium cum in agro laurẽti essem, ibi istuc magis θαυμαστῶς fieri uidi. Nam sylua erat (ut dicebat) supra quinquagenta iugerum macerria septa, quod non leporarium, sed ὑπολαγοφορβεῖον appellabat. Ibi erat locus excelsus, ubi triclinio posito cœnabamus. Quintus Orphea uocari iussit. qui cum eò uenisset cum stola, & cithara, & cantare esset iussus, bucinam inflauit, ubi tanta circunfluxit nos cœruorum, aprorum, & cæterarum quadrupedum multitudo, ut non minus formosum mihi uisum sit spectaculum, quàm in circo maximo ædilium non sine africanis bestijs cum fiunt uenationes. Cap. XIIII.

AXIVS tuas partes (inqt) subleuauit Appius ò Merula noster. Quod ad uenationẽ pertinet, breuiter secundus trãsactus est actus. Nec de cocleis, ac gliribus quæro, quod reliquum est, neq; enim magnum emolumentum esse potest. Nõ istuc tam simplex est inqt Appius, quàm tu putas ò Axi noster. Nam & idoneus sub dio sumendus est locus cocleariis, quem totum circum aqua claudas, ne quas ibi posueris ad partum, non liberos earum, sed ipsas quæras. Aqua inquam cludendæ, ne fugitiuarius sit parandus locus. Is melior, quẽ et non cœquit sol, & tangit ros. Qui si naturalis non est, ut ferè non sunt in apricis locis, neq; habeas in opaco, ubi facias, ut sunt sub rupibus, ac montibus, quorum alluant radices lacus, ac fluuij, manu facere oportet rosidum, qui fit, si adduxeris fistulam, & in eã papillas imposueris tenues, quæ eructent aquam, ita ut in aliquem lapidẽ incidat, ac late dissipetur. Paruus his cibus opus est, & is sine administratore. Et hunc, dum serpit, non solum in area reperit, sed etiã si riuus non prohibet in parietes stantes inuenit. Deniq; ipsæ ex gruminantes ad propalam uitam diu producunt, cum ad eam rem pauca laurea folia interijciant, & aspergant furfures nõ multos. Itaq; cocus has uiuas an mortuas cœquat, plerunq; nescit. Genera cocleariũ sunt plura, ut minutæ albulæ, quæ afferuntur è reatino, & maxime quæ de illyrico apportantur, & mediocres, quæ ex Africa afferũtur. Non quod in his regionibus quibusdam locis, eæ magnitudinibus non

sint dispariles, nam & ualde amplæ sunt, quædã ex Africa, quæ uocantur solitanæ, ita ut earũ calices quadrantes octoginta capere possint, & sic in alijs regionibus eædem inter se collatæ et minores sunt, & maiores. Hæ in fœtura pariunt innumerabilia. Earũ semen minutum, ac testa molli, diuturnitate obdurescit, magnis insulis in areis factis, magnum bolũ deferunt æris. Has quoq; saginare solent ita, ut ollã cũ foraminibus incrustent sapa, et farre, ubi pascantur, quæ foramina habeat, ut intrare aer possit. Viuax. n. hæc natura. Ca. XV.

GLIRARIVM autem dissimili ratione habetur, quod nõ aqua, sed macęria locus sepitur. Tota leui lapide, aut tectorio intrinsecus incrustatur, ne ex ea erepere possit. In eo arbusculas esse oportet, quæ ferant glandẽ. quæ, cum fructum non ferunt, intra macęriã iacere oportet glandem, & castaneã, unde saturi fiant. Facere his caueas oportet laxiores, ubi pullos parere possint. Aquã oportet esse tenuem, quod ea non utuntur multum, & aridum locum quærunt. Hi saginantur in dolijs, quæ etiam in uillis habent multi, quæ figuli faciunt multo aliter, atq; alia, quod in lateribus eorum semitas faciunt, & cauum, ubi cibum constituant. In hoc dolium addunt glandẽ, aut nuces iuglandes, aut castaneam. Quibus in tenebris, cum cumulatim positum est in dolijs, fiunt pingues. Cap. XVI.

APPIVS igitur relinquitur, inqt, de pastione uillatica tertius actus de piscinis. Quid tertius inqt Axius? An qa tu solitus es in adolescentia tua domi mulsum non bibere propter parsimoniã, nos mel negligemus? Appius nobis, uerum dicat inquit. Nam cum pauper cum duobus fratribus, et duabus sororibus essem relictus, quarũ alteram sine dote dedi Lucullo, à quo hæreditate mi cessa primũ, & primus mulsum domi meæ bibere cœpi ipse, cum interea nihilo minus penè quotidie in conuiuio omnibus darẽ mulsum. Præterea meũ erat non tuum, eas nouisse uolucres, quibus natura plurimum ingenij, atq; artis tribuit, itaq; eas mulius me nosce, quàm te, ut scias, de incredibili earum auium natura audi, Merula, ut cætera fecit, ἐνορινωῶς, quæ sequi meliturgi soleant, demonstrabit. Primũ apes nascuntur partim ex apibus, partim ex bubulo corpore putrefacto. Ita que Archelaus in epigrammate ait eas esse

βοὸς φθινομένης πεποιμένα τέκνα. Idem.

ἵππων μὲν σφῆκες γενεὰ μόχων δὲ μέλισσαι.

ἵπποι μὲν σφηκῶν γένεσις μόχοι δὲ μελισσῶν.

Hæ apes non sunt solitaria natura, ut aquilæ, sed ut homines. Quod si hoc faciunt etiam graculi, at non idem, quod hic societas operis, & ædificiorum, quod illic non est. Hic ratio, atq; ars, ab his opus facere

discunt, ab his ædificare, ab his cibaria condere. Tria enim harũ, cibus, domus, opus, neq; idẽ quod cibus cera, neq; quod ea mel, nec quod mel domus, nam in fauo cælla ex angulis totidem, quot habet ipsa pedes (quod geometræ ἐξάγωνον fieri in orbi rotundo ostendũt) ut plurimum loci includant. Foris pascuntur, intus fauos melle farciunt, qđ dulcissimum quidem est & dijs, & hominibus acceptum, quod fauus uenit in altaria, & mel ad principia conuiuij, & in secundam mensam administratur. Hæ ut hominum ciuitates, quod hic est & rex, et imperium, & societas, quod sequuntur omnia pura. Itaq; nulla harũ assidit in locũ inquinato, aut eo, qui male oleat, neq; etiã in eo, qui bona olet unguenta, itaq; his unctus qui accesserit, pungunt. Non ut muscæ liguriunt, qđ nemo has uidet (ut illas) in carne, aut sanguine, aut adipe. Ideo modo considunt, in quo est sapor dulcis. minime malefiat, quod nullius opus uelliçans facit deterius. Neq; ignaua, ut non ei, qui eius opus conetur disturbare, resistat. Neq; tamen nescia suæ imbecillitatis, quæ cum causa musarũ esse dicantur uolucres, q & & si quando displicatæ sunt, cymbalis, & plausibus, numero reducunt in locum unũ. Et ut his dijs Heliçona, atq; olympon attribuerũt hoies, sic his floridos, & incultos natura attribuit montes. Regem suum sequuntur quocunq; it, & fessum subleuant, & si nequit uolare, subuolant, qđ eum seruare uolunt. Neq; ipsæ sunt inficiantes, nec non oderunt inertes. Itaq; impetentes à se eijcunt fucos, quod hi neq; adiuuant, & cõsumunt mel. Quos uocificantes plures persequuntur. Etiã paucæ extra ostium aluei obthurant omnia, qua uenit inter fauos spiritus, quã ἐριβόμην appellant græci. Omnes ut in exercitu uiuunt, atq; alternis dormiunt, & opus faciunt pariter, & ut colonias mittunt. Hiq; duces conficiunt quædam ad uocem ut imitatione tubæ. tũ id faciunt, cum inter se signa pacis, ac belli habeant. Sed ò Merula Axius noster ne, dum hæc audit, physicam addiscat, quod de fructu nihil dixi, nunc cursu lampadatibi trado. Merula, de fructu inqt, hoc dico, quod fortasse an tibi satis sit Axi, authorẽ habeo non solũ, qui aluearia sua locata habet quotannis quinis millibus põdo mellis, sed etiam hunc Varronem nostrum, quem audiui dicentem, duos milites se habuisse in Hispania fratres ueianios ex agro faliseo locupletes, qbus cum à patre relicta esset parua uilla, et agellus nõ sanè maior iugero uno, hos circum uillã totã aluearijs fecisse, & hortũ habuisse, ac reliquum thymo, et cythiso obseuisse, et apiastro, qđ alij μελίφυλλον, alij μελισσόφυλλον, qdã μέλισσον appellant. Hos nunq; minus, ut per æque ducerent dena millia sextertia ex melle recipere esse solitos, tũ eos et uelle expectare, ut suo potius tempore mercatorem admitterẽt,

quam cœlerius alieno. Dic igitur inquit Merula, ubi & cuiusmodi facere me oporteat aluearium, ut magnos capiam fructus. Ille. μελιτῶνας ita facere oportet, quos alij μελισσοφεῖα appellant, eandem rem quidam mellaria. Primum secundum uillam, potissimum ubi non resonent imagines. Hic enim sonus harum fugæ causam existimatur esse. Præterea procerum esse oportet aere temperato, neq; æstate feruido, neq; hyeme non apricо, ut spectet potissimum ad hybernos ortus, quæ propè se loca habeat ea ubi pabulum sit frequens, & aqua pura. Si pabulum naturale non est, ea oportet dominum serere, quæ maxime sequuntur apes, ea sunt, rosa, serpyllum, apiastrum, papauer, faba, lens, pisum, cyperum, medica, & maxime erythisum, quod ualentibus utilissimum est. Etenim ab æquinoctio uerno florere incipit, & permanet ad alterum æquinoctium autumni. Sed ut hoc aptissimum ad sanitatem apium, sic ad mellificium thymum. Propter hoc siculum mel fert palmam, quod ibi thymum bonum, & frequens est. Itaq; quidam thymum contundunt in pila, & diluunt in aqua tepida, ea conspergunt omnia seminaria consita apium causa. Quod ad locum pertinet, hoc genus potissimum eligendum iuxta uillam, non quod non in uillæ portica quoque quidam (quo tutius essent) aluearia collocarint. Aluos ubi sint, alij faciunt ex uiminibus rotundas, alij è ligno, ac corticibus, alij ex arbore caua, alij fictiles, alij etiam ex ferulis quadratas longas pedes circiter ternos, latas pedem, sed ita uti cum parum sit qua compleant, eas coangustent, ne in uasto loco, & inani despondeant animum. Hæc omnia uocant à mellis alimonio, aluos, quas ideo medias uidentur facere angustissimas, ut figuram imitentur earum. Fictiles fimo bubulo oblinunt intus, & extra ne asperitate absterreantur, eas'q; aluos ita collocant in mutilis parietis, ut ne agitentur, ne'ue inter se contingant. Cui in ordinem sint positæ, sic interuallo interposito, alterum, & tertium ordinẽ infra faciunt, & aiunt potius hinc demi oportere, quàm addi quartum. Media aluo, in qua introeant apes, faciunt foramina parua dextra, ac sinistra. Ad extrema, qua mullarij fauum eximere possint, opercula imponunt aluis. Optimæ fiunt corticæ, deterrimæ fictiles, quod & frigore hyeme, & æstate calore uehementissime commouentur. Verno tempore, & æstuo ferè ter in mense mellarius inspicere debet fumigans leuiter eas, & à spurcitijs purgare aluum, & uermiculos eijcere. Præterea ut animaduertat, ne reguli plures existant. inutiles enim fiunt propter seditiones, et, ut quidã dicũt, tria genera cum sint ducum in apibus, niger, ruber, uarius (ut scribit Menecrates) duo niger, & uarius, qui ita melior, ut expediat mullario

cum

cum duo sunt eadem aluo, interficere nigrum, quẽ scit cum altero rege esse seditiosum, & corrumpere aluum, quod fugiet, aut cum multitudine fugetur. De reliquis apibus optima est parua, uaria, rotunda. Fur, qui uocatur ab alijs fucus, alter est lato uentre. Vespa, quæ similitudinem habet apis, neq; socia est operi, & nocere solet morsu, quam apes à se secernunt. Eæ differunt inter se, quæ feræ, & cicures sunt. Nunc feras dico, quæ in syluestribus locis pascitant, cicures, quæ in cultis. Syluestres minores sunt magnitudine, & pilosæ, sed opifices magis. In emendo emptorem uidere oportet ualeant, an sint ægræ. Sanitatis signa, si sunt frequentes in examine, & si nitidæ, et si opus, quod faciunt, est æquabile, ac leue. Minus ualentium signa si sint pilosæ, & horridæ, ut pulueulẽtæ, nisi opificij eas urget tempus. Tum enim propter laborem asperantur, & macescunt. Si transferendæ sunt alui in alium locum, id facere diligenter oportet, & tempora, quibus id potissimum facias animaduertendum, & loca, quò transferas, idonea prouidendum. Tempora, ut uerno potius q̃ hyberno, q̃ hyeme difficulter consuescunt, quò sunt translatæ manere, itaque fugiunt plerunq;. Si è bono loco transtuleris eò, ubi idonea pabulatio non est, fugitiuæ fiunt. Nec si ex aluo in aluum in eodem loco traijcias, negligenter faciendum. Sed si transitaræ sunt apes ea, apiastro perfricandum, q̃ illicium hoc illis, & faui melliti intus ponendi, à faucibus non longe, ne cum animaduerterint aut inopiam escæ habuisse dicantur, aut cum sunt apes morbidæ propter primores uernos pastus, qui ex floribus nucis græcæ, & cornu fiunt, cœliacas fieri, atq; urina potæ reficiendas. De his propolim uocant, è quo faciunt ad foramen introitus protectum in aluum maxime æstate. Quam rem etiam nomine eodem medici utuntur in emplastris. Propter quam rem etiam carius in sacra uia, quàm mel uenit. Erythacen uocant, quo fauos extremos inter se conglutinant, quod est aliud melius propoli, itaq; in hoc uim esse illiciendi. Quo circa examen ubi uolunt considere, eum ramum, aliam'ue quam rem oblinunt hoc, admisto apiastro. Faunus est, quem fingunt multicauatum è cera, cum singula cauа sena latera habeant, quot singulis pedes dedit natura. Neq; quæ afferuntur ad quatuor res faciendas propolim, erythacen, fauum, mel, ex iisdem omnibus rebus carpere dicuntur simplex ministerium, quod è malo punico, & asparago cibum carpant solum, ex olea arbore ceram, è fico mel, sed non bonum. Duplex ministerium præberi, ut è faba, apiastro, cucurbita, brassica ceram, & cibum. Nec non aliter duplex, quod fit è malo, & pyro syluestri, ceram, et mel. Item aliter duplex, q̃ è papauere ceram, & mel. Triplex ministerium quoque fieri uti ex nuce græca,

& è lapsana cibum,mel,ceram.Item ex aliis floribus ita carpere,ut alia ad singulas res sumant,alia ad plures.Nec non etiam aliud discrimen sequantur in carptura,aut eas sequatur,ut in melle,quod ex alia re faciunt liquidum mel,ut ex siseris flore,ex alia contra,spissum,ut è rore marino. Sic ex alia re,ut è fico mel insuaue, è cythiso bonum,è thymo optimum.Cibi pars quoque potio,& ea his aqua liquida,unde bibant,esse oportet.eamq; propinquam , quæ præterfluat,aut in aliquem locum influat, ita ut ne altitudine descendat duos,aut tres digitos,in qua aqua iaceant testæ,aut lapilli,ita ut extent paulum,ubi assidere,& bibere possint.In qua diligenter habenda cura , ut aqua sit pura, quod ad mellificium bonum uehementer prodest.Quod non omnis tempestas ad pastum prodire longius patitur,præparandus his cibus,ne tum melle solo cogantur uiuere ,aut relinquere exinanitas aluos.Igitur ficorum pinguium circiter decem pondo decoquunt in aquæ congis sex,quas coctas in offas propè apponunt.Alij aquam mulsam in uasculis propè ut sit curant.In quã addunt lanam purpuream,per quam sugant uno tenore, ne potu nimium impleantur,aut ne incidant in aquam. Singula uasa ponunt ad aluos singulas,& hac supplentur.Alij ficum , & uuam passam cum pinserunt,affundunt sapa,atq; ex eo factas offas apponunt. Id tempestatibus , & hyeme cum in pabulum procedere non possunt. Cum examen exiturum est,quod fieri solet , cum adnatæ prospere sunt multæ,ac progeniem ueteres emittere uolunt in coloniam.ut olim crebro Sabini facitarunt propter multitudinem liberorum , duo solent præire signa.Vnum,quod superioribus diebus maxime uespertinis multæ ante foramen(ut uuæ)aliæ ex aliis pendent conglobatæ. Alterum,q̃ cum iam euolaturæ sunt,aut etiam inceperunt , consonant uehementer,perinde ut milites faciunt,cum castra mouent , quæ primo tum exierunt in conspectu uolitant , reliquas quæ non dum congregatæ sunt expectantes,dum conueniant.Cum à mellario id fecisse sunt animaduersæ,iaciundo in eas puluerem,& circum tinniendo ære,perterritas quò uoluerit perducet. Non löge inde ramum, uel quid aliud oblinunt erithacæ,atq; apiastro,cæteris q; rebus,quibus delectantur.Vbi consederunt,afferunt aluum propè eisdem illicijs illitam intus,& propè appositæ ,fumo leui circumeundo cogunt eas intrare. Vt in nouam coloniam cum introierint,permaneant adeo libenter,ut etiam si proximã posueris illam aluum,unde exierunt,tamen nouo domicilio potius sint contentæ . Quod ad pastiones pertinere sum ratus, quoniam dixi, nunc iam cuius causa adhibetur ea cura,de fructu dicam.Eximendorum fauorum signum sumunt ex

apsis,cum plenas aluos habent,& cum illos geminauerint,ex apibus coniecturam capiunt si intus faciunt bombum,& cum introeunt, ac foras,trepidant,& si opercula alui cum remota sint. fauorum foramina obducta uidentur mellis membranis.Cum sint repleti melle, in eximendo quidam dicunt oportere nouem partes tollere , decimã relinquere.Quod si omne eximas,fore ut discedant. Alij hoc plus relinquunt,quàm dixi,ut in aratis qui faciunt restibiles segetes, plus tollunt frumenti ex interuallis,sic in aluis, si non quotannis eximas, aut non quoq; multum,& magis his assiduas habeas apes,& magis fructuosas.Eximendorum fauorum primum tempus esse putant uergiliarum exortu.Secundum æstate exacta,ante quàm totus exoriatur arcturus.Tertium post uergiliarum occasum, & ita si fœcunda sit aluus,ut ne plus tertia pars eximatur mellis,reliquum hyematio ni relinquatur.si uero aluus non sit fertilis ubi quid eximatur,excẽptio cum est maior,neq; uniuersam,neq; palàm facere oportet,ne deficiant animum fauorum,qui eximũtur,si qua pars mellis nihil habet, aut habet inquinatum,cultello præsecatur.Prouidẽdum ne infirmiores à ualentioribus opprimantur.Eo enim minuitur fructus.Itaq; imbecilliores secretas subijciunt sub alterum regem.Quæ crebrius inter se pugnabunt,aspergi eas oportet aqua mulsa. Quo facto non modo desistunt pugna, sed etiam conferciunt se lingentes, eo magis si mulso sunt aspersæ,quo propter odorem auidius applicant se, atque obstupescunt potantes.Si ex aluo minus frequentes euadunt,ac subsidit aliqua pars,suffumigandum,& propè fumus apponendus bene olentium herbarum maxime apiastri,& thymi.Prouidendum uehementer ne propter æstum, aut propter frigus dispereant. Siquando subito imbri in pastu sunt oppressæ,aut frigore subito ante quàm ipsæ prouiderint (id ferè quod accidit raro,ut decipiantur) & imbris guttis uberius offensæ iacent prostratæ,& afflictæ, colligendum eas in uas aliquod,& reponendum in tecto loco,ac tepido prono ad meridiem quammaxime tempestate bona, & uas ipsum cinere facto è siculneis ligni infricandum paulo plus caldo quàm tepidore.Deinde concutiendum leniter, ut manu non tangas, & ponendæ in sole. Quæ enim sic conuulnatæ conualuerunt , restituunt se,ac reuiuiscunt,ut solet similiter fieri in muscis aqua necatis. Hoc facundum secundum aluos,ut reconuulnatæ ad suum quæque opus,& domicilium redeant.

Cap. XVII.

INTEREA redit ad nos Pauo,et si multis ingt anchoras tollere,latis tabulis sortitio fit tribuũ,ac cœpti sunt à præcone renuntiari quẽ quæq; tribus fecerint ædilẽ. Appius conspicim surgit,ut ilidẽ

candidato suo gratularetur, ac descenderet in hortos. Merula, Tertium actum de pastionibus uillaticis postea inquit tibi reddam Axi. Consurgentibus illis, Axius mihi, respectantibus nobis, q & candidatum nostrum uenturum sciebamus, Non labores inquit hoc loco discessisse Merulam. Reliqua enim ferè mihi sunt nota. Quod cum piscinarum genera sint duo, dulcium, & salsarum, alterum apud plebem, & sine fructu, ubi lymphæ aquam piscinis nostris uillaticis ministrant. Illæ autem maritimæ piscinæ nobilium quibus Neptunus, ut aquam, sic & pisces ministrat, magis ad oculos pertinent, quàm ad uesicam, & potius marsupium domini exinaniunt, quàm replent. Primum enim ædificantur magno, secundo implentur magno, tertio aluntur magno. C. Hirrius circum piscinas suas, ex ædificijs duodena millia sextertia capiebat. Eam omnem mercedem escis, quas dabat piscibus, consumebat. Non mirum. Vno tempore enim memini hunc Cæsari sex millia murenarum mutua dedisse in pondus, et propter piscium multitudinem quadragies sextertio uillam uenisse. Quare nostra piscina ac mediterranea plebeia recte dicatur dulcis, & illa amara. Quis enim nostrum non una contentus est hac piscina? Quis contra, maritimas non ex piscinis singulis plures coniunctas habet? Nam ut Pausias, & cæteri pictores eiusdem generis loculatas magnas habent arculas, ubi diuersi colores sint certas, sic hi loculatas habent piscinas, ubi dispares discluses habeant pisces, quos perinde ut sacri sint, ac sanctiores quàm illi in Lydia, quos sacrificanti tibi Varro ad tibicinem græcum gregatim uenisse dicebas ad extremum litus, atque aram, q eos capere auderet nemo, cum eodem tempore insulas ludionorum ibi corrosas uidisses. Sic hos pisces nemo cocus in ius uocare audet. Quintus Hortensius familiaris noster, cum piscinas haberet magna pecunia ædificatas ad baulos, ita sæpe cum eo ad uillam fui, ut illum sciam semper in cœnam pisces puteolos mittere emptum solitum. Neq; satis erat eum non pasci piscinis, nisi eos ipse pascæret ultro. Ac maiorem curam sibi haberet, ne eius esurirent mulli, quàm ego habeo, ne mi in rosea esuriant asini. & quidem utraque re, & cibo, & potione, cum non paulo sumptuosius, quàm ego his ministret uictū. Ego enim uno seruulo, ordeo non multo, aqua domestica, meos multinumos alos asinos. Hortensius primū q ministrarēt piscatores habebat cōplures, q pisciculos minutos aggerebant frequēter, ut à maioribus absumerentur. Præterea salsamēta in eas piscinas emptitia conijciebat, cum mare turbaretur, uti per tempestatem suis piscibus è macello cæteriorum uti è mari obsoniū præberet, cum neq; euerriculo illi in litus educere possent uiuam sagnam plebeiæ cœnæ pisces.

Celerius

Celerius uoluntate Hortensij ex equili educeres rhedarios, ut tibi haberes, mulos, quàm è piscina barbatum mullum. At inquit ille, Nō minor cura eius erat de ægrotis piscibus, quàm de minus ualentibus seruis. Itaq; minus laborabat, ne seruus æger, quàm aquam frigidam biberent sui pisces. Etenim hac incuria laborare aiebat M. Lucullum, & piscinas eius despiciebat, q æstuaria idonea non haberet, ac in residem aquam, & locis pestilentibus habitarent pisces eius. Contra ad Neapolim L. Lucullus, posteaquam perfodisset montem, ac maritima flumina immisisset in piscinas, quæ reciprocæ fluerent, ipse Neptuno non cederet de piscatu, factum esse enim ut amatos pisces suos uideatur propter æstus eduxisse in loca frigidiora, ut appuli solent pecuarij facere, q propter calores in montes sabinos pecus ducunt. In Baiano autem tanta ardebat cura, ut architecto permiserit, ut suam pecuniam consumeret, dummodo perduceret specus è piscinis in mare, obiectaculo quo æstus bis quotidie ab exorta luna ad proximam nouam introire, ac redire rursus in mare posset, ac refrigerare piscinas. Nos hæc. At strepitus à dextra, et eccum recta cādidatus noster designatus ædilis. Cui nos occurrimus, & gratulati in capitolium prosequimur, ille inde eundo suam domum, nos nostrā. Opinionis nostræ sermonem de pastione uillatica summatim hunc, quem exposui, habeto.

FINIS.

LVCII IVNII MODERATI COLVMELLAE DE RE RVSTICA LIBER PRIMVS.

SAEPENVMERO ciuitatis nostræ principes audio culpantes modo agrorum infœcunditatem, modo cœli per multa iam tempora noxiam frugibus intemperiem, quosdam etiam prædictas querimonias uelut ratione certa mitigantes, quod existiment ubertate nimia prioris æui defatigatum, & effœtum solum nequire pristina benignitate præbere mortalibus alimenta. Quas ego causas Publi Siluine procul à ueritate abesse certum habeo, quod neque fas est existimare humi naturam, quam primus ille mundi genitor perpetua fœcunditate donauit, quasi quodam morbo sterilitate affectam, neque prudentis est credere tellurem, quæ diuinam, & æternam iuuentam sortita communis omnium parens dicta sit, quia & cuncta peperit semp, & deinceps paritura sit, uelut hominem consenuisse. Nec posthæc reor intemperatia cœli nobis ista, sed nostro potius accidere uitio, qui rem rusticam pessimo cuiq; seruorum uelut carnifici noxiæ dedimus, quam maiorum nostrorum optimus quisque optime tractauerit. Atqui ego satis mirari non possum, quid ita dicendi cupidi seligant oratorem, cuius imitentur eloquentiam, mensurarum, & numerorum modum rimantes placitæ disciplinæ consectentur magistrum uocis, & cantus modulatorem, nec minus corporis gesticulatorem scrupulosissimæ requirant saltationis, ac musicæ rationis studiosi. Iamq; qui ædificare uelint, fabros, & architectos aduocent, qui nauigia mari concredere, gubernandi peritos, qui bella moliri, armorum, & militiæ gnaros, & ne singula persequar, ei studio, quod quis agere uelit, consultissimum rectorem adhibeat. Denique animi sibi quisque formatorem, præceptoremq; uirtutis è cœtu sapientium arcessat. Sola res rustica, quæ sine dubitatione proxima, & quasi consanguinea sapientiæ est, tam discentibus egeat, quàm magistris. Adhuc enim scholas Rhetorum, & (ut dixi) geometrarum, musicorumq;, uel quod magis mirandum est, contemptissimorum uitiorum officinas gulosius condiendi cibos, & luxuriosius fercula struendi, capitumq;, & capillorum concinnatores non solum esse audiui, sed & ipse uidi. Agricolationis neque doctores qui se profiterentur, neq; discipulos cognoui. Cum etiam si prædictarum artium professoribus ciuitas egeret, tamen sicut apud priscos florere posset resp. Nam

sine ludicris artibus, atque etiam sine causidicis olim satis felices fuere, futuræq; sunt urbes. At sine agricultoribus nec consistere mortales, nec ali posse manifestum est. quo magis prodigij simile est, quod accidit, ut res corporibus nostris, uitæq; utilitati maxime conueniens minimam usque in hoc tempus consumationem haberet, idq; sperneretur genus amplificandi, retinendiq; patrimonij, quod omni crimine caret. Nã cætera diuersa, & quasi repugnantia dissident à iustitia. Nisi æquius existimamus cepisse prædam ex militia, quæ nobis mihil sine sanguine, et cladibus alienis affert. An bellum perosis, maris, & negotiationis alea sit optabilior, ut rupto naturæ fœdere, terrestre animal homo, uentorum, & maris obiectus iræ, se fluctibus audeat credere, semperq; ritu uolucrum, longinqui litoris peregrinus, ignotum pererret orbem? An fœneratio probabilior sit etiam his inuisa, quibus succurrere uidetur? Sed ne caninum quidem (sicut dixere ueteres) studium præstantius locupletissimum quenque adlatrandi, & contra innocentes, ac pro nocentibus neglectum à maioribus, à nobis etiam concessum intra mœnia, et in ipso foro latrocinium? An honestius duxerim mercenarij salutatoris mendacissimum aucupium circumolitantis limina potentiorum, somnumq; regis sui rumoribus augurantis, neque enim roganti quid agatur intus, respondere seruũ dignantur. An putem fortunatius à cathenato repulsum ianitore sæpe nocte sera foribus ingratis adiacere, miserrimoq; famulatu per dedecus, fascium decus, & imperium profuso tamen patrimonio mercari? Nam nec gratuitæ seruituti, sed donis rependitur honor. quæ si & ipsa, & eorum similia bonis fugienda sunt, superest (ut dixi) unũ genus liberale, & ingenuum rei familiaris augendæ, quod ex agricolatione contingit. Cuius præcepta si uel temere ab indoctis, dum tamen agrorum possessoribus, antiquo more administrarentur, minus iacturæ paterentur res rusticæ. Nam industria dominorum cum ignorantiæ detrimentis multa pensaret. Nec quorum commodum agetur, tota uita uellent imprudentes negotij sui conspici, eoq; discendi cupidiores agricolationem pernoscerent. Nunc & ipsi prædia nostra colere dedignamur, & nullius momenti ducimus peritissimum quenque uillicum facere, uel si nescium, certe uigoris experrecti, quo celerius, quod ignoret, addiscat. Sed siue fundũ locuples mercatus est, è turba pedisequorum, lectiariorumq; defectissimum annis, & uiribus in agrum relegat (cum istud opus non solum scientiam, sed & uiridẽ ætatem cum robore corporis ad labores sufferendos desyderet) siue mediarum facultatum dominus ex mercenariis aliquem iam recusantem quotidianum illud tributum, qui nec tigelis esse non possit,

ignarum rei, cui præfuturus est, magistrum fieri iubet. Quæ cum animaduertam sæpe mecum retractans, ac recogitans, quàm turpi cõ sensu deserta exoleuerit disciplina ruris, uereor, ne flagitiosa, et quo dammodo pudenda, aut inhonesta uideatur ingenuis. Verum cũ plurimis monimentis scriptorum admonear apud antiquos nostros fuisse gloriæ curam rusticationis (ex qua Quintius Cincinnatus obsessi cõsulis, & exercitus liberator, ab aratro uocatus ad dictaturam uenerit. ac rursus fascibus depositis, quos festinantius uictor reddiderat, quàm sumpserat imperator, ad eosdem iuuencos, & quatuor iugerum auitum hæreditolum redierit. Itemq; C. Fabritius, & Curius Dentatus. alter Pyrrho finibus Italiæ pulso, domitis alter Sabinis acceptæ, quæ uiritim diuidebantur captiui agri, septem iugera, non minus industrie coluerit, quàm fortiter armis quæsierat. Et ne singulos intempestiue nunc persequar, cum tot alios Romani generis intuear memorabiles duces hoc semper duplici studio floruisse, uel defendẽdi, uel colendi, patrios, quæsitosue fines) intelligo luxuriæ, & delitijs nostris pristinum morem, uirilemq; uitam displicuisse. Omnes enim (sicut M. Varro iam temporibus auorum conquestus est) patres familiæ falcæ, & aratro relictis intra murum correpsimus, et in circis potius, ac theatris, quàm in segetibus, & uinetis manus mouemus. attonitiq; miramur gestus effœminatorum, quod à natura sexum uiris denegatum muliebri motu mentiantur, decipianiq; oculos spectantiũ. Mox deinde ut apti ueniamus ad ganeas, quotidianam eruditatem Lacænicis exœquimus, & exucto sudore sitim quærimus, nocteq; libidinibus, & ebrietatibus, dies ludo, uel somno consumimus. Ac nos metipsos ducimus fortunatos, quod nec orientem solem uidemus, nec occidentem, itaque istam uitam socordem persequitur ualetudo. Nam sic iuuenum corpora fluxa, & resoluta sunt, ut nihil mors mutatura uideatur. At mehercule uera illa Romuli proles assiduis uenatibus, nec minus agrestibus operibus exercitata, firmissimis præualuit corporibus, ac militiam belli, cum res postulauit, facile sustinuit dura ta pacis laboribus, semperq; rusticam plebem præposui urbanæ. Vt enim qui in uillis intra consepta morarẽtur, quàm qui foris terrã molirẽtur, ignauiores habitos, sic eos, qui sub umbra ciuitatis intra mœnia desides cunctarẽtur, q̃ qui rura colerent, administrarent'ue opa colonorũ segniores uisas. Nundinarũ etiã conuẽtus manifestũ est propterea usurpatos, ut nonis tantummodo diebus urbanæ res agerẽtur, reliquis administrarentur rusticæ. illis enim temporibus (ut ante iam diximus) proceres ciuitatis in agris morabantur, & cum consilium publicum desyderabatur, à uillis arcessebantur in senatum. ex quo

qui eos euocabant, uiatores nominati sunt isq; mos dum seruatus est perseuerantissimo colendorum agrorũ studio, ueteres illi Sabini Quirites, atauiq; Romani, quanquam inter ferrum, & ignes, hostisq; incursionibus uastatæ fruges, largius tamen condidere, quàm nos, quibus diuturna permittente pace prolatare licuit rem rusticam. Itaque in hoc Latio & saturnia terra, ubi dij cultus agrorũ progeniem suã docuerant, ibi nunc ad hastam locamus, ut nobis ex transmarinis prouincijs aduehatur frumentum, ne fame laboremus, & uindemias condimus ex insulis Cycladibus, ac regionibus beticis, gallicisq;. Nec mirum cum sit publicæ conceptæ, & confirmatæ iam uulgaris existimatio rem rusticam sordidum opus, et id esse negotium, quod nullius egeat magisterio præceptoris. At ego, cum aut magnitudinẽ totius rei quasi quandam uastitatem corporis, aut partium eius uelut singulorum membrorũ numerum recenseo, uereor, ne supremus ante me dies occupet, quàm uniuersam disciplinam ruris possim cognoscere. Nam qui se in hac scientia perfectum uolet profiteri, sit oportet rerũ naturæ sagacissimus, declinationum mundi non ignarus, ut exploratum habeat, quid cuique plagæ conueniat, quid repugnet, syderum ortus, & occasus memoria repetat, ne imbribus, uentisq; imminentibus opera inchoat, laboremq; frustretur. Cœli, & anni præsentis mores intueatur. neq; enim semper eundem uelut ex præscripto habitum gerunt, nec omnibus annis eodẽ uultu uenit æstas, aut hyems, nec pluuium semper est uer, aut humidus autumnus. Quæ prænoscere sine lumine animi, & sine exquisitissimis disciplinis non quenquam posse crediderim. Iam ipsa terræ uarietas, & cuiusque soli habitus, quid nobis neget, quid promittat paucorum est discernere. Cõtemplatio uero cunctarum in ea disciplina partium quando cuiq; contingit, ut & segetum, arationumq; perciperet usum, & uarias, dissimillimasq; terrarum species pernoscæret, quarum nonnullæ colore, nonnullæ qualitate fallunt, atq; in alijs regionibus nigra terra, quam pullam uocant, ut in Campania, est laudabilis, in alijs pinguis rubricat melius respõdet, quibusdam (sicut in Africæ Numidia putres arenæ fœcunditate uel robustissimum solum uincunt. In Asia, Mysiaq; densa, & glutinosa terra maxime exuberat, atq; in his ipsis habere cognitum quid recusет collis, qd campestris positio, quid cultus, quid syluester ager, quid humidus, et grami uosus, quid siccus, & spurcus, ratione quoq; dispicere, & in arboribus, uinetisq;, quorũ infinite sunt genera, conserendis, ac tuendis, & in pecoribus parandis, conseruandisq;, quoniam & hanc adsciumus quasi agriculturæ partem, cum separata sit ab agricolatione pastoralis scientia. nec ea tamẽ simplex.

Quippe aliud exigit equinum, atq; aliud bubulum armentum, aliud pecus ouillum. & in eoipso dissimilem rationem postulat tarentinũ, atq; hirtum, aliud caprimum. & id ipsum aliter curatur mutilum, et raripilum, aliter cornutum, & setosum, quale est in Cilicia. Porcula toris uero, & subulci diuersa professio, diuersæ pastiones, nec eundem glabræ sues, densæq; cœli statum, nec eandem, educationem, cultumue quærunt. Et ut à pecoribus recedam quorum in parte auium cohortalium, & apium cura posita est, quis tanti studij fuit, ut super ista, quæ enumerauimus, tot nosset species insitionum? tot putationum? tot pomorum, holerumq; cultus exercere? tot generibus ficorum, sicut rosarijs impenderet curam, cum à plerisq; etiam maiora negligantur? quanquam & istu iam non minima uectigalia multis esse cœperunt. Nam prata, & salicta, genistæq; & arundines quamuis tenuem nihilo minus aliquam desyderant industriam. Post hãc tam multarũ, tamq; multiplicium rerum prædicationem non me præterit, si quem desyderamus agricolã, quemq; describimus, exegero à participibus agrestiũ operum tardatumiri studia discentium, qui tam uariæ, tamq; uastæ scientiæ desperatione conterriti nolent experiri, quod se assequi posse diffident. Veruntamen quod in oratore iam M. Tullius rectissime dixit, par est eos, qui generi humano res utilissimas conquirere, & perpensas, exploratasq; memoriæ tradere concupierint, cuncta tentare. Nec si uel illa præstantis ingenij uis, uel inclytarum artium defecerit instrumentum, confestim debemus ad otium, & inertiã deuolui, sed quod sapienter sperauimus, perseueranter consectari. Summum enim culmen affectantes satis honeste uel in secundo fastigio conspiciemur. An latiæ musæ non solos adytis suis Actium, & Virgiliũ recepere, sed eorum et proximis, & procul à secundis sacras cõasse re sedes? Nec Brutum, aut Cœlium, Pollionem'ue cum Messala, et Catulo deterruere ab eloquentiæ studio fulmina illa Ciceronis. Nã neq; ille ipse Cicero territus cesserat tonantibus Demosthenis, Platoniq;. nec parens eloquentiæ deus ille Mæonius uastissimis fluminibus facundiæ suæ posteritatis studia restinxerat. Ac ne minoris quidem famæ opifices per tot iam secula uidemus laborem suum destituisse, qui Protogenem, Apellemq; cum Parrhasio mirati sunt. Nec pulchritudine Iouis olympij, Mineruæq; phidiacæ sequentis ætatis attonitos piguit experiri Bryaxim, Lysippum, Praxitelem, Polycletum, quid efficere, aut quousq; progredi possent. Sed in omni genere scientiæ, & summis admiratio, ueneratioq;, & inferioribus merita laus contingit. Accedit huc quod ille, quem nos perfectum esse uolumus agricolã, siquidem artis consummatæ non sit, nec in uniuersa rerũ natura sagacitatẽ

Democriti, uel Pythagoræ non fuerit consecutus, & in motibus astrorum, uentorumq; Metonis prouidentiã, uel Eudoxi, & in pecoris cultu doctrinam Chironis, ac Melampodis, et in agrorũ, soliq; molitõe Triptolemi, aut Aristei prudentiã, multũ tamẽ profecerit, si usu Tremellios, Sasernasq;, & Stolones nostros æquauerit. Potest enim nec subtilissima, nec rursus, quod aiunt, pingui Minerua res agrestes administrari. Nam illud procul uero est, quod pleriq; crediderunt, facillimum esse, nec ullius acuminis rusticationem. De cuius uniuersitate nihil attinet plura nunc disserere, quandoquidem cunctæ partes eius destinatis aliquot uoluminibus explicandæ sunt, quas ordine suo tunc demum persequar, cum præfatus fuero quæ reor ad uniuersam disciplinam maxime pertinere.

Præcepta, quæ sequantur qui rusticari uelint. Cap. I.

QVI studium agricolationi dederit, antiquissima sciat hæc sibi aduocanda, prudentiam rei, facultatem impendendi, uoluntatem agẽdi. Nam is demum cultissimum rus habebit (ut ait Tremellius) qui et colere sciet, et poterit, et uolet. neq; enim scire, aut uelle, cui q̃ satis fuerit sine sumptibus, quos exigunt opera. Nec rursus faciendi, aut impendendi uoluntas profuerit sine arte, q̃a caput est in omni negotio nosse, quid agendũ sit, maximeq; in agricultura, in qua uoluntas, facultasq; citra scientiam sæpe magnam dominis afferunt iacturam, cũ imprudenter facta opera frustrãtur impensas. Itaq; diligens paterfamilias, cui cordi est ex agri cultu certam sequi rationem rei familiaris augẽdæ, maxime curabit, ut ætatis suæ prudentissimos agricolas de quaq; re consulat, et commentarios antiquorũ sedulo scrutetur. atq; æstimet q̃d eorũ quisq; senserit, q̃d præceperit. An uniuersa, quæ maiores prodiderunt, huius temporis culturæ respondeant, an aliqua dissonent. Multos enim iã memorabiles authores comperi persuasum habere lõgo æui situ qualitatem cœli, statumq; mutari, eorumq; consultissimũ astrologiæ professorem Hipparchũ prodidisse, tempus fore, quo cardines mundi loco mouerentur. idq; etiam non spernẽdus author rei rusticæ Saserna uidetur adcredidisse. Nam eo libro, quẽ de agricultura scriptum reliquit, mutatum cœli statum sic colligit, quod quæ regiões antea propter hyemis assiduã uiolentiã nullã surpem uitis, aut oleæ depositam custodire potuerint, nunc mitigatoiam, & intepescente pristino frigore largissimis oliuitatibus, liberiq; uindemijs exuberent. Sed hæc siue falsa, seu uera ratio est, literis astrologiæ concedatur. Cætera non dissimulanda erunt agrorum cultori præcepta rusticationis,

quæ cum plurima tradiderint Pœni ex Africa scriptores, multa tamen ab his falsò prodita cognouimus nostri coloni, sicut Tremellius, q̃ querens id ipsum tamen excusat, q̃ Italiæ, & Africæ solum, cœlumq; diuersæ naturæ nequeat eosdem prouentus habere. Quæcunq; sunt autem, quæ propter disciplinam ruris nostrorum temporũ cum priscis discrepet, non deterrere debent à lectione discentem. Nam multo plura reperiuntur apud ueteres, quæ nobis probanda sint, q̃ quæ repudianda. Magna porrò & græcorũ turba est de rusticis rebus præcipiens, cuius princeps celeberrimus uates non minimum professioni nostræ contulit Hesiodus bœotius. Magis deinde eam iuuere fontibus orti sapientiæ Democritus Abderites, Socraticus Xenophon, Tarẽtinus Architas, peripatetici magister, ac discipulus Aristoteles cum Theophrasto. Siculi quoq; non mediocri cura negotiũ istud prosecuti sunt Hieron, & Epicharmus discipulus, Philometor, & Attalus. Athenæ uero scriptorum frequentiam pepererunt, è quibus probatissimi authores Chæreas, Aristandros, Amphilochus, Euphron, Chrestus Euphronis, non, ut multi putant, Amphipolites, qui & ipse laudabilis habetur agricola, sed indigena soli attici. Insulæ quoq; curã istam celebrauerunt, ut testis est Rhodius Epigenes, Chius Agathocles, Euagon, & Anaxipolis Thasii. Vnius quoq; de septem Biantis illius populares Mænander, & Diodorus in primis sibi uẽdicauerunt agricolationis prudentiam. Nec his cessere Milesii Bacchius, & Mnasseas, Antigonus Cymæus Pergamenus, Apollonius, Dion colophonius, Hegesias maronites. Nam quidem Diophanes bithynius uticensem totum Dionysium Pœni Magonis interpretem p multa diffusum uolumina, sex epitomis circunscripsit. Et alij tamen obscuriores, quorum patrias non accepimus, aliquod stipendium nostro studio contulerunt. Hi sunt Androtion, Aeschrion, Aristomenes, Athenagoras. Crates, Dadis, Dionysius περὶ φυτῶν, Euphorion. Nec minori fide prouirili parte tributum nobis intulerunt Lysimachus, & Cleobolus, Menestratus, Pleutiphanes, Perses, Theophilus. Et ut agricolationem romana tandem ciuitate donemus (nam adhuc istis authoribus græcæ gentis fuit) iam nunc M. Catonem Censorium illum memoremus, qui eam latinæ loqui primus instituit. Post hunc duos Sasernas patrẽ, et filiũ, qui eam diligentius erudierunt, ac deinde Scrofam Tremellium, qui eam eloquentem reddidit, & M. Terentium, qui expoliuit, mox uirgilium, qui carmine quoq; potentem fecit. Nec postremo quasi pædagogi eius meminisse dedignemur Iulij Hygnij. Veruntamen, ut Carthaginiensem Magonem rusticationis parentem maxime uenereamur. Nam huius octo, et uiginti memorabilia illa uolumina ex senatusconsulto in

latinum sermonem conuersa sunt. Non minorem tamen laudem meruerunt nostrorum temporum uiri Cornelius Celsus, & Iulius Atticus. Quippe Cornelius totum corpus disciplinæ quinq; libris complexus est. Hic de una specie culturæ pertinentis ad uites singularem librum edidit. Cuius uelut discipulus duo uolumina similium præceptorum de uineis Iulius Græcinus composita facetius, & eruditius posteritati tradenda curauit. Hos igitur Publi Siluine prius, quàm cum agricolatione contrahas, aduocato in consilium. nec tamen sic mente dispositus uelut summam totius rei sententijs eorũ consecuturus, quippe eiusmodi scriptorum monimenta magis instruunt, quàm faciunt artificem. Vsus, & experientia dominantur in artibus. neq; est ullæ disciplina, in qua non peccando discatur, nam ubi quid perperã administratum cesserit improspere, uitatur quod fefellerat, illuminatq; rectam uiam docentis magisterium. Quare nostra præcepta non consumare scientiam, sed adiuuare promittunt. nec statim quisquam cõpos agricolationis erit his perlectis rationibus, nisi & obire eas uoluerit, & per facultates potuerit. Ideoq; hæc uelut adminicula studio sis promittimus, non profutura per se sola, sed cum alijs. Ac ne istæ quidem præsidia, ut diximus, non assiduus labor, & experiẽtia uilica, non facultates, ac uoluntas impendendi tantum pollent, quantum uel una præsentia domini. quæ nisi frequens operibus interuenerit, ut in exercitu cum abest imperator, cuncta cessant officia. meximéq; reor hoc significantem pœnum Magonem suorum scriptorum primordium talibus auspicatum sententijs. Qui agrum parabit, domum uendat, ne malit urbanum, q̃ rusticum larem colere. cui magis cordi fuerit urbanum domicilium, rustico prædio non erit opus. quod ego præceptum, si posset his temporibus obseruari, non immutarem. Nũc quoniam plerosq; nostrum ciuilis ambitio sæpe euocat, ac sæpius detinet euocatos, sequitur, ut suburbanum prædium commodissimum esse putem, quo ut occupato quotidianus excursus facile post negotia fori contingat. Nam qui longinqua ne dicam transmarina rura mercantur, uelut hæredibus patrimonio suo, & quod grauius est uiui cedunt seruis suis, quoniam quidem & illi tam longi dominorum distantia corrumpuntur, & corrupti post flagitia, quæ commiserunt, sub expectatione successorum rapinis magis, q̃ culturæ student.

Qualiter dispositus fundus maxime probetur. Cap. II.

CENSEO igitur in propinquo agrum mercari, quò et frequẽter dominus ueniat, & frequentius se uenturum, quàm sit uenturus, denuntiet. Sub hoc enim metu cum familia uillicus erit in officio.

Quicquid uero dabitur occasionis ruri moretur, quæ non sit mora segnis, nec umbratilis. nam diligentem patremfamilias decet agri sui particulas omnes, & omni tempore anni frequentius circumire, quo prudentius naturam soli siue in frondibus, & herbis siue iam maturis frugibus contempletur. nec ignoret quicquid in eo recte fieri potest. nam illud uetus est, & Catonis, agrum pessime multari, cuius dominus, quid in eo faciendum sit, non docet, sed audit uillicum. quapropter uel à maioribus traditum possidenti, uel emturo fundum præcipua cura sit scire, quod maxime regionis genus probetur, ut uel creat inutili, uel mercetur laudabilem. Quod si uicto fortuna subscripserit, agrum habebimus salubri cœlo, uberi gleba, parte campestri, parte alia collibus uel ad orientem, uel ad meridiē molliter deuexis, terrenisq; aliis cultis, atq; aliis syluestribus, & asperis. nec procul à mari, aut nauigabili flumine, quo deportari fructus, et per quod merces inuehi possint. Campus in prata, & arua, salictaq;, & arundineta digestus, ædificio subiaceat. Colles alij uacui arboribus, ut soli segetibus seruiant, quæ tamen modicæ sicis, ac pinguibus campis melius, quàm præcipitibus locis proueniunt. Ideoq; etiam celsiores agri frumentarij planicies habere, & quammollissime deuexi, ac simillimi debent esse campestri positioni. alij deinde colles oliuetis, uinetisq;, & earum futuris pedamentis uestiantur. materiam, lapidemq;, si necessitas ædificandi cœgerit, nec minus pecudibus pascua præbere possint. Tum riuos decurrentes in prata, & hortos, & salictа, uiuæ aquæ salientes demittant. nec absint greges armentorum, cæterorumq; quadrupedum cultæ & dumeta pascentium. sed hæc positio, quam desyderamus, difficilis, & rara paucis contingit. Proxima est huic, quæ plurima ex his habet, tolerabilis, quæ non paucissima.

Quæ præcipue respiciēdo agro, ante q̄ ematur, notāda sunt. Ca. III.

PORCIVS quidem Cato censebat in emendo, inspiciēdoq; agro præcipue duo esse consyderanda, salubritatem cœli, & ubertatem locorum. si alterum deesset, ac nihilo minus quis uellet incolere, mente esse captum, atq; eum ad agnatos, & gentiles deducendum. Neminē enim sanum debere facere sumptus in cultura sterilis soli. nec rursus pestilenti quamuis feracissimo, pinguiq; agro dominum ad fructus peruenire. Nam ubi sit cum orco ratio ponenda, ibi non modo percæptionem fructuum, sed & uitam colonorū esse dubiā, uel potius mortem quæstu certiorem. Post hæc duo principalia, subiungebat illa non minus intuenda, uiam, & aquam, et uicinum. Multum conferre agris itur commodum, primum, quod est maximum, ipsam præsentiā domi

ni, qui libentius commeaturus sit, si uexationem uiæ non reformidet, deinde ad uehenda, & exportanda utensilia, quæ res frugibus conditis auget precium, & minuit impensas rerum inuectarum, quia minoris apportentur eò, quò facili nisu perueniatur. Nec non nihil esse etiam paruo uehi, si conductis iumentis iter facias, quod magis expedit, quàm tueri propria. seruos quoq;, qui secuturi patremfamilias sint, non ægre iter pedibus ingredi. de bonitate aquæ ita omnibus clarum est, ut pluribus non sit disserendum. Quis enim dubitet eā maxime probatam haberi, sine qua nemo nostrum uel prospere, uel aduersæ ualetudinis uitam proroget? de uicini commodo non est quidem certum, quem nonnunquā mors, aliæq; nobiscum diuersæ causæ mutant. Et ideo quidam respuunt Catonis sententiam, qui tamen multum uidentur errare. nam quemadmodum sapiētis est fortuitos casus magno animo sustinere, ita dementis est ipsum sibi malam facere fortunam. quod facit, qui nequam uicinum suis numis parat, cum à primis cunabulis (si modo liberis parētibus est oriūdus) audisse potuerit μὴ πρᾶγμα βοὸς ἀπόλοιτ', εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη.

quod non solum de boue dicitur, sed etiam de omnibus partibus rei nostræ familiaris. adeo quidem, ut multi prætulerint carere penatibus, & propter iniurias uicinorum sedes suas profugerint. nisi aliter existimamus diuersum orbem gentes uniuersas petiisse relicto patrio solo, Achæos dicæ, & Hiberos, Albanos quoque, nec minus Siculos, et, ut primordia nostra contingam, Pelasgos, Aborigines, Arcadas, quàm quia malos uicinos ferre non potuerat. Ac ne tantum de publicis calamitatibus loquar, priuatos quoq; memoria tradidit, & in regionibus Græciæ, & in hac ipsa hesperia detestabiles fuisse uicinos, nisi Autolicus ille cuiquam potuit tolerabilis esse conterminus, aut Auentini montis incola, Palatinis ullum gaudium finitimis suis Cacus attulit. Malo enim præteritorum, quàm præsentium meminisse, ne uicinū meum nominem, qui nec arborem prolixiorem stare nostræ regionis, nec inuiolatum seminarium, nec pedamenti quicquam adnexum uineæ, nec etiam pecudes negligentius pasci sinit. Iure igitur (quantū mea fert opinio) M. Porcius talem pestem uitare censuit. Et in primis futurum agricolam præmonuit, ne sua sponte ad eam perueniret. Nos ad cætera præcepta illud adijcimus, quod sapiens unus de septē in perpetuum posteritati pronuntiauit μέτρον ἄριστον, Adhibendum modum, mensuramq; rebus, idq; ut non solum aliud acturis, sed & agrum paraturis dictum intelligatur, ne maiorem quàm ratio calculorum patiatur, emere uelit. nam huc pertinet præclara nostri poetæ sententia.

Laudato ingentia rura. Exiguum colito.

Quod uir eruditissimus (ut mea fert opinio) traditum uetus præceptū numeris signauit. quippe acutissimam gentem Pœnos dixisse conuenit. Imbecalliorem agrum, quàm agricolam esse debere, quoniam cum sit colluctandum cum eo, si fundus prævaleat, allidi dominum. Nec dubium quin minus reddat laxus ager non recte cultus, quàm angustus eximie. Ideoq; post reges exactos licinianа illa septena iugera, quæ plebis tr. uiritim diuiserat, maiores quæstus antiquis retulere, quàm hunc nobis præbent amplissima uervactа. tantа quidem Curius dentatus, quem paulo ante retulimus, prospero ductu partа victoria ob eximiam uirtutem deferente populo præmij nomine quinquagintа soli iugera supra consularē, triumphalemq; fortunam putauit esse. Repudiatoq; publico munere populari, ac plebeia mensura contentus fuit. Mox etiam cum agrorum uastitatem victoriæ nostræ, & internationes hostium fecissent, criminosum tamen senatori fuit, supra quinquagintа iugera possedisse. Suaq; lege C. Licinius damnatus est, quod agri modum, quem in magistratu rogatione tribunitia promulgauerat, immodicæ possidendi libidine transcendisset. nec magis quia superbum uidebatur tantum loci detinere, quàm quia flagitiosum quos hostis profugiendo desolasset agros, nouo more ciuem romanum supra uires patrimonij possidendo deserere. Modus ergo, qui in omnibus rebus, etiam parandis agris adhibebitur. tantum enim obtinendum est, quanto est opus, ut emisse uideamur, quo potiremur, non quo oneraremur ipsi, atq; alijs fruendum eriperemus, more præpotentium, qui possident fines gentium, quos ne circumire equis quidem ualent, sed proculcandos pecudibus, et uastandos, ac populandos feris derelinquunt, aut occupatos nexu crurum, & ergastulis tenent. Modus autem erit sua cuiq; moderata uoluntas, facultasq;. Neq; enim satis est, ut iam prius dixi, possidere uelle, si colere non possis.

De salubritate regionum. Cap. IIII.

SEQVITVR Deinceps cæsonianum præceptum, quo fertur usus etiam Cato, mercaturis agrum esse reuisendum sæpius eum, quē uelint mercari. Nam prima inspectione neq; uitia, neq; uirtutes abditas ostendit, quæ mox retractantibus facilius apparent. Inspectionis quoq; uelut formula nobis à maioribus tradita est. Agri pinguis, ac læti, de cuius qualitate dicemus suo loco, cum de generibus terræ disseremus. In uniuersum tamen quasi testificandum, atq; sæpius prædicandum habeo, quod primo iam punico bello dux inclitissimus M. Attilius Regulus dixisse memoratur, fundum, sicuti ne fœcundissimi quidem

quidem soli, cum sit insalubris, ita nec effœti, si uel saluberrimus sit, parandum. quod Attilius ætatis suæ agricolis maiore cum authoritate suadebat peritus usu. Nam pupiniæ pestilentis simul, & exilis agri cultorem fuisse eum loquuntur historiæ. Quapropter cum sit sapientis non ubiq; emere, nec aut ubertatis illecebris, aut delitiarum concinnitate decipi, sic uere industrij patrisfamilias est quicquid aut emerit, aut acceperit, facere fructuosum, atque utile, quoniam & grauioris cœli multa remedia priores tradiderunt, quibus mitigetur pestifera lues, & in exili terra cultoris prudentia, ac diligentia maciem soli uincere potest. Hæc autem consequemur, si ueritissimo uati, uelut oraculo crediderimus dicenti.

Ventos, & uarium cœli prædiscere morem
Cura sit, ac patrios cultusq;, habitusq; locorum.
Et quid quæq; ferat regio, & quid quæq; recuset.

Nec contenti tamen authoritate, uel priorum uel præsentium colonorum nostra prætermiserimus exempla, nouaq;, quæ temptauerimus, experimenta. Quod etsi per partes nonnunquam damnosum est, in summa tamen fit compendiosum, quod nullus ager sine profectu colitur, simul attentando possessor efficit, ut in id formetur, quod maxime præstare possit. ea res etiā feracissimos agros utiliores reddit. Itaq; nusquam experimentorum uarietas obmittenda est. Longeq; etiam in pingui solo magis audēdum, quoniam nec laborem, nec sumptum frustratur effectus. Sed quoniam refert qualis fundus, & quomodo colatur, tum uilla qualiter ædificetur, & quàm utiliter disponatur. Multos enim deerrasse, memoria prodidit, sicut præstantissimos uiros. L. Lucullum, & Q. Scæuolam, quorum alter maiores, alter minus amplas, quàm postulauit modus agri, uillas extruxit, cum utrunque sit contra rem familiarem. Diffusiora enim consepta non solum pluris ædificamus, sed etiā impensis maioribus tuemur at minora cum sunt, quàm postulat fundus, dilabitur fructus. nā & humidæres, & siccæ, quas terra progenerat, facile uitiantur, si aut non sunt aut propter angustias, incommoda sunt tecta, quibus inferantur. Pro portione etiam facultatum, quamoptime paterfamilias debet habitare, ut & libētius rus ueniat, et degat in eo. Iucundius utiq; uiro si etiā matrona comitabitur cuius ut sexus, ita animus est delicatior. quāobrē amœnitate aliqua demerenda erit, quo pacientius moretur cum uiro. Elegāter igitur ædificet agricola, nec si tamen ædificator, atque areæ idem tantum complectatur, quod ait Cato, quantum ne uilla fundum quærat, neue fundus uillam, cuius uniuersum situm qualem oporteat esse, nunc explicabimus. quod inchoatur ædificium, sicut salubri regio-

ne, ita saluberrima parte regionis debet cõstitui. nam circunfusus aer, atque corruptus plurimas affert corporibus nostris causas offensarum. Sunt quædam locꝰ, quæ solstitijs minus concaleſcunt, sed frigoribus hyemis intolerabiliter horrent, sicut Thebas ferunt Bœotias. Sũt quæ tepent hyeme, sed æstate sæuissime candent, ut affirmant euboicam Calcidem. Petatur igitur aer calore, & frigore temperatus, quẽ ferè medius obtinet collis, quod neque depressus hyeme pruinis torpet, aut torret æstate uaporibus, neque elatus in summa montiũ perexiguis uentorum motibus, aut pluuijs omni tempore anni sæuit. Hæc igitur est medij collis optima positio, loco tamen ipso paululum intumescente, ne cum à uertice torrens imbribus conceptus effluxerit, fundamenta conuellat.

De Aqua. Caput. V.

SIT Autem uel intra uillã, uel extrinsecus inductus fons perennis, lignatio, pabulumq; uicinum. Si deerit fluens unda, putealis quæratur in uicino, quæ non sit haustus profundi, nõ amari saporis, aut salsi. hæc quoq; si deficient, & spes arctior aquæ manantis cœgerit, uastæ cisternæ hominibus, piscinæq; pecoribus instruãtur, colligendæ aquæ tandẽ pluuiali, quæ salubritati corporis est accommodatissima. sed ea sic habetur eximia, si fictilibus tubis in contectam ostiam deducatur. huic proxima fluẽs aqua è montibus oriunda, si per saxa præceps deuoluitur, ut est in quarcæno campaniæ. Tertia putealis, uel collina, uel quæ non infima ualle reperitur. Deterrima palustris, quæ pigro lapsu repit. Pestilens, quæ in palude semper consistit. Hic idem tamen humor quamuis nocentis naturæ, temporibus tamen hyemis edomitus imbribus mitescit, ex quo cœlestis aqua maxime salubris intelligitur, quod etiam uenenati liquoris eluit perniciem. sed hanc potui probatissimam diximus. Cæterum ad æstiuum temperandos calores, & amœnitatem locorum, plurimum conferunt salientes riui, quos (si conditio loci patietur) qualescunq; dummodo dulces, utiq; perducendos in uillam cenſeo. Sin summotus longius à collibus erit amnis, & loci salubritas, editioq; situs ripæ permittet superponere uillam profluenti, cauendum tamen erit, ut à tergo potius, quàm præ se flumen habeat, & ut ædificij frons auersa sit ab infestis eius regionis uentis, & amicissimis aduersa, cum pleriq; amnes æstate uaporatis, hyeme frigidis nebulis caligent, quæ nisi ui maiore inspirantiũ uentorum submouentur, pecudibus, hominibusq; conferunt pestem. Optime autem salubribus, ut dixi, locis ad orientem, uel ad meridiem, grauibus ad septentrionem uilla conuertitur. eademq; semper mare recte

recte conspicit, cum pulsatur, ac fluctu respergitur, nunquam ex ripa, sed paulum summota à litore. Nã præstat à mari longo potius interuallo, quàm breui refugisse, quia media sunt spatia grauioris halitus, nec paludem quidem uicinam esse oportet ædificijs, nec iunctam militarem uiã, quod illa caloribus noxiũ uirus eructat, & infestis aculeis armata gignit animalia, quæ in nos densissimis examinibus inuolant. Tum etiã natricum, serpentiumq; pestes hyberna desitutas uligine, cœno, & fermentata colluuie uenenatas emittit, ex quibus sæpe contrahuntur cæci morbi, quorum causas ne medici quidẽ perspicere queunt. sed & anni toto tempore situs, atq; humor instrumentũ rusticum, supellectilemq;, & inconditos, conditosq; fructus corrũpit. Hæc autem prætereuntium uiatorum populationibus, & assiduis diuertentiũ hospitijs infestat rem familiarem, propter quæ cenſeo eiusmodi uitare incommoda, uillamq; nec in uia, nec pestilenti loco, sed procul, & editiore situ condere, ut frons eius ad oriẽtem æquinoctialem directa sit. Nam eiusmodi positio mediũ, temperatumq; libramentum uentorum hyemalium, & æstiuorum tenet, quantoq; fuerit ædificij solũ pronius oriẽti, tanto & æstate liberius capere perflatus, & hyemis procellis minus infestari, & matutino regelari ortu poterit, ut concreti rores liqueſcant, quoniã ferè pestilens habetur, qđ est remotum, ac siniſtrũ soli, & apricis flatibus, quibus si careat nulla aliauis potest nocturnas pruinas, & quodcunq; rubiginis, aut spurciciæ resedit, siccare, atq; detergere. hæc autem cum hominibus afferant perniciem, tum & armentis, & uirentibus, eorumq; fructibus. Sed quisquis ædificia uolet in decliuibus areis extruere, semper ab inferiore parte auspicetur, quia cum ex depressiore loco fuerint orsa fundamẽta, non solum superficiem suam facile sustinebunt, sed et prosultura, & substructione fungentur aduersus ea, quæ mox si forte uillã prolatare libuerit, ad superiorẽ partem applicabuntur. quippe ab imo præstructa ualenter resistent contra ea, quæ postmodũ superposita incumbent. at si summa pars cliui fundata, propriam mollem susceperit, quicqd ab inferiore mox apposueris, fissum erit, rimosumq;. Nã nouum cum ueteri adstruitur, rimosoq; recens, ædificiũ quasi surgenti reluctans oneri cedit, & qđ prius extructum iminebit cedẽti paulatim degrauatũ pondere suo præceps attrahetur. Igitur id structuræ uitiũ cum primũ statim fundamenta iaciuntur, euitandũ est.

De positione uillæ. Cap. VI.

MODVS autem, membrorumq; numerus aptetur uniuerso conſepto, & diuidatur in tres partes, urbanam, rusticam, et fructuariã.

Vrbana rursus in hyberna, et æstiua sic digeratur, ut spectent hyema
lis temporis cubicula brumalem orientẽ, cœnationes æquinoctialem
occidentem. Rursus æstiua cubicula spectent meridiem æquinoctia-
lem, sed cœnationes eiusdẽ temporis prospectent hybernum orientẽ,
Balnearia occidenti æstiuo aduertantur, ut sint post meridiẽ, & usq;
in uesperum inlustria. Ambulationes meridiano æquinoctiali subie-
ctæ sint, ut & hyeme plurimum solis, & æstate minimum recipiãt.
At in rustica parte magna, & alta culina ponetur, ut & contignatio
careat incendij piculo, & in ea cõmode familiares omni tempore an-
ni morari queant. Optime solutis seruis cællæ meridiẽ æquinoctialẽ
spectantes fient, uinctis q̃ saluberrimum subterraneum ergastulum,
plurimis sitq; id angustis illustratum fenestris, atq; à terra sic editis,
ne manu contingi possint. Pecudibus fiant stabula, quæ neq; frigore,
neq; calore infestentur, domitis armentis duplicia bubilia sint, hyber
na, atq; æstiua. Cæteris autem pecoribus, quæ intra uillã esse cõuenit,
ex parte tecta loca, ex parte sub dio parietibus altis circunsepta, ut il
lic per hyemem, hic per æstatem sine uiolẽtia ferarũ congescant. Sed
omnia stabula sic ordinentur, neqs humor insluere possit, & ut qsq;
qui ibi conceptus fuerit, q̃ celerrime dilabatur, ut nec fundamenta pa
rietum corrumpantur, nec ungulæ pecudum. Lata bubilia esse opor
tebit pedes X. uel minime nouem, quæ mensura & ad procumben-
dum pecori, & iugario ad circumeundum laxa ministeria præbeat.
Non altius edita esse præsepia conuenit, quàm ut bos, aut iumentum
sine incommodo stans uescì possit. Villico iuxta ianuam fiat habita-
tio, ut intrantium, exeuntiumq; conspectum habeat. Procuratori su-
pra ianuam ob easdem causas, & is tamen uillicum obseruet ex uici-
no. Sitq; utriq; proximum horreum, quò conferatur omne rusticum
instrumentum, & intra id ipsum clausus locus, quò ferramenta con-
dantur. Bubulcis, pastoribusq; cællæ ponantur iuxta sua pecora, ut
ad eorum curam sit opportunus excursus. Omnes tamen q̃ proxime
alter ab altero debent habitare, ne uillici diuersas partes circumeuntis
sedulitas distendatur, & ut inter se diligentiæ, & negligentiæ cuiusq;
testes sint. Pars autem fructuaria diuiditur in cællam olearium, tor-
cularia, cællã uinariã, defrutariã, fœnilia, palearia q̃; & apothecas,
& horrea, ut ex ijs, quæ sunt in plano, custodiam recipiant humida
rum rerum tanq̃ uini, aut olei uenalium. Siccæ autem res congeran-
tur tabulatis, ut frumenta, fœnum, frondes, paleæ, cæteraq; pabula.
sed granaria, ut dixi scalis adeantur, & modios fenestellis aquilo-
nibus inspirentur. Nam ea cœli positio maxime frigida, & minime
humida est, quæ utraq; perennitatem conditis frumentis asserunt. Ea-

dem

dem ratio est in plano sitæ uinariæ cællæ, quæ summota procul es-
se debet à balneis, fumo, stercorilinio, reliquis q̃; immunditijs tetrum
odorem spirãtibus, nec minus à cisternis, aquis ue salientibus, ex qui-
bus qui extrahitur humor, uinum corrumpit. Neq; me præterit se-
dem frumentis optimam quibusdam uideri horreum camera contec-
tum, cuius solum terrenum prius, quàm consternatur perfossum,
& amurca recenti non salsa madefactum, uelut signinum opus pa-
uiculis condensatur. Tum deinde cum exaruit simili modo pauimen-
ta testacea, quæ pro aqua receperint amurcam mistam calci, & are-
næ supersternuntur, & magna ui pauiculis inculcantur, atq; expo-
liuntur, omnesq; parietum, & soli iunctura testaceis puluinis fibu-
lantur. Nam ferè cum his partibus ædificia rimas egerunt, caua præ-
bent, & latebras subterraneis animalibus. Sed & lacubus distin-
guntur granaria, ut separatim quæq; legumina ponantur. Parietes
oblinuntur amurca subacto luto, cui pro paleis admista sunt arida
oleastri, uel si ea non sunt, oleæ folia. Deinde cum prædictum tecto
rium inaruit, rursus amurca respergitur, qua siccata, frumentum in-
fertur. Ea res ab noxa curculionum, & similium animalium com-
modissime uidetur conditas fruges defendere, quæ nisi diligenter re-
positæ sint, celeriter ab ijs consumuntur. Sed id genus horrei, qd̃ scri-
psimus, nisi sit in sicca positione uillæ, quamuis granum robustissi-
mum corrũpit situ, qui si nullus adsit, possunt etiam de fossa frumen
ta seruari, sicut transmarinis quibusdam prouincijs, ubi puteorũ in
modum, quos appellant Syros, exhausta humus, editos à se fructus
recipit. Sed nos in nostris regionibus, quæ redundant uligine, magis
illam positionem pensilis horrei, & hanc curã pauimentorũ, & pa-
rietum probamus, quoniam (ut retuli) sic emunita sola, & latera hor
reorum prohibent curculionem, quod genus exitij cum incidit, multi
opinantur arceri posse, si exesæ fruges in horreo uentilentur, & quasi
refrigerentur. Id autem falsissimum est. neque enim hoc facto expel-
luntur animalia, sed immiscentur totis aceruis, qui si maneant imo-
ti, summis tantum partibus infestantur, quoniã infra mensuram pal
mi non nascatur curculio. longeq; præstat id solum, qd̃ iam uitiatum
est, quàm totum periculo subijcere. nam cum exiget usus, facile est eo
sublato, qd̃ uitiatum erit, integro inferiore uti. sed hæc, & si extrin-
secus, non tamen intempestiue uideor hoc loco retulisse. Torcularia
præcipue, cællæq; olearias cælidæ esse debent, quia commodius omnis
liquor uapore soluitur, ac frigoribus magis constringitur. Oleum, qd̃
minus prouenit, si cõgelatur, fraæscet, sed ut calore naturali est opus,
qui contingit positione cœli, & declinatione, ita non est opus ignibus,

aut flammis, quoniam fumo, & fuligine sapor olei corrumpitur. Propter quod torcular debet à meridiana parte inlustrari, necesse ne habeamus ignes, lucernamq; adhibere, cum premetur olea. Cortinale ubi defrutum fiat, nec angustum, nec obscurum sit, ut sine incommodo ministet, qui sapam decoquet, uersari possit. Fumarium quoq;, quo materia (si non sit iampridem cæsa) festinato cæsa tur, in parte rusticæ uillæ fieri potest iunctum rusticis balneis. nam eas quoque refert esse, in quibus familia, sed tantum feriis lauetur. Neque enim corporis robori conuenit frequens usus earum. Apothecæ recte superponentur his locis, unde plerunque fumus earum exoritur, quoniam uina celerius uetustescunt, quæ fumi quodam tenore præcoquem maturitatem trahunt. Propter quod & aliud tabulatum esse debebit, quo admoueantur, ne rursus nimia suffitione mediocria sint, qđ ad uillæ pertinet situm, partiumq; eius dispositionem satis dictum est. Circa uillam deinceps hæc esse oportebit, furnum, & pristinum, quantum futurus numerus colonorum postulauerit. Piscinas minimum duas, alteram, quæ anseribus, ac pecoribus seruiat, alteram, in qua lupinum, uimina, & uirgas, atque alia, quæ sunt usibus nostris apta macerentur. Sterquilinia quoque duo sint. unum, quod noua purgamenta recipiat, & in annum conseruet, alterum, ex quo uetera uehantur. sed utrunq; more piscinarum deuexum leni cliuo, & extructum, pauimentumq; solum habeat, ne humorem transmittant. Plurimum enim refert non adsiccato sucu fimum uires continere, & assiduo macerari liquore, ut si qua interiecta sint stramentis, aut paleis, spinarum, uel grammum semina intereant, nec in agrum exportata, segetes herbidas reddant. Ideoq; periti rustici quicquid ouilibus, stabulisq; conuersum progesserunt, superpositis uirgeis cratibus tegunt, nec arescere uentis sinunt, aut solis incursu patiuntur exuri. Area, si competit, ita constituenda est, ut uel à domino, uel certè à procuratore despici possit. Eaq; optima est siliceo constrata, quod & celeriter frumenta deterantur, non cedente solo pulsibus ungularum, tribularumq;, & eadem cuentilata mundiora sunt, lapillisq; carent, & glebulis, quas per triturã ferè terrena remittit area. Huic autem nubilarium applicari debet, maximeq; in Italia propter inconstantiam cæli, quo collata semitrita frumenta protegantur, si subitaneus imber incesserit. Nã in transmarinis quibusdam regionibus, ubi æstas pluuia caret, superuacuum est. Pomaria quoque, & hortos oportet septo circundari, & esse in propinquo, atq; in ea parte, quò possit omnis stercorata colluuies cortis, balineorumq;, & oleis expressa amurcæ sanies influere. nã eiusmodi quoq; lætatur alimentis, & olus, & arbor.

De officijs

De officijs patrisfamilias. Cap. VII.

HIS omnibus ita uel acceptis, uel compositis præcipua cura domini requiritur, cum in cæteris rebus, tum maxime in hominibus. Atq; hi uel coloni, uel serui sunt soluti, aut uincti. Comiter agat cum colonis, facilemq; se præbeat, & auarius opus exigat, quam pensiones, quoniam & minus id offendit, & tamen in uniuersum magis prodest. Nam ubi sedulo colitur ager, plerunque compendium, nunquam (nisi si cæli maioris, aut prædonis incessit) detrimentum affert, eoq; remissionem colonus petere non audet. Sed nec dominus in unaquaq; re, cui colonum obliguerit, tenax esse iuris sui debet, sicut in diebus pecuniarum, ut lignis, & cæteris paruis accessionibus exigendis, quarum cura maiorem molestiam, quàm impensam rusticis affert. Nec sanè est uindicandum nobis quicquid licet. Nam summum ius antiqui summam putabant crucem. Nec rursus in totum remittendum, quoniam uel optima nomina non appellando, fieri mala fœneratur Alphius dixisse uerissime fertur. Sed & ipse nostra memoria ueterem consularem, uirumq; opulentissimum L. Volusium asseuerantem audiui patrisfamilias felicissimum fundum esse, qui colonos indigenas haberet, & tanquam in paterna possessione natos iam inde à cunabulis longa familiaritate retineret. Ita certe mea fert opinio rẽ malam esse frequentem locationem fundi, peiorem tamen urbanum colonum, qui per familiam mauult agrum, quàm per se colere. Saserna dicebat ab eiusmodi homine ferè pro mercede litem reddi. Propter quod operam dandam esse, ut & rusticos, & eosdem assiduos colonos retineamus, cum aut nobismetipsis non licuerit, aut per domesticos colere non expedierit, quod tamen non euenit, nisi in his regionibus, quæ grauitate cæli, soliq; sterilitate uastantur. Cæterum cum mediocris adest, & salubritas, & terræ bonitas, nunquã nõ ex agro plus sua cuique cura reddidit, quàm coloni, nunquam non etiam uilici, nisi si maxima uel negligentia serui, uel rapacitas interuenit. Quæ utraque peccata plerunq; uitio domini uel committi, uel foueri nihil dubium est, cum liceat aut cauere, ne talis præficiatur negotio, aut iam præpositus, ut submoueatur, curare. In longinquis tamen fundis, in quos non est facilis excursus patrisfamilias, cum omne genus agri tolerabilius sit sub liberis colonis, quàm sub uillicis seruis habere, tum præcipue frumentarium, quẽ minime (sicut uineas, aut arbustum) colonus euertere potest, & maxime uexant serui, qui boues elocant, eosdemq;, & cætera pecora male pascunt, nec industrie terrã uertunt, longeq; plus imputant seminis iacti, quàm quod seuerint. Sed

nec quod terræ mandauerint sic adiuuant, ut recte proueniat. idq; cum in aream contulerunt, per triturarum quotidie minuunt uel fraude, uel negligentia. Nam & ipsi diripiunt, & ab alijs furibus non custodiunt. Sed nec conditum cum fide, rationibus inferunt, ita fit, ut & actor, & familia peccent, & ager sæpius infametur, quare talis generis prædium, si (ut dixi) domini præsentia caritu-rum est, censeo locandum.

De Pecore, & pecorum magistris. Cap. VIII.

PROXIMA est cura de seruis, cui quenque officio præponere conueniat, quosq;, & qualibus operibus destimare. Igitur præmoneo, ne uillicum ex eo genere seruorum, qui corpore placuerunt, instituamus, ne ex eo quidem ordine, qui urbanas, ac delicatas artes exercuerit. Socors, & somniculosum genus id mancipiorum otijs, campo, circo, theatris, aleæ, popinæ, lupanaribus consuetum, nunquam non easdem ineptias somniat, quas cum in agriculturam transtulit, non tantum in ipso seruo, quantum in uniuersa re detrimenti dominus capit. Eligendus est rusticis operibus ab infante duratus, & inspectus experimentis. Si tamen is non erit, de ijs præficiatur, qui seruitutem laboriosam tolerauerunt. Iamq; is transcenderit ætatem primæ iuuentæ, nec dũ senectutis attigerit, illa ne & authoritatem detrahat ad imperiũ, cum maiores dedignentur parere adolescentulo. Hæc ne laboriosissimo succumbat operi. Mediæ igitur sit ætatis, & firmi roboris, peritus rerum rusticarum, aut certe maxime curæ, quo celerius addiscat. Nam non est nostri negotij alterum imperare, & alterum docere. neque enim recte opus exigere ualet, qui quid, aut qualiter faciẽdum sit, ac subiecto, discit. Potest etiam illiteratus, dummodo tenacissimæ sit memoriæ, rem satis commode administrare. Eiusmodi uilli cũ Cornelius Celsus ait, sæpius numos domino, quàm librum afferre, quia nescius literarum, uel ipse minus possit rationes confingere, uel per aliũ propter conscientiam fraudis timere. Sed qualicunque uillico contubernalis mulier assignanda est, quæ contineat eum, & in quibusdam rebus tamen adiuuet. Idemq; actori præcipiendum est, ne conuictum cum domestico, multoq; minus cum extero habeat. Nonnunquam tamen eum, quem assidue sedulũ, & fortem in operibus administrãdis cognouerit, honoris causa mensæ suæ die festo dignetur adhibere. Sacrificia nisi ex præcepto domini ne fecerit. Aruspices, sagasq; quæ utraq; genera uana superstitione rudes animos ad impensas, ac deinceps ad flagitia compellunt, ne admiserit. neque

rit. neque urbem, neque ullas nundinas nouerit, nisi emendæ, uẽdendæue pertinentis ad rei causa. Villicus enim (quod ait Cato) ambulator esse non debet, nec egredi terminos, nisi ut addiscat aliquã culturã, & hoc si ita in uicino est, ut cito remeare possit. Semitas, nouosq; limites in agro fieri ne patiatur, neue hospitem nisi amicum familiæ remq; domini necessarium receperit. ut ab his arcendus, ita exhortandus est ad instrumentorum, ferramentorumq; curam, ut duplicia, quàm numerus seruorum exigit, refecta, & reposita custodiat, nequid à uicino petendum sit, quia plus in operis seruorum, quàm in precio rerum eiusmodi consumitur. Cultum, uestitumq; familiam magis utiliter, quàm delicate habeat, munitumq; diligenter à uento, frigore, pluuiaq;, quæ cuncta prohibentur pellibus maniacis, centonibus confectis, uel sagis cucullis. id si fiat. nullus dies tam intolerabilis est, quo non sub diuo moliri aliquid possit. Nec tantum operis agrestis sit artifex, sed & animi, quantum seruile patitur ingenuum, uirtutibus instructus, ut neque remisse, neque crudeliter imperet. Semperq; aliquos ex melioribus foueat, parcat tamen etiam minus bonis, ita ut potius timeant eius seueritatem, quàm crudelitatem deuitentur. Id contingere poterit, si maluerit custodire subiectos, ne peccent, quàm negligentia sua committere, ut puniat delinquentes. Nulla est autem maior uel nequissimi hominis custodia, quàm operis exactio, ut iusta reddantur, ut uillicus semp se repræsentet. Sic enim & magistri singulorum officiorum sedulo munia sua exequẽtur, & cæteri post fatigationem operis quieti, ac somno potius, quàm delitijs operam dabunt. Iã illa uetera, sed optimi moris, quæ nunc exoleuerunt, utinam possint obtineri, ne conseruo ministro quoquam nisi in re domini utatur, ne cibum nisi in conspectu familiæ capiat, neue alium, quàm qui cæteris præbetur. sic enim curabit, ut & panis diligenter confiat, & reliqua salubriter apparentur. Ne extra fines nisi à se missum, progredi sinat. Sed nec ipse mittat nisi magna necessitate cogente. Neue negotietur sibi, pecuniamq; domini aut animalibus, aut rebus alijs promercalibus occupet. Hæc enim negotiatio curam uillici auocat, nec unquam patitur eum cum rationibus domini paria facere. Sed ubi numeratio exigetur, rẽ pro numis ostendit. In uniuersum tamen hoc maxime obtinendum ab eo est, nequid se putet scire, quod nesciat, quæratq; semper addiscere, quod ignorat. Nã cum multum prodest perite quid facere, tum plus obest perperã fecisse. Vnum enim, ac solum dominatur in rusticatione, quicquid exigit ratio culturæ semel facere, quippe cum emendatur uel imprudentia, uel negligentia iam res ipsa decoxit. Nec in tantum postmodum exuberat, ut & rem

amissam restituat, & quæstum temporum præteritorum resarciat.

In cæteris seruis hæc ferè præcepta seruanda sunt, quæ me custodisse non pœnitet, ut rusticos, qui modo non incommode se gessissent, sæpius quàm urbanos, familiariusq; alloquerer, & cum comitate domini leuari perpetuum laborem eorum intelligerem. Nonnunquam etiam iocarer, & plus ipsis iocari permitterem. Iam illud sæpe facio, ut quasi cum peritioribus de aliquibus operibus nouis deliberem, & per hoc cognoscam cuiusque ingenium quale, quamq; sit prudens. Tum etiam libentius eos id opus aggredi uideo, de quo secum deliberatum, & consilio ipsorum susceptum putant nam illa solennia sunt omnibus circunspectis, ut ergastuli manapia recognoscant. Vt explorent, an diligenter uincta sint, an ipsæ sedes custodiæ satis tutæ, munitæq; sint, num uillicus aut alligauerit quempiã domino nesciente, aut reuinxerit. nam utrunque maxime seruare debet, ut & quem paterfamilias tali pœna multauerit, uillicus nisi eiusdem permissu compedibus non eximat, & quẽ ipse sua sponte uinxerit ante, quã sciat dominus, non resoluat, tantoq; curiosior inquisitio patrisfamilias debet esse pro tali genere seruorum, ne aut in uestiarijs, aut in cæteris præbitis iniuriose tractentur, quanto & pluribus subiecti, ut uilicus operum magistris, ut ergastularijs, magis obnoxij perpetiendis iniurijs, & rursus sæuitia, atque auaritia læsi magis timendi sunt. Itaque diligens dominus, cum & ab ipsis, tum & absolutis, quibus maior est fides, quærat an ex sua constitutione iusta percipiant. Atq; ipse panis, potionisq; bonitatem gustu suo exploret, uestem, manicas, pedumq; tegmina recognoscat. Sæpe etiam quærendi potestatem faciat de ijs, qui aut crudeliter eos, aut fraudulenter infestent. Nos quidem aliquanto iuste dolentes, tam uindicamus, quàm animaduertimus in eos, qui seditionibus familiam concitant, qui calumniantur magistros suos, ac rursus præmio prosequimur eos, qui strenue, atque industrie se gerunt. Fœminis quoque fœcundioribus, quarum in sobole certus fuerit numerus honorari debet, otium nonnunquam, & libertatem dedimus, cum complures natos educässent. nã cui tres erant filij, uacatio, cui plures, libertas quoque contingebat. Hæc enim iustitia, & cura patrisfamilias multum confert augendo patrimonio. Sed & illa meminerit, cum è ciuitate remeauerit, deos penates adorare, deinde, si tempestiuum erit, confestim, si minus, postero die fines oculis perlustrare, & omnes parietes agri reuisere, atq; æstimare, num quid absentia sua de disciplina, & custodia remiserit. Num aliqua uitis, num arbor, num fruges absint. tum etiam pecus, & familiam recenseat. fundiq; instrumentum, & supellectilem quæ cuncta si per

plures annos facere instituerit, bene moratam disciplinam, cum sene ctus aduenerit, obtinebit. Nec erit ulla eius ætas annis ita confecta ut spernatur à seruis.

Qualis corporaturæ manapia, cuique operi contribuenda sunt. Cap. IX.

DICENDVM etiam est, quibus operibus, quemq; habitum corporis, aut animi contribuendum putemus. Magistros pecoribus oportet præponere sedulos, ac frugalissimos. eares utraq; plusquam corporis statura, roburq; confert huic negotio, quoniam id ministerium custodiæ diligentis, & artis officium est. Bubulco quamuis necessaria, non tamen satis est indolis mentis, nisi eum nastitas uocis, & habitus metuendum pecudibus efficiat. Sed temperet uires clementia, quoniam terribilior debet esse, quàm sæuior, ut & obsequantur eius imperijs, & diutius perennent boues non confecti uexatione simul operum, uerberumq;. Sed quæ sint magistrorum munia, quæq; bubulcorum, suo loco repetam. Nũc ammonuisse satis est, nihil in his, in illis plurimum referre uires, & proceritatem. Nam longissimum quenque aratorẽ (sicut dixi) facimus, & propter id, quod paulo ante retuli, & quod in re rustica nullo minus opere fatigatur prolixior, quia in arando stuæ penè rectus innititur. mediastinus qualiscunq; status potest esse, dummodo perpetiendo labori sit idoneus. Vineæ nõ sic alto, quemadmodum latos, & lacertosos uiros exigunt. nam is habitus fossuris, & putationibus, cæterisq; earum culturis magis aptus. Minus in hoc officio, quàm in cæteris agricolatio frugalitatem requirit, quia & in turba, & sub monitore uinitor opus facere debet. Ac plerunq; uelocior animus est improborum hominum, quàm desyderat huius operis conditio, non solum enim fortem, sed & acuminis strenui ministrum postulat. Ideoq; uineta plurimum per alligatos excoluntur. Nihil tamen eiusdem agilitatis homo frugi non melius quàm nequam facit. Hoc interposui, nequis existimet in ea me opinione uersari, qua malim per noxios, q̃ per innocentes rura colere. Sed & illud cõsone confundantur opera familiæ, sic ut omnes omnia exequantur. Nam id minime conducit agricolæ, seu quia nemo suum proprium aliquod esse opus credit, seu quia, cum enixus est nõ suo, sed communi officio proficit, ideoq; labori multum se subtrahit. nec tamen uiritim malefactum deprehẽditur, quod fit à multis, propter quod separãdi sunt aratores à uinitoribus, & uinitores ab aratoribus, ijq; à mediastinis. Classes etiam non maiores, quàm denum hominum facundæ, quas decurias appellauerunt antiqui, & maxi-

me probauerunt, quod is numeri modus in opere cõmodissime custodiretur, nec præeuntis monitoris diligentiam multitudo cõfunderet. Itaque si latior est ager, in regiones deducendæ sunt eæ classes, diuidendumq; ita opus, ut neque singuli, biniue sint, quoniã dispersi non facile custodiuntur. Nec tamen supra decem, ne rursus ubi nimia turba sit, id opus ad se pertinere singuli non existiment. Hæc ordinatio non solum cõnatat æmulationem, sed & deprehendit ignauos. Nam cum certamine opus excitetur, tum in cessantes animaduersio iusta, & sine querela uidetur adhiberi. Sed nimirum dum quæ maxime prouidenda sunt agricolæ futuro præcipimus, de salubritate, de uia, de uicino, de aqua, situ uillæ, fundi modo, colonorum, & seruorũ generibus, officiorum, operumq; distributione, tempestiue per hæc ad ipsum iam terræ cultum peruenimus, de quo pluribus libro insequente mox disseremus.

LVCII IVNII MODERATI COLVMELLAE DE RE RVSTICA LIBER SECVNDVS.

Terram nec senescere, nec fatigari, si stercoretur. Cap. I.

VAERIS EX ME Publi Siluine, quod ego sine cunctatione non recusõ docere, cur priore libro ueterum opinionem ferè omnium, qui de cultu agrorum locuti sunt, à principio cõfestim repulerim, falsamq; sententiã repudiauerim cõsentium longo æui situ, longq; iã temporis exercitatione fatigatam, & effœtam humum cõsenuisse. Nec te ignoro cum & aliorum illustrium scriptorum, tum præcipue Tremellij authoritatem reuereri, qui cum plurima rusticarum rerum præcepta simul eleganter, & scite memoriæ prodiderit, uidelicet illectus nimio fauore priscorum de simili materia differentium, falsõ credidit parentem omnium terram, sicut muliebrẽ sexum ætate aniliã iam confectam, progenerandis esse fœtibus inhabilem. Quod ipse quoq; cõfiterer, si in totum nullæ fruges prouenirent. Nam & hominis tum demum declaratur sterile senũ, non cum desinit mulier trigeminos, aut geminos parere, sed cum omnino nullũ cõceptum edere ualet. Itaque transactis iuuentæ temporibus, etiam si longa uita supersit, partus tamen annis denegatus, nõ restituitur. At è contrario seu spõte, seu quolibet casu destituta humus, cum est repetita cultu, magno fœnore cessationis colono respondet. Non ergo est exiguarum frugum causa terræ uetustas, si modo cum semel inuasit senectus, regressum non habet, nec reuiresc̃re, aut repubesc̃re potest, sed ne lassitudo quidem soli minuit agricolæ fructum. neque enim prudentis est adducti tanquam in hominibus nimia cõporis exercitatione, aut oneris alicuius pondere, sic cultibus, & agitationibus agrorũ fatigationem succedere. Quid ergo est inquis, qđ asseuerat Tremellius intacta, & syluestria loca, cum primum cœperint cultu exuberare, mox deinde non ita respõdere laboribus colonorum? Videt sine dubio quid eueniat, sed cur id accidat, nõ peruidet. neque enim ideirco rudis, & modo ex syluestri habitu in aruũ transducta fœcundior haberi terra debet, quod sit requietior, & iunior, sed quod multorum annorum frondibus, & herbis, quas suapte natura progenerabat, uelut saginata largioribus pabulis facilius edendis, educandisq; frugibus sufficit. At cum perruptæ rastris, & aratris radices herbarum, ferroq; succisa nemora frondibus suis desierunt alere matrẽ, quæq; temporibus autumnũ frutetis, & arboribus delapsa folia superiaciebantur, mox cõuersa uomeribus, & inferiori solo, quod plerunque est exilius permista, atque absumpta sunt, sequitur, ut destituta pristinis alimentis macrescat humus. Non igitur fatigatione, quemadmodum plurimi crediderunt, nec senio, sed nostra scilicet inertia minus benigne nobis arua respondent. Licet enim maiorem fructum percipere, si frequenti, & tempestiua, & modica stercoratione terra refoueatur, de cuius cultu dicturos nos priori uolumine polliciti iam nunc disseremus.

Quot sint genera terreni, quot deinde species generibus subiungantur. quod solum maxime probetur. Cap. II.

CALLIDISSIMI rusticarũ rerũ Siluine genera terreni tria esse dixerunt. campestre, collinum, montanũ. Campũ non æquissima situm planicie, nec perlibrata, sed exigue prona. Collem clementer, & molliter assurgentem. Montem non sublimem, & asperum, sed nemorosum, & herbidum maxime probauerunt. His autem generibus singulis senæ species contribuuntur. soli pinguis, uel macri, soluti, uel spissi, humidi, uel sicci. quæ qualitates inter se mistæ uicibus, & alternatæ plurimas efficiunt agrorum uarietates. eas enumerare non est artificis agricolæ. Neq; enim artis officiũ est per species, quæ sunt innumerabiles, euagari, sed ingredi per genera quæ possunt, & cogitatione mentis, & ambitu uerborum facile cõpulari. Recurrendũ est igitur ad qualitatum inter se dissidentium, quasi quasdã coniunctio-

nes, quas græci συζυγίαν ἐναντιοτήτων, nos discordantium comparationes tolerabiliter dixerimus. Atq; etiam significandum est ex omnibus, quæ terra progeneret, plura campo magis, quàm colle, plura pingui solo, quàm macro lætari. De siccaneis, & riguis non comperimus ultra numero uincant, cũ utiq; penè infinita sint, quæ sicis, quæq; humidis locis gaudent, sed ex his nihil non melius resoluta humo, quàm densa prouenit. quod noster quoq; Virgilius cum, & alias fœcundi arui laudes retulisset, adiecit.

» Et cui putre solum, nanq; hoc imitamur arando.

Neque enim aliud est colere, quàm resoluere, & fermentare terram, ideoq; maximos quæstus ager præbet. idem pinguis, ac puris, quia cum plurimum reddat, minimum poscit, & quod postulat, exiguo labore, atq; impensa conficitur. Præstantissimum igitur tale solũ iure dicatur. Proximum deinde huic pinguiter densum, quod impensam coloni, laboremq; magno fœtu remunerator. Tertia est ratio loci rigui, quia sine impensa fructum reddere potest. Hanc primam Cato esse dicebat, qui maxime reditum pratorum cæteris anteponebat sed nos de agitatione terræ nunc loquimur, non de situ. Nullum deterius habetur genus, quàm quod est siccum pariter, & densum, & macrũ, quia cum difficulter tractetur, tum ne tractatum quidem gratiã refert, nec relictum pratis, uel pascuis abunde sufficat. Itaq; hic ager siue exercetur, seu cessat, colono est penitendus, ac tanquam pestilens refugiendus. Nam ille mortem facit, hic terrimam comitem mortis famem. Si tamen græcis camœnis habemus fidem clamitantibus. λιμῷ δ' οὔτιδανὸν θανέειν, κὴν πότμον ἐπιαφεῖν. Sed nunc potius uberioris soli meminerimus, cuius demonstrãda est duplex ratio, culti, et syluestris, de syluestri regione in aruorũ formã redigẽda prius dicemus, quoniã est antiquis facere agrũ, quàm colere. Incultum igitur locũ cõsyderemus, siccus, an humidus, nemorosus arboribus, an lapidibus confragosus, iuncõne sit, an gramine uestitus, ac filicis, aliisue frutetis impeditus. si humidus erit, abundãtia uliginis, ante siccetur fossis. earum duo genera cognouimus, cæcarum, & patentium, spissis atque cretosis regionibus apertæ relinquũtur. at ubi solutior humus est, aliquæ fiunt patentes, quædam etiam obcæcantur, ita ut in patentes ora hiantia cæcarum competant, sed & patentes latius, & apertas summa parte, declinesq;, & ad solũ coarctatas, imbricibus supinis similes facere conueniet. nam quarũ rectæ sunt latera, celeriter aquis uitiantur, & superioris soli lapsibus replentur. Opertæ rursus obcæcari debebunt, sulcis in altitudinem tripedaneam depressis, qui cum parte dimidia lapides minutos, uel nudam glareã reperient, æquẽ-

tur superiecta terra, quæ fuerat effossa. Vel si nec lapis erit, nec glarea, sarmentis connexus uelut funis informabitur in eam crassitudinem. quam solum fossæ possit angustæ, quasi accommodatam coarctatamq; capere. Tum per imum contendetur, ut supercælatis cupressinis, uel pineis, aut si eæ non erunt, aliis frondibus terra contegatur, in principio, atque exitu fossæ more ponticulorũ binis saxis tantummodo pilarũ uice constitutis, & singulis superpositis, ut eiusmodi constructio ripam sustineat, ne præcludatur humoris illapsu, atque exitu. Nemorosi, fruticosiq; tractus duplex cura est, uel ex stirpandis radicitus arboribus, & remouẽdis, uel (si raræ sint) tantum succidẽdis, incendendisq;, & inarandis. at saxosum facile est expedire lectione lapidum, quorum si magna est abundantia, uelut quibusdam substructionibus partes agri sunt occupandæ, ut reliquæ emundentur, uel in altitudinem sulco depresso lapides obruendi, quod tamen ita faciendũ erit, si suadebit operarũ uilitas. Iunci, & graminis pernicies repastinatio est, filicis frequẽs exstirpatio, quæ uel aratro fieri potest, quoniã intra bienniũ sæpius conuulsæ moriũtur, celerius etiã si eodem tempore stercores, & lupino, uel faba conseras, ut cum aliquo reditu medearis agri uitio. Nanq; constat filicem sationibus, & stercoratione facilius interimi. Verum & si subinde nascentem falce decidas, quod uel puerile opus est, intra prædictum tempus uimacitas eius absumitur. sed iam expedienti rudis agri rationem sequitur cultorũ noualium cura, de qua mox quid censeã profitebor. si quæ ante discenda sunt aruorum studiosis præcepero. Plurimos antiquorum, qui de rusticis rebus scripserunt, memoria repeto, quasi confessa, nec dubia signa pinguis, ac frumentorum fertilis agri prodidisse, dulcedinem soli propriam, herbarum & arborum prouentum, nigrum colorẽ, uel cinereũ. De cæteris ambigo, de colore satis admirari non possum cum alios, tum Cornelium Celsum, non solum agricolationis, sed uniuersæ naturæ prudentem uirũ, sic & sententia, & usu deerrasse, ut oculis eius tot paludes, tot etiã campi salinarũ non occurrerent, quibus ferè contribuuntur prædicti colores. Nullum enim temere uidemus locum, qui modo nigrum contineat humorem, non eundẽ uel nigri, uel cinerei coloris, nisi forte in eo fallor ipse, quod nõ putem aut in solo limosæ paludis, & uliginis amaræ, aut in maritimis areis salinarũ gigni posse iacta frumenta, sed est manifestior hic antiquorũ error, qui im ut pluribus argumentis conuincendus sit, non ergo color tanquam certus author, testis est bonitatis aruorum. Et ideo frumentarius ager, ideſt pinguis magis aliis qualitatibus æstimandus est. Nam ut fortissimæ pecudes diuersos, ac penè innumerabiles, sic etiã robu-

fissimæ terræ plurimos, & uarios colores sortitæ sunt. Itaque cõsyderandum erit, ut solum, quod excolere destinamus, pingue sit. Per se tamen id parum est, si dulcedine careat. quod utrunque satis expedita nobis ratione contingit discere. nam perexigua conspergitur aqua gleba, manuq; subigitur, ac si glutinosa est, & quouis leuissimo tactu pressa inhærescit, & picis in morem ad digitos lentescit habendo, ut ait Virgilius. Eademq; illisa humo non dissipatur. ea res admonet nos inesse tali materiæ naturalem succum, & pinguitudinem. Sed & si uelis scrobibus egestam humum reõndere, & recalcare, cum aliquo quasi fermento abundauerit, certum erit esse eam pinguem, cum defuerit exilem, cum æquauerit, mediocrem, quanquam istæ, quæ nunc retuli, non tam uera possint uideri, quàm si sit pulula terra, quæ melius prouentu frugum approbatur. Sapore quoque sic dignoscemus, si ex ea parte agri, quæ maxime displicebit, effossæ glebæ, & in fictili uase madefactæ dulci aqua permiscẽtur, ac more feculenti uini diligenter colatæ gustu explorentur. Nam qualem traditum ab eis retulerit humor saporem, talem esse dicemus eius soli. sed citra hoc experimentum multa sunt, quæ & dulcem terram, & frumentis habilem significent, ut iuncus, ut calamus, ut gramen, ut trifolium ebulum rubi prunis syluestres, & alia complura, quæ etiã indagatoribus aquarum nota, non nisi dulcibus terræ uenis educantur. Nec contentos esse nos oportet prima specie summi soli, sed diligenter exploranda est inferioris materiæ qualitas, terrena nec'ne sit. Frumentis autem sat erit, si æque bona subierit bipedana humus. arboribus altitudo quatuor pedum abunde est. Hæc cum ita exploraverimus, agrum sationibus faciundis expediemus. Is autem non minimum exuberat, si curiose, & scite subigitur. quare antiquissimi ferè omnes formam huius operis cõscripsere, quam uelut scita legemq; in proscindendis agris sequantur agricolæ. Igitur in opere boues arcte iunctos habere conuenit, quo speciosius ingrediantur sublimes, et elatis capitibus, ac minus colla eorum labefactentur, iugumq; melius aptum ceruicibus insidat. Hoc enim genus iuncturæ maxime probatum est. Nam illud, quod in quibusdam prouincijs usurpatur, ut cornibus illigetur iugum, ferè repudiatum est ab omnibus, qui præcepta rusticis conscripserunt, neq; immerito. plus enim queunt pecudes collo, & pectore conari, quàm cornibus. Atque hoc modo tota mole corporis, totoq; pondere nituntur. at illo retractis, & resupinis capitibus excruciantur, ægreq; terræ summam partem leui admodum uomere sauciant. Et ideo minoribus aratris moliuntur, qui non ualent alte per fossam noualium terrã rescindere. quod cum fit omnibus

bus uirentibus plurimum confert. nam penitus aruis sulcatis maiore incremento segetum, arborumq; fœtus grandescunt. Et in hoc igitur à Celso dissentio, qui reformidans impensam, quæ scilicet largior est in amplioribus armentis, censet exiguis uomeribus, & dentalibus terram subigere, quo minoris formæ bubus administrari id possit, ignorans plus esse reditus in ubertate frugum, quàm impendij, si maiora mercemur armenta, præsertim in Italia, ubi arbustis, atq; oleis consitus ager altius resolui, ac subigi desyderat, ut & summæ radices uitium, olearumq; uomeribus rescindantur, quæ si maneant frugibus, obsint, & inferiores penitus subacto solo facilius capiant humoris alimentum. Potest tamen illa Celsi ratio Numidiæ, & Aegypto conuenire, ubi plerunque arboribus uiduum solum frumentis seminatur. Atq; eiusmodi terram pinguibus arenis putrem ueluti cinerem solutam, quamuis leuissimo dente moueri satis est. Bubulcum autem per proscissum ingredi oportet, alternisq; uersibus obliquum tenere aratrũ, & alternis recto, plenoq; sulcare sed ita ne cubi crudum solum, & immotum relinquat, quod agricolæ scamnum uocant. Boues, cum ad arborem uenerint, fortiter retinere, ac retardare, ne in radicem maiore nisu uomis impactus colla commoueat. neue aut cornu bos ad stipitem uehementius offendat, aut extremo iugo truncum delibet, ramumq; deplantet, uoce potius, quàm uerberibus terreat. ultimaq; sine opus recusantibus remedia, plagæ. Nunquam stimulo lacessat Iuuencum, quod retrectantem, calcitrosumq; eum reddit, nonnunquam tamẽ admoneat flagello, sed nec in media parte uersuræ consistat, detq; requiem in summa, ut spe cessandi totum spacũ bos agilius enitatur. Sulcum autem ducere longiorem, quàm pedum centum uiginti, contrarium pecori est, quoniam plus æquo fatigatur, ubi hunc modum excessit. Cum uentum erit ad uersuram, in priorem partem iugum propellat, & boues inhibeat, ut colla eorum refrigescant, quæ celeriter conflagrant (nisi assidue refrigerentur) & ex eo tumor, ac deinde ulcera inuadunt. Nec minus dolabra, quàm uomere bubulcus utatur, et præfractas stirpes, summasq; radices, quibus ager arbusto consitus implicatur, omneis refodiat, ac persequatur.

Quæ cura adhibenda sit bubus ab opere disiunctis. Cap. III.

BOVES Cum ab opere disiunxerit, substrictos confricet, manibusq; comprimat dorsum, & pellem reuellat, nec patiatur corpori adhærere, quia id genus morbi maxime est armentis noxium. Colla subigat, merumq; faucibus (si æstuauerint) infundat. Satis autem est singulis binos sextarios præbere. Sed ante ad præsepia boues religari

non expedit, quùm sudare, atq; anhelare desierint, cum deinde tempestiue potuerint uescì, non multum, nec uniuersum cibum, sed partibus, & paulatim præbere conuenit. Quem cum assumpserint ad aquam duci oportet, sibiloq; allectari, quo libẽtius bibant, tum demũ reductos largiori pabulo satiari. Hactenus de officio bubulci dixisse abunde est, sequitur, ut tempora quoq; subigendi arui præcipiamus.

Quo anni tempore campi arandi sint, & quomodo. Cap. IIII.

PINGVES campi, qui diutius continent aquam, proscindendi sunt anni tempore iam incalescente, cum omnes herbas ediderint, neq; adhuc earum semina maturuerint, sed tam frequẽtibus, densisq; sulcis arandi sunt, ut uix dignoscatur in utram partem uomer actus sit, quoniam sic omnes radices herbarum perruptæ necantur. Sed & compluribus iterationibus sic resoluatur uersactum in puluerem, ut uel nullam, uel exiguam desyderet occationem, cum seminauerimus. nam ueteres romani dixerunt male subactum agrum, qui satis frugibus occandus sit. eũ porrò an recte aretur, frequenter explorare debet agricola. Nec tantum usu, qui fallitur nonnunquam, superfusa terra latentibus scamnis, uerumetiam tactu. qui minus decipitur, cum solidi rigoris admota pertica transuersis sulcis inseritur. ea si æqualiter, ac sine offensione penetrauit, manifestum est totum solum deinceps esse motum. sin autem subeunti durior aliqua pars obstitit, crudum uersactum esse demõstrat. Hoc cum sæpius bubulci fieri uidẽt, non committunt scamna facere. Igitur uliginosi campi proscindi debent post idus mensis Aprilis. Quo tempore cum arati fuerint diebus interpositis circa solstitium, quod est nonum, uel octauum Calendas iulias, iterato esse oportebit, ac deinde circa Septembris Calendas tertiato. cum id tempus ab æstiuo solstitio conuenit inter peritos rei rusticæ non esse arandum, nisi si magnis (ut fit nonnunquam) ac subitaneis imbribus, quasi hybernis pluuijs terra pmaduerit. Quod cũ accidit, nihil prohibet, quo minus mense Iulio uersacta subigantur. sed quandocunq; arabitur, obseruabimus, ne lutosus ager tractetur, neue exiguis nimbis semimadidus, quam terram rustici uariam, atriosamq; appellant. ea est cum post longas siccitates leuis pluuia superiorẽ partem glebarum madefecit, inferiorem non attingit. Nã quæ limosa uersantur arua, toto anno desinunt posse tractari. nec sunt habilia sementi, aut occationi, aut sationi. At rursus, quæ uaria subacta sunt, continuo triẽnio sterilitate afficiũtur. Medium igitur temperamentũ maxime sequamur in arandis agris, ut neque succo careant, nec abũdent

uligine. Quippe nimius humor (ut dixi) limosos, lutososq; reddit. at quæ siccitatibus aruerunt, expediri probe nõ possunt. nam uel respuitur duritia soli dens aratri. uel siqua parte penetrauit, non minute diffindit humum, sed uastos cæspites conuellit, quibus obiacentibus impeditum arum minus recte potest iterari, quia ponderibus glebarũ, sicut aliquibus obstantibus fundamentis uomis à sulco repellitur. quo euenit, ut in iteratione quoq; scamna fiant, & boues iniquitate operis maxime multentur. Accedit huc, quod omnis humus quamuis lætissima, tamen inferiorem partem ieiuniorẽ habet, eamq; attrahunt exilitatæ maiores glebæ. Quo euenit, ut in fœcũdior materia mista pinguiori segetem minus uberem reddat, tum etiam ratio rustici aggrauatur exiguo profectu operis. Iusta enim fieri nequeunt, cum induruit ager. Itaque siccitatibus cænseo, quod iam proscissum est, iterare, pluuiamq; operiri, quæ madefacta terra, facilem nobis culturã præbeat. Sed iugerum talis agri quatuor operis expeditur, nã cõmode proscinditur duabus. una iteratur. tertiatur dodrante. in liram statim redigitur quadrante opere. Liras autem rustici uocant easdem porcas, cum sic aratum est, ut inter duos latius distantes sulcos medius cumulus sicciam sedem frumentis præbeat. Colles pinguis soli peracta satione trimestri, mense Martio, si uero tepor cœli, siccitasq; regiõis suadebit, Februario, statim proscindẽdi sunt. Deinde de Aprili medio usq; in solstitium iterandi, tertiandiq;. Septembri, circa æquinoctium, ac totidem operis, quot uliginosi campi excolitur iugerum talis agri. sed in arando maxime est obseruandum, semper ut trasuersus mons sulcetur. Nam hac ratione difficultas accliuitatis infringitur, laborq; pecudum, & hominum commodissime sic minuitur. Paulum tamen quotiescunque iterabitur, modo in elatiora, modo in depressiora cliui obliquum agi sulcum oportebit, ut in utranq; partem rescindamus, nec eodem uestigio terram moliamur. Exilis ager planus, qui aquis abundat, primum aretur, ultima in parte mensis Augusti. Subinde Septẽbri sit iteratus, paratusq; sementi circa æquinoctium. Expeditior autem labor eiusmodi solo est, eo quod pauciores impenduntur operæ. nam tres uni iugero sufficiunt. Item graciles cliui non sunt astante arandi, sed circa Septembres Calendas, quoniam si ante hoc tempus proscinditur, effœta & sine succo humus æstiuo sole peruritur, nullasq; uirium reliquias habet. Itaque optime inter Calendas, & idus Septembris aratur, ac subinde iteratur. ut primis pluuijs æquinoctialibus conseri possit. neque in lira, sed sub sulco talis ager seminandus est.

Exilis terra quomodo stercoretur. Cap. V.

PRIVS tamen, quàm exilem terram iteremus, stercorare conueniet. nam eo quasi pabulo gliscit. In campo rarius, in colle spissius, acerui stercoris instar quinque modiorum disponentur, atque in plano pedes interualli quoquo uersus octo, in cliuo duobus minus relinqui sat erit. sed id nobis, decrescente luna fieri placet, nam ea res herbis liberat segetes. Iugerum autem desyderat, quod spissius stercoratur, uehes quatuor, & uiginti, quod rarius, duodeuiginti. Disiectum deinde protinus simum inarari, & obrui conuenit, ne solis halitu ires amittat. et ut permista humus prædicto alimento pinguescat. Itaq; cum in agro disponētur acerui stercoris, non debet maior modus eorum dissipari, quàm quem bubulci eodem die possint obruere.

De generibus seminum. Cap. VI.

QVONIAM Sementi terram docuimus præparare, nunc seminum genera persequemur. Prima, & utilissima sunt hominibus frumenta triticum, & semen adoreum. Tritici genera complura cognouimus. Verum ex his maxime serēdum est, quod robus dicitur, quoniam & pondere, & nitore præstet. Secunda conditio est habenda siliginis, cuius species in pane præcipua pondere deficitur. Tertium erit trimestre, cuius usus agricolis gratissimus. Nā ubi propter aquas aliá ue causam matura satio est omissa, præsidium ab hoc petitur. Id genus est siliginis. Reliquæ tritici species, nisi siquos multiplex uarietas frugum, & inanis delectat gloria, superuacuæ sunt. Adorei autem plerunq; uidimus in usu genera quatuor. Far, quod appellatur clusinum candoris nitidi. Far, quod uocatur uenuculum rutilum, atq; alterum candidum, sed utrunq; maioris ponderis, quàm clusinum. Semen trimestre, quod dicitur haliæstrum, idq; pondere, & bonitate est præcipuum. Sed hæc genera tritici, & adorei propterea custodienda sunt agricolis, quod raro quisquam ager ita situs est, ut uno semine contenti esse possimus, interueniente parte aliqua uel uliginosa, uel arida. Triticum autem sicco loco melius coalescit. Adoreum minus infestatur humore.

De generibus leguminum. Cap. VII.

LEGVMINVM genera cum sint complura, maxime grata, & in usu hominum uidentur, faba, lenticula, pisum, phaselus, cicer, cannabis, milium, panicum, sesama, lupinum, linum etiam, & ordeum, quia ex eo ptisana est. item pabulorum optima sunt medica, & fœnum græcum. nec minus uicia. Proxima deinde cicera, & eruum, & farrago,

& farrago, quæ est ex ordeo. sed de his prius disseremus, quæ nostra causa seminantur, memores antiquissimi præcepti, quo monemur, ut locis frigidis nouissime, tepidis celerius, calidis ocyssime seramus. Nunc autem proinde, ac si temperatæ regioni præcepta dabimus.

Quod sit seminandi tempus. Cap. VIII.

PLACET Nostro poetæ adoreum, atque etiam triticum non ante seminare, quàm occiderint uergiliæ, quod ipsum numeris sic edisserit.

At si triticeam in messem robustaq; farra
Exercebis humum, solisq; instabis aristis,
Ante tibi eoæ Atlantides abscondantur. Abscondūtur autem

altero, & trigesimo die post autumnale æquinoctium, quod ferè conficitur nono Calendas Octobris, propter quod intelligi debet tritici satio dierum sex, & quadraginta ab occasu uergiliarum, qui fit ante diē. IX. Cal. Nouemb. ad brumæ tempora. Sic enim seruant prudentes agricolæ, ut quindecim diebus prius, quàm conficiatur bruma, tū demq; post eam confectam neq; arent, neq; uitem, aut arborem putent. Nos quoque non ambigimus in agro temperato, & minime humido sementem sic fieri debere. Cæterum locis uliginosis, atque exilibus, aut frigidis, aut etiam opacis plerunque citra Calēdas Octobris seminare conuenire, dum sicca tellure licet, dum nubila pendent, ut prius conualescant radices frumentorum, quàm hybernis imbribus, aut geliciis, pruinisue insistentur. Sed q̄us tempi estiue sementis confecta erit, cauebitur tamen, ut patentes liras, crebrosq; sulcos aquarios, quos nonnulli elices uocant, faciamus, & omnem humorem in colliquias, atq; inde extra segetes deriuemus. Nec ignoro quosdam ueteres authores præcepisse, ne seminarentur agri, nisi cum terra pluuijs permaduisset. Quod ego, si tempestiue competat, magis conducere agricolæ non dubito. Sed si (quod euenit nonnunq̄) seri sunt imbres, quamuis sitienti solo recte semen committitur idq; etiam in quibusdā prouincijs, ubi status cœli talis est, usurpatur. Nam quod sicco solo ingestum, & incœptum est, perinde ac si repositum in horreo non corrumpitur. Atq; ubi uenit imber, multorum dierum sementis uno die surgit. Tremellius quidem asseuerat, prius quàm impleuerit, ab auibus, aut formicis satum edi, ubi æstuis serenitatibus ager aret. Idq; etiā sæpius nos experti, uerum adhuc esse cōperimus. Magis apte tamen in eiusmodi agris adoreum, quam triticum seritur, quoniam folliculum, quo continetur, firmum, & durabilem aduersus longioris tēporis humorem habet.

Quot seminum modios iugerum postulet, & medicinæ seminum. Cap. IX.

IVGERVM agri pinguis plerunq; modios tritici quatuor, mediocris quinq; postulat. Adorei modios nouem, si est lætum solum, si mediocre, decem desyderat. Nam quamuis de mensura minus authoribus conuenit, hanc tamen uideri commodissimã docuit noster usus, quem siquis sequi recusat, utatur præceptis eorum, qui uberem cumpum in singula iugera tritici quinq;, & adorei octo modijs obserere præcipiunt. Atque hac portione mediocribus agris semina præbenda censent. Nobis ne istam quidem, quam prædiximus, mensurã semper placet seruari, quod eam uariat aut loci, aut temporis, aut cœli cõditio. Loci, cum uel in campis, uel collibus frumentum seritur, atq; his uel pinguibus, uel mediocribus, uel macris. Temporis, cum autumno, aut etiam ingruente hyeme frumenta iacimus. Nam prima sementis rarius serere permittit, nouissima spissius postulat. Cœli, cum aut pluuium, aut siccum est. Nam illud idem, quod prima sementis, hoc quoq; ultima desyderat. Omne autem frumentum maxime campo patente, & ad solem prono, apricoq;, & soluto lætatur. Collis enim quãuis granum robustius aliquanto, minus tamen tritici reddit. Densa, cretosaq;, & uiginosa humus siliginem, & far adoreum non incommode alit. Ordeum nisi solutum, & siccum locum non patitur. Atq; illa uicibus annorum requietum, agitatumq; alternis, & q̃ lætissimũ uolunt aruũ. Hoc nullam mediocritatem postulat. nam uel pingissima uel macerrima humo iaciatur, perit. illa post continuos imbres, si necessitas exigat, quãuis adhuc limoso, & madente solo sparseris, iniuriam sustinent. Hoc si lutoso commiseris, emoritur. Siliginis autem, uel tritici, si mediocriter cretosus, uliginosus ue ager est, etiam paulo plus, q̃ ut prius iam dixi, quinq; modijs ad sationem opus est. at si siccus, et resolutus locus, idemq; uel pinguis, uel exilis est, quatuor, quoniam et è contrario macer tantundem seminis poscit. Nam nisi rare conseritur, uanam, & minutam spicam facit. at ubi ex uno semine pluribus culmis fruticauit, etiam ex rara segete dẽsam facit. Inter cætera quoque non ignorare debemus quintam partem seminis amplius occupare agrum consitum arbusto q̃ uacuum, & apertum. Atq; adhuc de satione autumnali loquimur, hanc enim potissimum ducimus. Sed & est altera, cum cogit necessitas, trimestrẽ uocant agricolæ. Ea locis prægelidis, ac niuosis, ubi æstus est humida, & sine uaporibus recto committitur. Cæteris admodum raro respondet, quam tamen ipsam celeriter, & utiq; ante æquinoctium uernum conueniet peragere. Si

uero locorum, & cœli conditio patietur, quanto maturius seuerimus, tanto commodius proueniet. Neq; enim est ullum (sicut multi crediderunt) natura trimestre semen, quippe idem iactum autumno melius respondet. Sed sunt nihilo minus quædam alijs potiora, quæ sustinere ueris tepores, ut siligo, & ordeum galathicum, & haliæstrum, granumq; fabæ marsicæ. Nam cætera robusta frumenta semper ante hyemem seri debent in regionibus temperatis. Solet autem salsam nonnũquam, & amarã uliginem uomere terra, quæ quamuis matura iam fata manante noxio humore corrumpit, et locis glabrentibus sine ullæ stirpe seminum arcas reddit. Ea glabreta signis adhibitis notari conuenit, ut suo tempore uitijs eiusmodi medeamur. nam ubi uel uligo, uel aliqua pestis segetem enecat, ibi columbinum stercus, uel si id non est, folia cupressi conuenit spargi, et inarari. Sed antiquissimum est oẽm inde humorem facto sulco, deducere, aliter uana erunt prædicta remedia. Nonnulli pelle hyænæ satoriam trimodiam uestiunt, atq; ita ea, cum paulum immorata sunt semina iacunt, non dubitantes prouentura, quæ sic sata sint. Quædam etiam subterraneæ pestes adultas segetes radicibus sub sectis enecant. Id ne fiat remedio est aquæ misti sucus herbæ, quam rustici sedum appellant, nam hoc medicamine una nocte semina macerata iaciuntur. Quidam cucumeris anguinei humorem expressum, & eiusdem tritum radicem diluunt aqua, similiq; ratione madefacta semina terræ mandant. Alij hac eadem aqua, uel amurca insulsa, cum cæpit infestari seges, perfundũt sulcos, & ita noxia animalia summouent. Illud deinceps præcipiẽdum habeo, ut demessis segetibus iam in area futuro semini cõsulamus. Nã quod ait Celsus, ubi mediocris est fructus, optimam quanq; spicam legere oportet, seperatimq; ex ea semen reponere. Cum rursus amplior messis prouenerit, quicquid exteretur, capisterio expurgandum erit, & semper quod propter magnitudinem, ac pondus in imo subsederit, ad semen reseruandum. Nam id plurimum prodest, quia quãuis celerius locis humidis, tamen etiam siccis frumenta degenerant, nisi cura talis adhibeatur. neque enim dubium est, ex robusto semine posse fieri non robustum. Quod uero protinus exile natum sit, nunquam robur accipere manifestum est. Ideoq; Virgilius cum & alia, tum & hoc de seminibus præclare sic disseruit.

Vidi ego lecta diu, & multo spectatu labore
Degenerare tamen, niuis humana quotannis
Maxima quæq; manu legeret, sic omnia fatis
In peius ruere, ac retro sublapsa referri.

Granum autem rutilum si cum diffissum est, eundem colorẽ interio-

rem habet, integrum esse non dubitamus. Quod extrinsecus albidũ, intus etiam conspicitur candidum, leue, ac uanum intelligi debet. nec nos tanquam optabilis agricolis fallat siligo. Nam hoc triticum uitium est, & quamuis candore præstet, pondere tamen uincitur. Verum in humido statu cœli recte prouenit, et ideo locis manantibus magis apta est. Nec tamen ea longe nobis, aut magna difficultate requirenda est. Nã omne triticum solo uliginoso post tertiã sationem cõuertitur in siliginem. Proximus est hic frumentis usus ordei, quod rustici hexastichum, quidam etiam cantherinum appellant, quoniam & alia animalia, quæ ruri sunt, melius q̃ triticum, et hominem salubrius, quàm malum triticum pascit. Nec aliud in egenis rebus magis inopiam defendit. Seritur soluta, siccaq; terra, & uel prænalida, uel exili, quia constat arua segetibus eius macescere, propter quod pinguissimo agro, cuius nimijs uiribus nocẽri non possit, aut macro, cui nihil aliud committitur. Altero sulco seminari debet post æquinoctium media ferè sementi, si læto solo, si gracili maturius. Iugerum quinq; modij occupabunt. Idq; ubi paulum maturuerit, festinantius, quàm ullum aliud frumentum demetendum erit. Nam & fragili culmo, & nulla uestitum palea granum eius celeriter decidit, ũsdemq; de causis facilius teritur, quàm cætera. Sed cum eius messem sustuleris, optimum est noualia pati anno cessare, si minus stercore saturare, et omne uirus, qđ adhuc ineſt terræ, propulsare. alterum quoq; genus ordei est, quod alij distichũ, galathicum nonnulli uocant, põderis, et candoris eximij, adeo ut tritico mistum egregia cibaria familiæ præbeat. Seritur quã pinguissimis, sed frigidis locis circa Martium mensem. Melius tamen respondet, si clementia hyemis permittit, cum seminatur circa Idus Ianuarias. Iugerum sex modios postulat. Inter frumenta etiam panicum, & milium ponenda sunt, quamuis iam leguminibus ea contribuerim. Nam multis regionibus cibarijs eorum coloni sustinentur. Leuem, solutam q; humum desyderant. Nec in sabuloso solo, sed in arena quoq; proueniunt modo humido cœlo, uel riguo solo (nam siccum, cretosum q; reformidant). Ante uer seri non possunt, quoniam teporibus maxime lætantur, ultima tamen parte Martij mensis commodissime terræ committuntur. Nec impensa graui sationem cultoris onerant, quippe sexturijs ferè quatuor iugerum implent. Frequentem tamen exigunt sarritionem, & runcationem, ut herbis liberentur. Ea cum spicas ediderunt, prius quàm semina hient æstibus, manu carpũtur, & suspensa in sole cum assiccata fuerint, reconduntur. Atque ita reposita perennat diutius, quàm cætera. Panis ex milio conficitur, q̃ ante quàm refrigescat, sine fastidio potest absumi. Panicum pinsitum,

& euolutum fari fure, sed & milium quoque, pultem, quauis inopia, maxime cum lacte non fastidiendam præbet.

Quod solum cuiq; legumini conueniat. Cap. X.

QVONIAM de frumentis abunde præcepimus, de leguminibus deinceps disseramus. Lupini prima ratio est, quod & minimum operarum absumit, & uilissime emitur, & maxime ex ijs, quæ serũtur, iuuat agrum. Nam uineis iam emaciatis, & aruis optimum stercus præbet, ac uel effoeto solo prouenit, uel repositum in granario patitur æuum. Boues per hyemem coctum, macerat um q; probe alit. Famem quoq;, si sterilitas annonæ incessit hominibus, commode propulsat. Spargitur statim ex area. Atq; id solum omnium leguminum nõ desyderat requiem in horreo. siue Septembri mense ante æquinoctiũ, seu protinus à Calendis Octobris crudis noualibus ingeras. Et qualitercunq; obruas, sustinet coloni negligentiã. Teporem tamen autũni desyderat, ut celeriter confirmetur. Nam si non ante hyemẽ conualuerit, frigoribus affligitur. Reliquum quod seminis supereſt, in tabulatum, quò sumus puenit, optime reponis, quoniã si humor inuasit, uermes gignit, qui simulatq; oscilla lupinorum ederunt, reliqua pars enasci non potest. Id, ut dixi, exilẽ amat terram, et rubricam præcipue. Nam cretam reformidat, limosõq; non exit agro. Iugerum decem modij occupant. Ab hoc rectè phaselus terræ mandabitur, uel in uer uacto, uel melius pingui, & restibili agro. Nec amplius quatuor modijs iugerum obseritur. Similis quoq; ratio est pisi, quod tamen facilẽ, & solutam terram desyderat, tepidumq; locum, & cœlum frequentis humoris. Eadem mensura iugerum, uel modio minus, quàm phaselum licet obserere primo tempore sementis ab æquinoctio autumnali. Fabæ pinguissimus locus, uel stercoratus destinatur, & si ueruactiũ erit in ualle situm, quod à superiore parte sucum accipit, prius tamẽ iaciemus semina, deinde pr scindemus terram, proscissamq; in liram reuocabimus, occabimusq;, quo altius largiore humo contegatur. Nã id plurimum refert, ut radices enatorum seminũ penitus demersæ sint. Sin autem proximæ messis occupandũ erit restibile, desectis stramentis quatuor et uiginti uehes stercoris in iugerum disponemus, dissipabimusq;. Et similiter cum semen crudo solo ingesserimus, inarabimus, imporcatumq; occabimus, quamuis sint, qui negent locis frigidis oportere occari fabam, quia extantes glebæ à gelicidijs adhuc eã teneram uindicent, & aliquem teporem frigore laborãti præbeant. Sunt etiam qui putent in aruis hanc eandẽ uicẽ stercoris fungi, quod sic ego interpretor, ut existimem nõ sationibus eius pingueſcere

humum,sed minus hanc,quàm cætera semina uim terræ cõsumere. Nam certum habeo frumentis utiliorem agrum esse, qui nihil,quam qui istam siliquam proximo anno tulerit. Iugerum agri(ut Tremellio)quatuor(ut nobis uidetur) fabæ sex occupant modij,si solum pingue sit,si mediocre,paulo amplius. Eaq; nec macrum nec nebulosum locum patitur. Densa tamen humo sæpe commode respondet. Media sementi pars seri,& pars ultima debet,quæ septimuncialis satio dicitur. Tempestiua,frequentius,nonnunq; tamen sera,melior est. Post brumam parum recte seritur,pessime uere,quãuis sit etiam trimestris fabã,quæ mense Februario seratur,quinta parte amplius, quàm matura,sed exiguas paleas nec multam siliquam facit. Veteres itaq; rusticos plerunq; dicentes audio,malle se matura fabalia,quàm fructum trimestrem. Sed quocunq; tempore anni seretur,opera danda erit, ut quantum destinauerimus in sationem,tantum quintadecima luna, si tamen ea non transcurret eo die solis radios,quod græci ἀπόκαυσιν uocant. Si minus quartadecima utiq; adhuc crescente lumine spargetur,etiam si confestim totum semen operiri non poterit. Nihil enim nocebitur ei nocturnis roribus,aliis'ue ex causis,dum à pecore,et auibus uindicetur. Priscis autem rusticis,nec minus Virgilio prius amurca,uel nitro macerari eam,& ita seri placuit.

Lætior ut fœtus siliquis fallacibus esset,
Et quamuis igni exiguo properata maderent.

Nos quoq; sic mediocrem comperimus, cum ad maturitatẽ perducta sit minus à curculione infestari. Sed & illud quod deinceps dicturi sumus experti,præcipimus,silente luna fabam uellito ante lucem. Deinde cum in area exaruerit,confestim prius quàm luna incrementũ capiat,excussam,refrigeratamq; in granarium conferto. Sic condita à curculionibus erit innoxia. Maximeq; ex leguminibus ea,& sine iumentis teri,& sine uento purgari expeditissime sic poterit. Medius fasciculorum numerus resolutus in extrema parte areæ collocetur,quẽ per longissimum eius,mediũq; spatiũ tres uel quatuor homines promoueant pedibus,& baculis furcalisue cõtundant. deinde cum ad alteram partem areæ peruenerint,in aceruum culmos regerãt. Nã semina excussa in area iacebunt,superq; ea paulatim eodem modo reliqui fasciculi excutientur. Ac durissime quidem acus resectæ,separatæq; erunt à cudẽtibus. minutæ uero quæ de siliquis cum fabã resederunt,aliter secernentur. Nã cum aceruus paleis,granisq; mistus in unum fuerit congestus,paulatim ex eo uentilabris per longum spacium iactetur,quo facto,palea,quæ leuior est,citra decidet, fabæ, quæ longius emittetur,pura eò perueniet, quò uentilator eã iaculabitur.

Lentem sementi media,crescente luna usq; in duodecimam, solo tenui, & resoluto,uel pingui,& sicco maxime loco,seri conuenit. nã in flore facile luxuria & humore corrũpitur,quæ ut celeriter prodeat,et ingrandescat,ante quàm seratur,fimo arido permisceri debet,& cũ ita quatuor,aut quinq; diebus requieuerit spargi. Sationes eius duas seruamus,alteram maturam per mediam sementim seriorem alterã mense Februario. Iugerum agri paulo plus,quàm modius occupat. Ea ne curculionibus absumatur(nam etiam dum est in siliqua estur) curandum erit,ut cum extrita sit,in aquã demittatur,& ab inani, quæ protinus innatat, separetur solida. tum in sole siccetur,& radicẽ silphij trita cum aceto aspergatur,defricẽturq;,atq; ita rursus in sole siccata,& mox refrigerata recondatur si maior est modus,in horreo,si minor,in uasis olearijs,salsamentarijsq; quæ repleta cũ conse stim gypsata sunt,quãdocunq; in usus prõpserimus,integrã lentẽ reperiemus. Potest tamen etiam citra istam medicationem cineri mista cõmode seruari. Lini semen,nisi magnus est eius in ea regione,quam colis,prouentus,et precium proritat,serendum non est. agris enim præcipue noxium est. itaque pinguissimum locum, & modicæ humidum poscit. Seritur à Calendis Octobris in ortum aquilæ qui est VII. Idus Decembris,Iugerum agri octo modijs obseritur. Nonnullis placet macro solo quamspissimum semen eius cõmitti, quo tenue linũ proueniat. Idem etiam si læto solo seratur,mense Februario,decẽ modios in iugerũ iaci oportere dicunt. Sesama,quæ rigantur maturius, quæ carent humore,ab æquinoctio autumnali serenda sunt,in Idus Octobris. putre solum,quod campani pullum uocant, plerunq; desyderant non deterius tamen etiã pinguibus harenis,uel congestitia humo proueniunt. tantumq; seminis,quãtum milium panicumq; interdum etiam duobus sextarijs amplius in iugerum spargitur. Sed hoc quidem semen ciliciæ, syriæq; regionibus ipse uidi mense Iunio, Iulioq; conseri,& per autumnum cum permaturuerit,tolli. Cicercula, quæ piso est similis,mense Ianuario,aut Februario fieri debet læto loco,cæloque humido. Quibusdam tamen Italiæ locis ante Calẽdas Nouembris seritur. Tres modij iugerũ implent. Nec ullum legumen minus agro nocet,sed raro respõdet,quoniã nec siccitates,nec austros in flore sustinet,quæ utraq; incõmoda ferè eo tempore anni sunt, quo defloresçit, Cicer,quod arietinum uocatur. itemq; alterius generis,quod punicum seri mense Martio toto potest,cælo humido,loco quamlætissimo. Nam etiam id terram lædit,atq; ideo improbatur à callidioribus agricolis,quod tamen si seri debeat pridie macerãdum erit,ut celerius enascatur. Iugero modij tres abunde sunt. Cannabis solum pingue ster-

coratumq; & riguum,uel planum,atq; humidũ, & alte ſubactum depoſcit. In quadratum pedem ſerũtur grana ſex eius ſeminis arctiſſimo exoriente. quod eſt ultimo menſe Februario circa ſextum aut quintum Cal. Martias. Nec tamen uſq; in æquinoctium uernum, ſi ſit pluuius cœli ſtatus, improbe feretur. Ab his leguminibus ratio eſt habẽda naporum, raporumq;. nam utraq; ruſticos implent. Magis tamen utilia rapa ſunt, quia & maiore incremento proueniunt, & nõ hominem ſolum, uerum etiam boues paſcunt, præcipue in gallia, ubi hiberna cibaria prædictis pecudibus id olus præbet. ſolum putre, et ſolutum res utraq; deſyderat, nec denſa naſcitur humo. Sed rapa campis, & locis humidis lætantur. Napus deuexam amat, & ſiccum, tenuiq; propiorem terrã. Itaq; glareoſis, ſabuloſisq; aruis melior exit. lociq; proprietas utriuſq; ſemen cõmutat. Nanq; in alio ſolo rapa biennio ſata cõuertuntur in napum, in alio napus raporũ accipit ſpeciem. Riguis locis utrunq; recte ab ſolſtitio ſeritur, ſiccis ultima parte menſis Auguſti, uel prima Septembris. Subactum ſolum pluribus iterationibus aratri uel raſtri, largoq; ſtercore ſatiatum poſtulant. Nã id plurimum refert, non ſolum q̃ melius ea proueniunt, ſed q̃ etiam poſt fructum eorum ſic tractatum ſolum ſegetes opimas facit. Iugerum agri non amplius quatuor ſextarijs raporum ſeminibus obſerendum eſt, quarta parte amplius napis ſpargendum, quia non in uentrem lateſcunt, ſed tenuem radicem deorſum agunt. Atque hæc hominum cauſa ſerenda cenſemus, illa deinde pecudum.

De genere pabulorum, & de medica, uicia, farragine, auena, fœno græco, eruo, & cicera. Cap. XI.

PABVLORVM genera cõplura, ſicut medicam, et uiciam, farraginem quoq; ordeaceam, et auenam, fœnum græcum, nec minus eruum, & cicera. Nam cætera neq; enumerare, ac minus ſerere dignamur, excepta tamen cythiſo, de qua dicemus in ijs libris, quos de generibus ſuruulorum cõſcripſimus. Sed ex ijs, quæ placent, eximia eſt herba medica, quod cum ſemel ſeritur, decem annis durat, quod p annum. deinde recte quater, interdũ etiã ſexies demetitur, quod agrũ ſtercorat, quod omne emaciatum armẽtum ex ea pingueſcit, qđ ægro tanti pecori remediũ eſt, q̃ iugerũ eius toto anno tribus equis abũde ſufficit. Seritur, ut deinceps præcipiemus. Locum, in quo medicam proximo uere ſaturus es, proſcindito circa Calendas Octobris, et eũ totã hyeme putreſcere ſinito. Deinde Calendis Februarijs diligenter iterato, & lapides omnes egerito, glebaſq; offringito. Poſtea circa Martium menſem tertiato, & occato. Cum ſic terram ſubegeris, in morẽ horti

areas latus pedum denum, longas pedum quinquagenũ facito, ut per ſemitas aqua miniſtrari poſſit. Aditusq; utraq; parte runcantibus pateat. deinde uetus ſtercus inijcito. atq; item menſe ultimo Aprilis ſerito tantum, quantum ut ſinguli cyathi ſeminis locum occupent decem pedum longum, & quinque latum. quod ubi feceris ligneis raſtris (id enim multum cõfert) ſtatim iacta ſemina obruantur, nam celerrime ſole aduruntur. Poſt ſationem ferro tangi locus nõ debet. Atq;, ut dixi, ligneis raſtris ſarriendus, & identidem runcandus eſt, ne alterius generis herba inualidam medicam perimat. Tardius meſſem primã eius facere oportebit, cum iam ſeminum aliquam partem ieceˊrit. Poſteaq̃ uoles teneram, cum proſiluerit, deſeces licet, & iumentis præbeas. Sed inter initia parcus dum conſueſcant, ne nouitas pabuli noceat. Inflat enim, & multum creat ſanguinem. Cum ſecueris autem, ſæpius eam rigato. Paucos deinde poſt dies, ubi cœperit frutiçare, omneis alterius generis herbas erunçato. Sic culta, ſexies in anno demeti poterit, & permanebit annis decem. Viciæ autem duæ ſationes ſunt. Prima, quam pabuli cauſa circa æquinoctium autumnale ſeremus, ſeptem modios eius in unum iugerum. Secunda, qua ſex modios menſe Ianuario, uel etiam ſerius iacimus ſemini progenerando. Vtraq; ſatio poteſt cruda terra fieri, ſed melius proſciſſa, idq; genus præcipue non amat rores, cum ſeritur. Itaq; poſt ſecundam diei horam, uel tertiam ſpargendum eſt, cum iã omnis humor ſole uento'ue deterſus eſt. neq; amplius proijci debet, quàm quod eodem die poſſit operiri. Nã ſi nox inceſſit, quantulocunq; homore prius quàm obruatur corrumpitur. Obſeruandum erit, ne ante quintam & uigeſimam lunam terræ mandetur. Aliter ſatæ ferè limacem nocere comperimus. Farraginem in reſtibili ſtercoratiſſimo loco, & altero ſulco ſerere conuenit. Ea fit optima, cum cantherini ordei. X. modijs iugerum obſeritur circa æquinoctium autumnale, ſed impendentibus pluuijs, ut conſita, rigataq; imbribus celeriter prodeat, & confirmetur ante hyemis uiolentiam. nam frigoribus cum alia pabula defecerunt, ea bubus, cæterisq; pecudibus optime defectæ præbetur. & ſi depaſcere ſæpius uoles, uſq; in menſem Maium ſufficit. quod ſi etiam ſemen uoles ex ea percapere, à Calen. Martijs pecora depellenda, et ab omni noxa defendẽda eſt, ut ſit idonea frugibus. Similis ſatio auenæ, quæ autumno ſata, partim cæditur in fœnum, uel pabulum dum adhuc uiret, partim ſemini cuſtoditur. Fœnum græcum (quod ſiliquam uocant ruſtici) duo tempora ſationum habet, quorum alterum eſt Septembris menſis (cum pabuli cauſa ſeritur) ijſdem diebus, quibus uicia circa æquinoctium. alterum autem menſis Ianuarij ultimo, uel primo Februarij,

cum in messem seminatur. sed hac ratione iugerum sex modijs, illa septem occupamus. utraq; cruda terra non incommode fit. daturq; opera, ut spissè aretur, nec tamen alte. nam si plus quatuor digitis adobrutum est, semen eius non facile prodit. propter quod nonnulli prius quàm serant, minimis aratris proscindunt, atq; ita iaciunt semina, & sarculis adobruunt. Eruum autem lætatur loco macro, nec humido, quia luxuria plerunq; corrumpitur. Potest & autumno seri, nec minus post brumam Ianuarij parte nouissima, uel toto Februario, dum ante Calen. Martias, quem mensem uniuersum negant agricolæ huic legumini conuenire, quod eo tempore satum pecori sit noxium, & præcipue bubus, quos pabulo suo cerebrosos reddat. quinq; modijs iugerum obseritur. Cicera bubus erui loco, fresa datur in Hispania bæticat, quæ cum suspensa mola diuisa est, paulum aqua maceratur, dum lentescat. Atq; ita mista paleis subtritis pecori præbetur. Sed erui duodecim libræ satisfaciunt uni iugo, cicerae sexdecim. eadem hominibus non inutilis, neq; iniucunda est. Sapore certe nihilo difert à cicercula, colore tantum discernitur. Nam est olsoletior, & nigro propior. seritur primo uel altero sulco mense Martio, ita ut postulat soli lætitia, qđ eadem quatuor modijs, nonnunquam & tribus, interdum etiam duobus, ac semodio iugerum occupat.

Quemadmodum, & quot operis unumquodq; frumentum, & legumen colatur. Cap. XII.

QVONIAM quando quicq; serendum sit persecuti sumus, nunc quemadmodum quotque operis singula eorum, quæ retulimus colenda sint, demonstrabimus. Peracta sementi, sequens cura est sarritionis, de qua non conuenit inter authores. Quidam negant eam quicquam proficere, quod frumenti radices sarculo detegantur, aliquæ etiam succidantur, ac si frigora incasserint post sarritionem gelu frumenta enecentur. Satius autem esse ea tempestiue runcari, & purgari. Pluribus tamen sarriri placet, sed neque eodem modo, neque iisdem temporibus usquequaque fieri. Nam in agris siccis & apricis, simulac primum sarritionem pati queant segetes, debere eas pmota terra adobrui, ut fruticare possint. quod ipsum ante hyemem fieri oportere, deinde post hyemem iterari. In locis autem frigidis, et palustribus plerunque transacta hyeme sarriri, nec adobrui, sed plana sarritione terram permoueri. Multis tamen nos regionibus aptam esse hyemalem sarritionem comperimus, duntaxat ubi & siccitas cœli, & tepores permittunt. Sed nec istud ubiq; fieri consemus, uerum incolarum consuetudine uti. Sunt enim regionum propria munera, sicut Aegypti,

& Africæ, quibus agricola post sementem, ante messem segetem nõ attingit, quoniam cœli conditio, et terræ bonitas ea est, ut uix ulla herba exeat, nisi ex semine iacto, siue quia rari sunt imbres, seu quia qualitas humi sic se cultoribus præbet. In ijs autem locis, ubi desyderatur sarritio, non ante sunt attingendæ segetes, etiam si cœli status permittit, quàm cum sata sulcos contexerint. Triticumq; & adoreum cum quatuor fibras habere cœperint, ordeum cum quinque, faba & cætera legumina cum quatuor digitis à terra extiterint, recte sarrietur. Excepto tamen lupino, cuius semini contraria est sarritio, quoniã unã radicem habet, quæ siue ferro succisa est, seu uulnerata, totus frutex emoritur. Quod etiam si nõ fieret, supernacuus tamen esset cultus, cui sola hæc res adeo nõ infestetur herbis, ut ipsa herbas pimat. At aliæ segetes, quæ uel humidæ moueri possunt, melius tamen siccæ sarriuntur, quoniam sic tractatæ non infestantur rubigine, hordeũ uero nisi siccissimum tangi non debet. Fabam multi ne sarriendam quidem putant, quod et manibus, cum maturuerit ducta secernatur à cætera rũcatione, & internatæ herbæ fœno reseruentur. Cuius opinionis etiam Cornelius Celsus est, qui inter cæteras dotes leguminis hanc quoque enumerat. quod sublata faba fœnum ex eodem loco secari posse dicat. Sed mihi uidetur pessime agricolæ committere, ut satis herba proueniat. Frugibus enim plurimum detrahitur, si relinquitur rũcatio. Neq enim est rusticæ prudentis magis paluis studere pecudum, quàm cibis hominum. cum præsertim liceat illa quoque cultu pratorum consequi. adeoq; fabam sarriendam censeo, ut existimem debere ter sarriri. nam sic cultam comperimus non solum multiplicare fructum, sed exiguam portionem in ualuulis habere. Fresæq; eius & expurgatæ modium penè tam plenum esse, quàm integræ, cum uix minuatur mensura detractis putaminibus. atque in totum (sicut ante iam diximus) hyberna sarritio plurimum iuuat diebus serenis, ac siccis post brumam confectam, mense Ianuario si geliciadia non sint. ea porrò sic debet fieri, ne radices satorum lædantur, & ut potius adobruantur, cumulisq; exaggerentur, ut latius se frutex humi diffundat. id primæ sarritione fecisse proderit, secũda oberit, quia cum pullulare desijt frumentum, putrescit si adobrutũ est. Nihil itaq; amplius in iteratione, quàm remoliri terra debet æqualiter. eamq; transacto æquinoctio uerno statim peragi oportet intra dies uiginti, ante, quàm seges in articulum eat, quoniam serius sarrita corrũpitur insequentibus æstuis siccitatibus, & ardoribus. Subiungenda deinde est sarritioni runcatio, curandumq; ne florentem segetem tangemus, sed aut antea, aut mox cum defloruerit. Omne autem frumentum, et hordeum, qcquid

denique non duplici semine est, spicam à tertio ad quartum nodum emittit, & cum totam edidit octo diebus defloreſcit, ac deinde grandeſcit diebus quadraginta, quibus poſt florem ad maturitatem deuenit. Rurſus quæ duplici ſemine ſunt, ut faba, piſum, lenticula, diebus quadraginta florent, ſimulq; grandeſcunt.

Pro modo cuiuſq; agri quot operæ deſignentur. Cap. XIII.

ET VT IAM percenſeamus quot operis in aream perducantur ea, quæ terræ credidimus. Tritici modij quatuor uel quinq; bubulcorum operas occupant quatuor, occatoris unam, ſarritoris duas primum, & unam cum iterum ſarriuntur, runcatoris unam, meſſoris unam & dimidiam, in totum ſumma operarum decem, & dimidia. Silignis modij quinque totidem operas deſyderant. Seſami modij nouem, uel decem, totidem operas, quot tritici modij quinq; poſtulant. Hordei modij quinq; bubulci operas tres exigunt, occatoriam unam, ſarritoriam unam & dimidiam, meſſoriam unam, ſumma operarum ſex & dimidia. Fabæ modij quatuor, uel ſex, in ueruacto duas operas bubulcorum detinent, at in reſtibili unam. Occantur ſexquiopera. Sarriuntur ſeſquiopera. iterum ſarriuntur una opera, et tertio una, metuntur una. ſumma fit operarum octo, uel ſeptem. uiciæ modij ſex, uel ſeptem, in ueruacto bubulcorum duas operas uolunt, in reſtibili unam. item occantur una opera mutuntur una. ſumma fit operarum quatuor, uel trium. Erui modij quinque totidem operis conſeruntur. occantur una. item ſingulis ſarriuntur, runcantur, metunturq; cuncta ſex operas occupant. Siliquæ modij ſex, uel ſeptem totidem operis obruuntur, metuntur una phaſeoli modij quatuor obruuntur totidem operis, occantur una, metuntur una. Cicerę, uel cicercule modij quatuor operas bubulcorum tres poſtulant, occantur operæ una, runcantur una, uelluntur una. Summa fit ſex operarum. Lentis ſex quimodius totidem operas deſyderat, occatur una, ſarritur duabus, runcatur una, uellitur una. Summa fit operarum octo. Lupini modij decem obruuntur una, occantur una, metuntur una. Miliſ ſextarij quatuor, totidemq; panici bubulcorum operas occupant quatuor, occantur operis tribus, ſarriuntur tribus. quot operis carpantur incertum eſt. Ciceris modij tres operis totidem ſeminantur, occantur duabus, ſarriuntur una, runcantur una, uelluntur tribus. Summa fit decem operarum. Lini decem modij, uel octo, quatuor iugis conſeruntur, occantur operis tribus, runcantur una, uelluntur tribus. Summa fit undecim operarum. Seſami ſextarij ſex tribus iugis à proſciſſione colunt, occantur operis quatuor, ſarriuntur quatuor, & ſarriuntur iterum duabus,

rum duabus, metuntur duabus. Summa fit operarum quindecim. Cannabis ſeritur, ut ſupra docuimus. ſed incertum eſt quantam impenſam, curaq; deſyderet, at media obruitur non aratro, ſed ut dixi, ligneis raſtellis. Iugerum agri eius occatur duabus, ſarritur una, metitur una. Hac conſumatione operarum colligitur poſſe agrum ducentorum iugerum ſubigi duobus iugis boum, totidemq; bubulcis. & ſex mediaſtinis, ſi tamen uacet arboribus, at ſi ſit arbuſtum eundem modum ſaſerna tribus hominibus adiectis aſſeuerat probe ſatis excoli, quæ nos ratio docet ſufficere poſſe iugum bouum tritici centum uiginti quinq; modijs, totidemq; leguminum, ut ſit in aſſem autumnalis ſatio modiorum ducentorum quinquaginta. & poſt hanc nihilo minus conſerat trimeſtrium modios quinq; & ſeptuaginta. Hoc deinde ſic probatur. Semina, quæ quarto ſulco ſeruntur, in iugeribus uiginti quinq; deſyderant bubulcorum operas CXV. nam proſcinditur is agri modus (quis duriſſimi) quinquaginta operis, iteratur quinq;, & uiginti, tertiatur, & conſeritur quadraginta. Cætera legumina occupant opas. LX. ideſt menſes duos. Pluuiales quoq;, & feriarum computantur, q bus non aratur, dies quinq;, & quadraginta. item peracta ſementi, quibus requieſcunt, dies. XXX. Sic in aſſe fiunt octo menſes, & dies decem. Superſunt tamen de anno tres reliqui menſes, & dies quinq;, & uiginti, quos abſumamus, aut in ſatione trimeſtrium, aut in uectura fœni, & pabulorum, & ſtercorum, aliorumq; utenſilium.

Quæ legumina aruis noceant, quæq; proſint. Cap. XIIII.

SED EX ijs, quæ retuli, ſeminibus, idem Saſerna putat alijs ſtercorari, & iuuari agros, alij rurſus peruri, et emaciari. Stercorari lupino, faba, uicia, eruo, lente, cicercula, piſo. De lupino nihil dubito, atq; etiam de pabulari uicia, ſi tamen eam uiridem deſectam confeſtim aratrum ſubſequatur, & quod ſalx reliquerit prius, quàm inareſcat, uomis reſcindat, atque obruat. id enim cedit pro ſtercore. nam ſi radices eius deſecto pabulo relictæ inaruerint, ſuccum omnem ſolo auferent, uimq; terræ abſument. Quod etiam in faba, cæteriſq; leguminibus, q bus terra gliſcere uidetur, ueriſimile eſt accidere, ut niſi protinus ſublata meſſe eorum proſcindatur, nihil ijs ſegetibus, quæ deinceps in eo loco ſeminari debent, profuturum ſit. Ac de ijs quoq; leguminibus, quæ uelluntur Tremellius obeſſe maxime ait ſolo uirus ciceris, & lini, alterum quia ſit ſalſæ, alterum quia ſit feruidæ naturæ. Quod etiam Virgilius ſignificat dicendo.

Vrit enim lini campum ſeges, urit auenæ,
Vrunt lætheo perfuſa papauera ſomno.

Neq; enim dubiũ, quin & iis seminibus infestetur ager, sicut etiã milio, & panico, sed omni solo, quod prædictorũ leguminum segetibus fatiscit, una præsens medicina est, ut stercore adiuues, & absumptas uires hoc uelut pabulo refoueas. Nec tantum propter semina, quæ sulcis aratri committuntur uerumetiam propter arbores, ac uirgulta, quæ maiorem in modum lætantur eiusmodi alimento. quare si est, ut uidetur, agricolis utilissimum, diligentius de eo dicendum existimo, cum priscis authoribus quamuis non omissa res, leui tamen admodũ cura sit prodita.

De generibus stercoris. Cap. XV.

TRIA Igitur stercoris genera sunt præcipua, quod ex auibus, quod ex hominibus, quod ex pecudibus cõsit. Auium primum habetur, quod ex columbarijs egeritur. Deinde quod gallinæ, cæteræq; uolucres edunt, exceptis tamen palustribus, aut nantibus, ut anatis, & anseris. nam id noxiũ quoque est. Maxime tamen columbinum probamus, quod modicè sparsum terram fermentare comperimus. Secundum deinde quod homines faciunt, si & alijs uillæ purgamentis immiscẽatur, quoniã per se naturæ est feruẽtioris, & icirco terrã perurit. Aptior est tamen surculis hominis urina, quam sex mensibus passus fueris, ueterascere, si uitibus, aut pomorũ arboribus adhibeas, nullo alio magis fructus exuberat. nec solũ ea res maiorẽ facit prouẽtum, sed etiam saporem, & odorẽ uini, pomorumq; reddit meliorẽ. Potest & uetus amurca, quæ salem non habet, permista huic commode frugiferas arbores, & præcipue oleas rigare. Nam per se quoque adhibita multum iuuat. Sed usus utriusq; maxime p̃oyemem est, & adhuc uere ante æstuos uapores, dum etiam uites, & arbores ablaqueatæ sunt. Tertium locum obtinet pecudũ stercus, atq; in eo quoq; discrimen est. nam optimum existimatur, quod asinus facit, quoniã id animal lentissime mandit, ideoq; facilius cõcoquit, & bene confectũ, atq; idoneũ protinus aruo fimum reddit. Post hæc, quæ diximus, ouillum, & ab hoc caprinum est, mox cæterorum iumentorum, armentorumq;. Deterrimũ ex omnibus suillũ habetur. Quinetiã satis, profuit aneris usus, & faullæ. Frutex uero lupini succisus optimi stercoris uim præbet. Nec ignoro quoddã esse ruris genus, in quo neq; pecora, neq; aues haberi possint, attamen inertis est rustici eo quoque loco defici stercore. Licet enim quamlibet frondem, licet cẽ uepribus compitis q; congesta colligere. Licet filicem sine iniuria uicini, etiam cum ofsicio decidere, & permiscere cum purgamentis cortis. Licet depressã fossã, qualem stercori reponendo primo uolumine fieri præcepimus, cinerem,

cinerem, cœnumq; cloacarum, & culmos, cæteraq; , quæ euerrũtur, in unum congerere. sed eodẽ medio loco robustam materiem defigere conuenit. nãq; ea res serpentum noxam latere in stercore prohibet. Hæc ubi uiduus pecudibus ager. nam ubi greges quadrupedum uersantur, quædam quotidie, ut culina, & cæsale, quædam pluuijs diebus, ut bubilia, & ouilia debent emundari. At si tantum frumentarius ager est, nihil refert genera stercoris separari, sin autem surculo, & segetibus, atq; etiam pratis fundus est dispositus generatim quoq; reponendum est, sicut caprarum, & auium. Reliqua deinde in prædictum locum cœnaũ congerenda, & assiduo humore satiãda sunt, ut herbarum semina culmis, cæterisq; rebus immista putrescant. Æstuis deinde mensibus non aliter, ac si repastines, totum sterquilinium rastris permiscẽri oportet, quo facilius putrescat, & sit aruis idoneum. Parum autem diligentes existimo esse agricolas, apud quos minores singulæ pecudes tricenis diebus minus, quàm singulas, itẽq; maiores denas uehes stercoris efficiunt, totidemq; singuli homines, qui non solũ ea purgamenta, quæ ipsi corporibus edunt, sed & quæ colluuies cortis, et ædificij quotidie gignit, contrahere, et congerere possunt. Illud quoq; præcipiendum habeo, stercus omne, quod tempestiue repositum anno requieuerit, segetibus esse maxime utile. Nam & uires adhuc solidas habet, & herbas non creat. Quanto autem uetustius sit, minus prodesse, quoniam minus ualeat. Itaq; pratis quamrecentissimum debere iniici, quod plus herbarum progeneret. idq; mense Februario luna crescente fieri oportere. nam ea quoque res aliquantum fœni fructum adiuuat. de cætero usus stercoris qualis in quaq; re debeat esse, tum dicemus, cum singula persequemur.

Quibus temporibus agri stercorandi sunt. Cap. XVI.

INTERIM Qui frumentis arua præparare uolet, si autumno sementem facturus est, mense Septembri, si uere, qualibet parte hyemis modicos aceruos Luna decrescente disponat, ita ut plani loci iugerum duodeuiginti, cliuosi quatuor & uiginti uehes stercoris teneant. &, ut paulo prius dixi, non antea dissipet cumulos, quàm erit saturus. Si tamen aliqua causa tempestiuam stercorationem fiere prohibuerit, secunda ratio est ante, quàm sarrias more seminantis ex auiarijs puluerẽ stercoris per segetem spargere. Si & is non erit, caprinum manu iacere, atque ita terrã sarculis permiscere. ea res lætas segetes reddit. Nec ignorare colonos oportet, sicuti refrigescere agrum, qui non stercoretur, ita peruri si nimium stercoretur, magisq; conducere agricolæ frequenter id potius, quàm immodicè facere. Nec

dubium, quin aquosus ager maiorẽ eius copiam, sicus minorem desyderet. alter quod assiduis humoribus rigens hoc adhibito regelatur. alter quod per se tepens siccitatibus, hoc assumpto largiore torretur, propter quod nec deesse ei talem materiam, nec superesse oportet. Si tamen nullum genus stercoris suppetet ei multum proderit fecisse, quod M. Columellam patruum meum doctissimum, & diligentissimum agricolam sæpenumero usurpasse memoria repeto, ut sabulosis locis cretam ingereret, cretosis, ac nimium densis, sabulũ. atq; ita non solum segetes lætas excitaret, uerumetiam pulcherrimas uineas efficeret. Nam idem negabat stercus uitibus ingerendum, quod saporem uini corrumperet. melioreḿq; cẽsebat esse materiam uindemijs exuberandis, congestitiam, uel de uepribus, uel deniq; aliã quanlibet arcessitam, & adiectam humum. Iam uero (ut ego reor) si deficiatur omnibus rebus agricola, lupini certe præsidium expeditissimum non deesse, quod cum exili loco circa idus Septembris sparserit, & inarauerit, id́q; tempestiue uomere, uel ligone succiderit, uim optime stercorationis exhibebit. Succidi autem lupinum sabulosis locis oportet, cum secundum florẽ, rubricosis, cum tertiũ egerit. Illic dum tenerum est conuertitur, ut celeriter ipsum putrescat, permisceatuŕq; gracili solo. Hic iam robustius, quod solidiores glebas diutius sustineat, & suspendat, ut eæ solibus æstuis uaporatæ resoluantur.

Quemadmodum ex aruo prata fiant. Cap. XVII.

ATQVE hæc arator exequi poterit, si non solum, quæ retuli, genera pabulorum prouiderit, uerumetiam copiam fœni, quo melius armenta tueatur, sine quibus terrã commode moliri difficile est. & ideo necessarius ei cultus est etiã prati, cui ueteres romani primas in agricolatione tribuerunt. Nomen quoq; indiderunt ab eo, quod protinus esset paratum, nec magnum laborem desyderaret. M. quidem Porcius & illa commemorauit, quod nec tempestatibus affligeretur, ut aliæ partes ruris, miniḿq; sumptus egens, per oẽs annos præberet reditum, neq; eũ simplicem, cum etiã in pabulo non minus redderet, quàm in fœno. Eius igitur animaduertimus duo genera, quorum alterum est siccaneum, alterum riguũ. Læto, pinguiq; campo non desyderatur influẽs riuus, meliusq; habetur fœnum, quod suapte natura succoso gignitur solo, quàm quod irrigatum aquis elicitur, quæ tamen sunt necessariæ, si macies terræ postulat. nam et in densa, & resoluta humo quamuis exili, pratum fieri potest, cum facultas irrigandi datur. Ac nec campus concauæ positionis esse, neq; collis prærupti debet. ille ne collectam diutius contineat aquam, hic ne statim præcipitem

pitem fundat. Potest tamen mediocriter accliuis, si aut pinguis est, aut riguus ager, pratum fieri. At planicies maxime talis probatur, quæ exigue prona non patitur diutius imbres, aut influẽtes riuos imorari, aut siquis eã supuenit humor, lente prorepit. Itaq; si palus in aliqua parte subsidens restagnat, fossas derimanda est. Quippe aquarũ abundantia, atq; penuria graminibus æque est exitio.

Quemadmodum facta prata colantur. Cap. XVIII.

CVLTVS autem pratorum magis curæ, quàm laboris est. Primum ne stirpes, aut spinas, ualidioriśq; incrementi herbas inesse patiamur. atq; alias ante hyemem, & per autumnum extirpemus, ut rubos, uirgulta, iuncos, alias per uer euellamus, ut intuba, ac solstitiales spinas. ac neq; suem uelimus impasci, quoniam rostro suffodiat. & cæspites excatet. neq; pecora maiora, nisi cum siccissimum solũ est, quoniam demergunt ungulas, & atterunt, scindunt́q; radices herbarũ. Tũ deinde macriora, & pẽdula locamense Februario luna crescẽte fimo iuuãda sunt. Omneśq; lapides, & siqua obiacent falcibus obnoxia colligi debent, ac lõgius exportari, summittiq; pro natura locorũ, aut temporius, aut serius. Sunt etiã quædam prata situ uetustatis obducta ueteri, uel crasso musco, quibus mederi solent agricolæ seminibus de tabulato superiectis, uel ingesto stercore, quorũ neutrum tantum prodest, quantum, si cinerem sæpius ingeras, ea res muscum enecat. Attamen pigriora sunt ista remedia, cum sit efficatissimum deintegro locum exharare. Sed hoc, si prata cœpimus, facere debemus. sin autem noua fuerint, instituenda, uel antiqua renouanda (nam multa sunt ut dixi, quæ negligentia exolescant, & fiant sterilia) ea expedit interdum etiam frumenti causa exarare, quia talis ager post longam desidiam lætas segetes affert. Igitur eum locum, quem prato destinauerimus, æstate proscissum, subactuḿq; sæpius per autumnum rapis, uel napis, uel etiam faba conseremus, insequente deinde anno, frumento, tertio diligenter arabimus, omneśq; ualidiores herbas, & rubos, & arbores, quæ interueniunt radicitus extirpabimus, nisi, si fructus arbusti id facere nos prohibuerit. deinde uitiã permistam seminibus fœni seremus, tum glebas sarculis resoluemus, & inducta crate cœquabimus, grumeśq; quos ad uersuram plerunque tractæ faciunt crates, dissipabimus ita, ut necubi ferramentũ fœnisecæ possit offendere. Sed eam uitiã non conuenit ante desecare, quàm permaturuerit, & aliqua semina subiacenti solo iecerit. Tum fœnisecam messorem oportet inducere, & desectam herbã religare, & exportare, deinde locum rigare, si fuerit facultas aquæ, si tamen terra densior

est,nam in resoluta humo non expedit inducere maiorem uim riuorum,prius quàm consipissatum,& herbis colligatum sit solum, quoniam impetus aquarum proluit terram,nudatisq; radicibus gramina non patitur coalescere,propter quod nec pecora quidē oportet teneris adhuc & subsidentibus pratis immittere, sed quoties herba prosiluerit falcibus desecare.Nam pecudes (ut ante iam dixi) molli solo infigunt ungulas,atque interruptas non sinunt herbarum radices serpere,& condēsare.altero tamen anno minora pecora post fœnisicia permittemus admitti,si modo siccitas,& conditio loci patietur. Tertio deinde cum pratum solidius,ac durius erit, poterit etiā maiores recipere pecudes.sed in totum curandum est,ut secundū Fauonij exortum,mense Februario,circa Idus immissis seminibus fœni,macriora loca,& utiq; celsiora stercorētur.nam editior clinus præbet etiam subiectis alimentum,cum superueniens imber,aut manuriuus perductus,sucum stercoris in inferiorem partem secum trahit.atq; ideo ferè prudentes agricolæ etiam in aratis collē magis,quàm uallem stercorant,quoniam,ut dixi,pluuiæ semper omnem pinguiorem materiam in ima deducunt.

Quēadmodū sucisum fœnum tractari,& condi debeat. C.XIX.

FOENVM autem demetitur optime,ante quàm inaresçat,nam & largius percipitur,& iucundiorem cibum pecudibus præbet.Est autem modus in siccando,ut neque peraridum, neque rursus uiride colligatur.alterū quod omnem sucum,si amisit,stramenti uicem obtinet.alterum quod si nimium retinuit,in tabulato putrescit.ac sæpe cum concaluit,ignem creat,& incendium.nonunquam etiā cum fœnum cecidimus,imber oppressit,quod si permaduit,inutile est udum mouere.meliusq; patiemur superiorem partem solē siccari.tunc demum conuertemus, & utrunque siccatum coartabimus in striā,atq; ita manipulos uincemus.nec omnino cunctabimur,quo minus sub tectum congeratur,uel si non competit,ut,aut in uillam fœnum portetur,aut in manipulos colligatur.Certe quicquid ad eum modū, quo debet,siccatum erit,in metas extrui conueniet,easq; ipsas in angustissimos uertices exacui.Sic enim commodissime fœnum defenditur à pluuijs, quæ etiam si non sint, non alienum tamen est prædictas metas facere,ut siquis humor herbis ineſt,exsudet,atq; excoquatur in aëre,propter quod prudentes agricolæ,quamuis iam illatum tecto,non ante componunt,quàm p paucos dies tenuere congestum,ut in se concoqui,& deferuescere patiantur.sed & iam fœnisicia sequitur cura messis,

messis,quam,ut recte possimus percipere,prius instrumenta præparanda sunt,quibus fruges cogantur.

De Area constituenda. Cap.XX.

AREA quoque si terrena erit,ut sit ad trituram satis habilis, primum radatur,deinde consodiatur,permistisq; paleis cum amurca,quæ salem non accepit extergatur.nam ea res à populatione murum, formicarumq; frumenta defendit.tum æquata pauiculis, uel molari lapide condensetur,& rursus subiectis paleis inculcetur,atq; ita solibus siccanda relinquatur. Sunt tamen qui potius adiacentium fabalium partem tritura destinant, aream q; demessa faba, & lecta expoliunt, nam dum à pecudibus legumina proculcantur, herbæ etiam ungulis atteruntur,atque ita glabrescit,& fit idonea triturę aręa.

De messe faciendā,& de tritura. Cap.XXI.

SED CVM matura fuerit seges,ante quàm torreatur uaporibus æstiui syderis, qui sunt uastissimi per ortum caniculæ celeriter demetatur.Nam dispendiosa est cunctatio.primum quod auibus prædam,cæterisq; animalibus præbet.deinde quod grana, & ipsæ spicæ culmis arentibus, & aristis celeriter decidunt.si uero procellæ uentorum,aut turbines incesserint,maior pars ad terrā destruit.propter quæ recrastinari non debet,sed æqualiter flauentibus iam satis, ante quàm ex toto grana indurescant,cum rubicundum colorem traxerunt,messis facienda est,ut potius in area,& in acęruo, quàm in agro grandescant frumenta.constat enim si tempestiue decisa sint, postea capere incrementum. Sunt autem metendi genera complura. multi falcibus uerriculatis,atque ijs,uel rostratis,uel denticulatis medium culmum secant.multi mergis, alij pectinibus spicam ipsam legunt.idq; in rara segete facillimum,in densa difficillimum est.Quod si falcibus seges cum parte culmi demessa sit protinus in acęruum,uel in nubilarium congeritur,& subinde opportunis solibus torrefacta proteritur.sinautem spicæ tantummodo recisæ sunt, possunt in horreum conferri,& deinde per hyemem,uel baculis excuti,uel exteri pecudibus.at si competit,ut in area teratur frumentum,nihil dubiū est,quin equis melius,quàm bubus ea res conficiatur.& si pauci iuges sunt,adijcere tribulam, & trahamposſis, quæ res utraque culmos facillime comminuit. Ipsæ autem spicæ melius fustibus tunduntur, uannisq; expurgantur.At ubi paleis immista sunt frumenta, uento separentur.ad eam rē sauonius habetur eximius,qui lenis,æqua-

lis̄q; æstuis mensibus perflat, quem tamen operiri lenti est agricolæ, quia dum expectatur, sæua nos hyems deprehendit. Itaque in area detritæ frumenta sic sunt aggeranda, ut omni flatu possint excerni. At si compluribus diebus undique silebit aura, uannis expurgentur, ne post nimiam uentorum segnitiem uasta tempestas irritum faciat totius anni laborem, pura deinde frumenta, si in annos reconduntur, repurgari debent. nam quanto sunt expolitiora, minus à curculionibus exeduntur, sin protinus usui destinantur, nihil attinet repoliri, satis̄q; est in umbra refrigerari, & ita granario inferri. Leguminum quoq; non alia cura est, quàm reliquorum frumentorum. nam ea quoque uel statim absumuntur, uel reconduntur. Atq; hoc supremum est aratoris emolumentum percipiendorum seminum, quæ terræ crediderat.

Quæ per ferias licæat agricolæ, et quæ nō licæat facere. C.XXII.

SED cum tam otij, q̄ negotij rationē reddere maiores nostri consuerunt, nos quoq; monendos esse agricolas existimamus, quæ feriis facere, quæq; nō facere debeant. Sunt enim (ut ait poeta) quæ festis exercere diebus,

Fas, & iura sinunt. riuos deducere nulla
Religio uetuit, segeti prætendere sepem,
Insidias auibus moliri, incendere uepres,
Ballantum q̄; gregem fluuio mersare salubri.

Quanquā pōtifices negent segetem feriis sepiri debere. Vetant quoq; lanarum causa lauari oues, nisi propter medicinam. Virgilius, quod licæat feriis flumine abluere gregem præcepit, & icirco adiecit fluuio mersare salubri. Sunt enim uicia, quorum causa pecus utile sit lauare. Feriis autem ritus maiorū etiā illa permittit, fūr pinsere, facēs incidere, candelas sebare, uineā conductam colere, piscinas, lacus, fossas ueteres tergere, & purgare, prata scalire, stercora æquare, fœnū in tabulata componere, fructus oliueti conductos cogere, mala, pyra, ficos pandere, caseum facere, arbores serendi causa, collo, uel mulo clitellario afferre, sed iumēto aduehere non permittitur, nec apportata serere, neq; terram aperire, neq; arborem colluere. sed ne sementem quidem administrare, nisi prius Catulo feceris, nec fœnum secare, aut uincire, aut uehere. Ac ne uindemiam quidē cogi per religiones pontificum feriis licet, nec oues tondere, nisi si Catulo feceris. Defrutum quoque facere, & defrutare uinum licet. Vuas, iem q̄; oliuas conditui legere licet. Pellibus oues uestiri non licet. In horto quicquid olerū causa facias, omne licet. Feriis publicis hominem mortuum sepelire nō licæt. M.

cæt. M. Porcius Cato, mulis, equis. asinis nullas esse ferias dixit. Idēq; boues permittit coniungere lignorum, & frumentorum aduehendorum causa. nos apud pontifices legimus feriis tantum denicalibus mulos iungere non licere, cæteris licere. Hoc loco certum habeo quosdam cum solennia festorum percensuerim, desyderaturos lustrationum, cæterorum q̄; sacrificiorū, quæ pro frugibus fiunt, morem priscis usurpatum. nec egō abnuo docendi curam. sed differo in eum librū, quem componere in animo est, cum agricolationis totam disciplinam præscripsero. Finem interim præsentis disputationis faciam, dicturus exordio sequente, quæ de uineis, arbustis q̄; prodidere ueteres authores, quæq; ipse mox comperi.

LVCII IVNII MODERATI COLVMELLAE DE RE RVSTICA LIBER TERTIVS.

Quod genus uitis conueniat cuiq; solo, & statui cœli. Cap.I.

h ACTENVS aruorum cultus, ut ait præstantissimus poeta. Nihil enim prohibet nos P. Siluine de ijsdem rebus dicturos celeberrimi cærminis auspicari principia. Sequitur arborum cura, quæ pars rei rusticæ uel maxima est. Earū species diuersæ, & multiformes sunt, quippe uarij generis (sicut author idem refert) nullis hominum cogentibus ipsæ spōte sua ueniunt. multæ etiam nostra manu satæ proeduntur. sed quæ non ope humana gignuntur, syluestres, ac feræ, sui cuiusq; ingenij semina gerunt. At quibus labor adhibetur, magis aptæ sunt frugibus. De eo igitur prius genere dicendum est. quod nobis alimenta præbet. Idq; tripartito diuiditur. Nam ex surculo uel arbor procedit, ut olea, uel frutex, ut palma campestris, uel tertium quiddam quod nec arborem, nec fruticem proprie dixerim, ut est uitis. Hanc nos cæteris stirpibus iure præponimus non tantum fructus dulcedine, sed etiam facilitate, p quam omni penè regione, & omni declinatione mundi, nisi tamen glaciali, uel præferuida, curæ mortalium respōdet. Tam q̄; felix campis, quàm collibus prouenit, & in densa nō minus, quàm in resoluta, sæpe etiā gracili, atq; pingui terra, siccāq;, & uliginosa. Tum sola maxime utranq; patitur intemperiem cœli, uel sub axe frigido, æstuo. procelloso q̄;. Refert tamen cuius generis, aut quo habitu uitem

pro regionis ſtatu colere cenſeas. neq; n. omni cœlo, ſolóue cultus idē, neque eſt idem ſtirpis eius genus. quodq; præcipuum eſt ex omnibus non facile dictu eſt, cum ſuum cuiq; regioni magis, aut minus aptum eſſe doceat uſus. Exploratum tamen habebit prudens agricola genus uitis habile campo, quod nebulas, pruinamq; ſine noxa perfert, cœliq; ſicitatem, uentoſq; patitur. pingui, & uberi dabit agro gracilem uitem, nec natura nimis fœcundam, macro feracem, terræ denſæ uehementem, multaq; materia frondentem, reſoluto, & læto ſolo rari ſarmenti. humido loco ſciet non recte mandari fructus teneri, & amplioris acini, ſed calloſi, & anguſti, frequētisq; uinacei, ſicco recte cōtribui diuerſæ quoq; naturæ ſemina. Sed & poſt hæc non ignorabit dominus loci plus poſſe qualitatem cœli frigidā, uel calidam, ſiccam, uel roſcidam, grandinoſam, uentoſamq;, uel placidā, ſerenam, uel nebuloſam. Frigidæq; aut nebuloſæ duorum generum uites aptabit, ſeu præcoques, quarum maturitas frugum præcurrit hyemem, ſeu firmi, duriq; acini, quarū inter caligines uuæ defloreſcunt, & mox gelicidijs, ac pruinis, ut aliæ caloribus miteſcunt, uentoſo quoq;, & tumultuoſo ſtatu cœli fidentes eaſdem tenaces, ac duri acini committet. rurſus calido uberioresq; teneriores concredet. ſicco deſtinabit eas, quæ pluuijs, aut continuis roribus putreſcunt, roſcido, quæ ſiccitatibus laborant, grandinoſo, quæ foliis duris, latisq; ſunt, quo melius protegant fructum. nam placida, & ſerena regio nullam non recipit. commodiſſime tamen eam, cuius uel uuæ, uel acini celeriter decidunt. At ſi uoto eſt eligendus uineis locus, & ſtatus cœli, ſicut cenſet ueriſſime Celſus, optimum eſt ſolum, nec denſum nimis, nec reſolutum, ſoluto tamen propius, nec exile, nec lætiſſimum proximum, tamen uberi nec campeſtre, nec præceps ſimile tamen edito campo, nec ſiccum, nec uliginoſum modicæ tamen roſcidum, quod fontibus non in ſummo, non in profundo terræ ſcaturiat, ſed ut uicinum radicibus humorem ſubminiſtret, eumq; nec amarum, nec ſalſum, ne ſaporem uini corrumpat, & incrementa uirentium ueluti quadam ſcabra rubigine coerceat, ſi modo credimus Virgilio dicenti.

Salſa autem tellus, & quæ perhibetur amara
Frugibus infelix, ea nec manſueſcit arando,
Nec baccho genus, aut pomis ſua nomina ſeruat. cœlū porrò neq; glaciale, uineæ (ſicut prædixi) nec rurſus æſtuoſum deſyderat. Calido tamen potius quàm frigido lætatur, imbribus magis, quàm ſerenitatibus offenditur, & ſolo ſicco, quàm nimis pluuio eſt amicior, perflatu modico, leniq; gaudet, procellis obnoxia eſt. Atque hæc maxime probabilis eſt cœli, & ſoli qualitas.

Quæ uites ſuburbanis regionibus ad eſcam conſerendæ ſunt. C. II.

VITIS autem uel ad eſcam, uel ad effuſionem deponitur. Ad eſcam non expedit inſtituere uineta, niſi cū tam ſuburbanus eſt ager, ut ratio poſtulet inconditum fructum mercantibus uelut pomum uēdere. quæ cum talis eſt conditio, maxime præcoques, & duracinæ, tū deniq; purpureæ, & bumaſti, dactyliq;, & rhodiæ, libycæ quoque & cerauniæ, nec ſolum quæ iucunditate ſaporis, uerūetiā quæ ſpecie commendari poſſint, conſeri debent, ut ſtephanitæ, ut tripedaneæ, ut unciariæ, ut cydonitæ. Itē quarū uuæ temporibus hyemis durabiles uaſis condūtur, ut uenuculæ, ut nuper in hos uſus exploratæ, numiſianæ. At ubi uino conſulimus, uitis eligatur, quæ & in fructu ualet, & in materia, quod alterum ad reditus colonī, alterū ad diuturnitatem ſtirpis plurimum confert. Sed ea tum præcipua eſt, ſi nec nimis celeriter ſpōdet, & primo quoq; tempore defloreſcit, nec nimis tarde miteſcit, quinetiā pruinas, & caliginem, & carbūculū facile propulſat, eademq; nec imbribus putreſcit, nec ſiccitatibus aboleſcit. talis nobis eligatur uel mediocriter fœcūda ſi modo is locus habetur, in quo guſtus nobilis, pretioſusq; fluit, nam ſi ſordidus, aut uilis eſt, feraciſſimā quāq; ſerere cōducat, ut multiplicatione frugū reditus augeatur. Ferè autem omni ſtatu locorū campeſtria largius uinū, ſed iucūdius afferunt collina, quæ tamen ipſa modico ſtatu cœli magis exuberant aquiloni prona, ſed ſunt generoſiora ſub auſtro. nec dubiū qn ſit ea, nonnullarum uitiū natura, ut pro locorū ſitu bonitate uini modo uincat, modo ſuperetur. Solæ traduntur amineæ excepto cœli ſtatu nimis frigido, ubicunq; ſint etiā ſi degenerent, ſibi cōparatæ, magis, aut minus probi guſtus uina præbere, et cæteras omneis ſapore præcedere. Eæ, cum ſint unius nominis, nō unā ſpeciē gerunt. Duas germanas cognouimus, quarū minor ocyus, & melius defloreſcit habilis arbori, necnon iugo illa pinguem terrā, hæc mediocrē deſyderat, lōgéq; præcedit maiorē, qa & imbres, & uētos fortius patitur. nam maior celeriter in flore corrūpitur, & magis in iugis, q̄ in arboribus. ideoq; nō eſt uineis apta, uix etiā arbuſto, niſi præpingui, & umida terra. nā nec mediocri ualet, multoq; minus in exili. prolixarū frequētia materiarū, foliorumq;, & uuarū, & acinorū magnitudine dignoſcitur. internodijs quoq; rarior, largis fructibus à minore ſuperatur, guſtu nō uincitur, & hæ q̄dē utræq; amineæ. Verū & aliæ duæ geminæ, quæ ab eo q̄ duplices uuas exigunt, gemellæ uocantur, auſterioris uini, ſed æque perennis. Earū minor uulgo notiſſima. quippe campaniæ celeberrimos ueſuuij colles, ſurrētinoſq; ueſtit. Hilaris inter æſtuos fauo-

nij flatus, austris affligitur. Cæteris itaq; partibus Italiæ non tam uineis, quàm arbusto est idonea, cum prædictis regionibus commodissime iugum sustineat materiam, fructumq;, nisi quod dupliçm non absimilem minori germanæ egerit, sicut maior gemina minori germanæ, quæ tamen minor hoc melior est, quod fœcundior etiam mediocri solo. nam illa nisi præpingui non respondere iam dictum est. Lanatam quoq; amineum quidam maxime probant, quæ hoc uocabulum non ideo usurpat, q̃ sola ex omnibus amineis, uerũ q̃ præcipue cæsecit lanugine. Sanè boni uini, sed leuioris, q̃ superioris, crebram quoq; materiã fundit, atq; ideo propter pãpini densitatem sæpe parũ recte defloresçit, eademq; maturo fructu ceteriter putresçit. Super hunc numerum, quẽ retulimus, singularis habetur aminea, maiori geminæ non dissimilis, primum specie pãpini, & trunci, sed uini sapore aliquanto inferior, quãuis generosissimus sit, proxime præferẽda etiã proprijs uirtutibus. nam & feracior est, & flore melius exuitur, spissáq;, & albidas uuas, ac tumidioris acini gerit, gracili aruo nõ desciscit. Atq; ideo inter uberrimas uites numeratur. Nomentanæ uini nobilitate subsequuntur amineas, fœcunditate uero etiã præeuniunt, quippe cum se frequẽter impleant, & id, quod ediderũt, optime tueantur. Sed earum quoq; feracior est minor, cuius & foliũ parcius scinditur, & materia non ita rubet, ut amineis, à quo colore rubellianæ nuncupãtur. eædẽq; fæcniæ, q̃ plus q̃ cæteræ ficas afferunt. Id tamen incommodũ repensant uuarũ multitudine, quas & in iugo, sed & in arbore melius exhibent. Vẽtos, & imbres ualẽter sufferunt, & ceteriter desloresçunt, & ideo citius mitesçunt, minis incommodi patiẽtes, præter cæloris. nam q̃ minuti acini, et duræ cutis uuas habent, æstibus contrahuntur. Pingui aruo maxime gaudent, q̃ ubertatem aliquã natura gracilibus, & exilibus uuis præbere ualet frigidum, ac rosidũ solum, & cœlum commodissime sustinent eugeniæ, dum sunt in albano colle, nam mutato loco uix nomini suo respondent, nec minus allobrogicæ, quarũ uini iucunditas cum regione mutatur. Magnis etiam dotibus tres apianæ commendantur. omnes feraces, iugq; & arboribus satis idoneæ, generosior tamen una, quæ nudis foliis est. nam duæ lanatæ quamuis frondibus, & palmitum pari face flexere, qualitate sunt dispariles, cum tardius altera recipiat cariem uetustatis. Pingui solo feracissimæ, mediocri quoq; fœcundæ, præcoq; fructus. Ideoq; frigidis locis aptissimæ uini dulcis, sed cæpiti neruis, uenisq; non aptæ, nisi mature lectæ pluuijs, uentisq;, & apibus afferunt prædã, quarũ uocabulo propter hãc expopulationem cognominãtur. Atq; hæ pretiosi gustus celeberrimæ. Possunt tamẽ et

secundæ notæ uites prouentu, & ubertate commendari, qualis est biturica, qualis basilica, quarum minorem cœlubem uocant hispani, longe omnium primis utraq; proximæ. Nam & uetustatem unum earum patitur, & ad bonitatem aliquam per annos uenit. Iam uero ipsæ fœcunditate præstant omnibus, quas anteretuli, tum etiam patientia, quippe turbines, imbresq; fortissime sustinent, & commode fluunt, nec deficiunt macro solo. Frigora melius, quàm humores sustinent, humores commodius, q̃ siccitates, nec caloribus tamen contristantur. Visulæ deinde ab his, & minor argitis terræ mediocritate lætantur. nam in pingui nimijs uiribus luxuriant, in macra tenues, & uacuæ fructu ueniunt. Amiciores iugo, quàm arboribus, sed argitis etiam in sublimibus fertilis uastis materijs, & uuis exuberat, humillimis tabulatis aptior. Visula breuem materiam & latum foliũ exigit, cuius amplitudine fructus suos optime aduersus grandinem tuetur. qui tamen nisi primo quoq; tempore maturi legantur, ad terram deciduntur. humoribus etiã priusquam defluant putresçunt. Sunt & heluolæ, quas nonnulli uarias appellant, neq; purpureæ, neq; nigræ ab heluo (nisi fallor) colore uocatæ. melior est nigrior abundantia uini, sed hæc sapore pretiosior. color acinorum in neutra conspicitur æqualis, utraq; candidi musti alterna uice annorum plus, aut minus afferunt melius arborem, sed & iugum commode uestiunt. mediocri quoq; solo fœcundæ, sicut pretiæ minor, & maior. sed eæ generositate uini magis commendantur, & frequentibus materijs frondent, & cito matureſcunt. Albueli utilior, ut ait Celsus, in colle, quàm in campo, in arbore, quàm in iugo, in summa arbore quàm in ima, ferax & materiæ frequentis, & uuæ. nam quæ græculæ uites sunt, ut mareoticæ, thasiæ, pseythiæ, sophortiæ, sicut habent probabilem gustum, ita nostris regionibus & raritate uuarum, & acinorum exiguitate minus fluunt. inerticula tamen nigra, quàm quidem græci amethyston appellant, potest in secunda quasi tribu esse, q̃ & boni uini est, & innoxia, unde etiam, nomen traxit, q̃ iners habetur in tentandis neruis, q̃uis gustu non sit hebes. Tertium gradum facit earum Celsus, quæ fœcunditate sola commendantur, ut tres heluenaciæ, quarum duæ maiores nequaq̃ minori bonitate, & abundantia musti pares habentur. earum altera, quam galliarum incolæ emarcum uocant, mediocris uini, & altera, quam longam appellant, eandemq; auaram sordidi, nec tam largi quàm ex numero uuarũ, quas prima spes promittit. Minima & optima è tribus fallime folio dignoscitur. nam rotundissimum omnium id gerit, atq; est laudabilis, q̃ siccitates maxime perfert, q̃ frigora sustinet, dum tamen sine im-

bribus sit, q̄ nonnullis locis etiam uinum eius in uetustatem diffunditur, q̄ præcipue sola acerrimum quoq; solum fertilitate sua cōmendat. at spionia dapsilis musto, & amplitudine magis uuarum, quàm numero fertilis, ut oleaginia, ut murgētina, eadēq; pōpeiana, ut numisiana, ut uenucula eadēq; scirpula, atq; sticula, ut nigra fregellana, ut meriæ, ut retiæ, ut omnium, quas cognouimus cōpiosissima arcelaæ maior, à multis argitis falsò existimata. Nā has nuper mihi cognitas pergulanam dico, & irtiolā, fereolamq; non facile asseuerē quo gradu habendæ sint. quod etsi satis fœcundas scio, nondū tamen de bonitate uini, quod afferunt iudicare potui. unā etiam præcoquē uitem nobis ante hoc tempus incognitam græci consuetudine dracontion uocitari comperimus, quæ fœcunditate iucūditate'ue arcelatæ, basilicæq; et bituricæ cōparari possit, generositate uini amineæ. Multa præterea sunt genera uitiū, quarū nec numerū, nec appellatiōes cū certa fide referre possumus. Neq; n. ut ait poeta, numero cōprehendere refert,

Quem qui scire uelit, libyci uelit æquoris idem
Discere quàm multæ Zephyro uersentur harenæ.

Quippe uniuersæ regiones, regionūq; penè singulæ partes habēt propria uitiū genera, quæ consuetudine sua nominant. quædā etiā stirpes cum locis uocabula mutauerunt. quædā propter mutationes locorum, sicut supradiximus, etiam à qualitate sua disasserunt, ita ut dignosci non possint. ideoq; in hac ipsa Italia, ne dicam in tam diffusō terrarū orbe uicinæ etiā natiōes nominibus earū discrepant, uariātq; uocabula. quare prudētis magistri est, eiusmodi nomenclationis auctorem quò potiri nequeat, studiosos non demorari. sed illud in totū præcipere, qđ & Celsus ait, & ante eū M. Cato, Nullū genus uitiū conserendū esse nisi fama, nullum diutius conseruandum nisi experimento probatum. atq; ubi multa inuitabunt regionis cōmoda, ut nobilē uitem conseramus, generosam regremus ingt Iulius græcinus. ubi nihil erit, aut nō multum, qđ proritet feracitatem, potius sequemur, quæ nō eadē portione uincatur precio, quàm uincat alundātia. sed de hac sententia q̄q̄ & ipse paulo ante id cēnsuerim, q̄d tamen arcanius iudicē, suo loco mox dicam. Propositum est enim docere qua ratione uineæ pariter feraces, & prætiosæ, fluxuræ possint constitui.

Nihil magis rusticis conuenire, quàm uitem colere. Cap. III.

NVNC Prius, quàm de satione uitiū differā, non alienū puto uelut quoddā fundamentum iacere disputationi futuræ, ut ante ppēsum & exploratum habeamus, an locupletet patrēfamilias uinearū cultus. est. n. penè adhuc supuacuum de his cōserendis præcipere, dum

quod prius est, nondum cōcedatur, an omnino sint habendæ. idq; adeo plurimi dubitent, ut multi refugiant, & reformident talē positionē ruris, atq; optabiliorē prætorū possessionem, pascuorūq;, uel siluæ cæduæ iudicent. nā de arbusto etiā inter authores non exigua pugna fuit, abnuente Saserna genus id ruris, Tremellio maxime probāte. sed & hāc sententiā suo loco æstimabimus. interim studiosi agricolationis hoc primum docendi sunt, uberrimū esse reditum uinearū, atq; ut omittam ueterē illā felicitatem aruorū, q̄bus & ante iā M. Cato, & mox Terētius Varro prodidit singula iugera uinearū sexcenas urnas uini præbuisse. id enim maxime asseuerat in primo libro rerū rusticarum Varro. nec una regione prouenire solitum, uerum & in fauentino agro, & in gallico, qui nunc pyceno contribuitur. hæc ijs certe temporibus, sed nomentana regio nunc celeberrima fama, est illustris, & præcipue, quam possidet Senecæ uir excellentis ingenij, atq; doctrinæ, cuius in prædijs uinearū iugera singula culleos octonos reddidisse plerunq; compertum est. nam illa uidentur prodigialiter in nostris ceretanis acidisse, ut aliqua uitis apud te excæderet uuarū numerum duorum millium, & apud me octogenæ stirpes insitæ intra biennium septenos culleos peræquarent, ut primæ uineæ centenas amphoras iugeratim præberent, cum prata, & pascua, & siluæ, si centenos sextertios in singula iugera efficiant, optime domino consulere uideantur. nam frumenta maiore quidē parte Italiæ quando cum quarto responderint, uix meminisse possumus. cur ergo res infamis est, non quidē suo, sed hoium inquit uitio Græcinus. primū, q̄ in explorādis seminibus nemo adhibet diligentiā, & ideo pessimi generis pleriq; uineta conserūt. deinde sata nō ita enutriunt, ut ante cōualescant, ac prosiliant, quàm retorrescant. sed & si forte adoleuerint, negligenter colunt. Iam illud à principio nihil referre cēnsent, quē locum conserant, imo etiā seligunt deterrimā partē agrorū, tāquam sola sit huic stirpi maxime terra idonea, quæ nihil aliud ferre possit. sed ne ponendi quidē rationē, aut pspiciunt, aut pspectam exequuntur, tum etiā dotem. i. instrumentum raro uineis præparāt, cum ea res si omissa sit, plurimas operas, nec minus arcā patrisfamilias semp exhauriat. Fructum uero pleriq; q̄uberrimū præsentem cōsectantur, nec prouident futuro tēpori, sed quasi planè in diē uiuāt, sic imperāt uitibus, et eas ita multis palmitibus onerāt, ut posteritati nō cōsulant. Hæc oīa uel certe plurima ex his cum cōmiserint, q̄duis malunt, quàm suā culpā cōfiteri. quæruntur q̄; non respondere sibi uineta, quæ uel p auaritiā, uel iscitiā, uel p negligentiā pdiderunt. at siqui cum sciētia socauerint diligentiam, non ut ego existimo triæ-

nas,uel quadragenas certe,sed ut Græcinus minimum computans,licet inquit amphoras uicenas,percipient ex singulis iugeribus,omnis istos,qui fœnum suum,& olera amplexantur,incremento patrimonij facile superabunt.nec in hoc errat, quippe ut diligens ratiocinator calculo posito uidet id genus agricolationis maxime rei familiari conducere.Nam ut amplissimas impensas uineæ posant, non tamen excedunt septem iugera unius operam uinitoris, quem nulgus quidem parui æris,uel de lapide noxium posse comparari putat,sed ego plurimorum opinioni dissentiens,pretiosum uinitorem in primis esse censeo.is q; licet sit emptus sex,uel potius sextertijs octomillibus, cum ipsum solum septem iugerum totidem millibus numorum partum, uineasq; cum sua dote.i.cum pedamentis, & uiminibus binis millibus in singula iugera positas duco. Fit tum in assem consumatum precium sextertiorum XXIX.millium.huc accedunt semisses usurarum sextertia tria millia,& quadringenti octuaginta numi biennij temporis,quo uelut infantia uinearum cessat à fructu.Fit in assem summa sortis & usurarum XXXII. millium quadringentorum LXXX.numorũ.quod quasi nomen si,ut fenerator cum debitore,ita rusticus cum uineis suis fecerit,eius summæ,ut in perpetuum prædictam usuram semissium dominus constituat, perapere debet in annos singulos mille septingentos quadraginta sextertios numos.qua cõputatione uincit tamen reditus VII. iugerum secundum opinionem Græcij, usuram trium millium quadringentorum octoginta numorum.Quippe,ut deterrimi generis sint uineæ,tamen si cultæ singulos utiq; culleos uini,singula earum iugera peræquabunt.ut q; trecentis numis quadragenæ urnæ ueneant (quod minimum pretium est annonæ)consumant tamen septem cullei sextertia duo millia & centum numos.ea porrò summa excedit usuram semissium.atq; hic calculus,quem posuimus,Græcini rationem continet,sed nos extirpanda uineta censemus,quorũ singula iugera minus,quàm ternos culleos præbent,& adhuc tamen sic computauimus,quasi nullæ sint uiuiradices, quæ de pastinato eximantur.cum sola ea res omnem impensam terreni precio suo liberet,si modo non prouincialis, sed italicus ager est.neq; id cuiq; dubium esse debet,cum & nostram,& Iulij atticiratione dispexerit.Nos iam enim uicena millia malleolorum per uineæ iugerum inter ordines pangimus. Ille minus quatuor millibus deponit,cuius ut uincat ratio, nullus tamen uel iniquissimus locus nõ maiorem quæstum reddet,quàm acceperit impensam.sit quidem,ut cultoris negligentia sex millia seminum intereant,reliqua tamen decem millia tribus millibus numorum libenter,& cum lucro redemptor

ptor emerit,quæ summa tertia parte supat duo millia sestertia, quanti constare iugerum uinearum prædiximus. quanq; nostra cura in tantum iam processit,ut non inuiti sestertijs sexcentis numis,singula millia uiuiradicis à me rustici mercentur.sed uix istud alius præstiterit.nam nec quisquam nobis facile crediderit, tantam in agellis esse nostris abundantiam uini,quantã tu Siluine nouisti.Mediocre itaq; uulgatum q; precium uiuiradicis posui, quo celerius nullo dissentiente perduci possent in nostram sententiam,qui propter ignorantiam genus hoc agricolationis reformidant. Siue ergo pastinationis reditus, seu futurarum spes uindemiarum cohortari nos debet ad positionẽ uinearum,quas cum docuimus rationis esse conserere,nunc institutionis earum præcepta dabimus.

Quæ obseruare debet,qui uineas instituit. Cap.IIII.

CVI Vineta facere cordi est, præcipue caueat, ne alienæ potius curæ,quàm suæ credere uelit,neue mercetur uiuiradicem.Sed genus surculi probatissimum domi conserat, faciat q; uitiarium,ex quo possit agrum uineis uestire.nam quæ peregrina ex diuersa regione semina transferuntur,minus sunt familiaria nostro solo,quàm uernacula.eo q; uelut alienigena reformidant mutatum cœli, loco q; positionẽ. Sed nec certam generositatis fidem pollicentur,cum sit incertum,an is, qui conseruerit ea.diligenter exploratum,probatum q; genus surculi deposuerit.quamobrem biennij spacium longum esse minime existimandum est,intra quod utiq; tempestiuitas seminum respondet, cum semper(ut dixi)plurimum retulerit exquisiti generis stirpem deposuisse. Post hæc deinde numinerit accurate locum uineis eligere, de quo cum iudicauerit,maximam diligentiam sciat adhibendam pastinationi,quam cum peregerit,non minore cura uitem conserat,et cũ seruerit,summa sedulitate culturæ seruiat.id enim quasi caput,et columen est impensarum,quoniam in eo consistit,melius, an segnius terræ mandauerit paterfamilias pecuniam,quàm in otio tractare.Igitur unumquodq; eorum,quæ proposui,suo iam prosequar ordine.

Quali solo,& quomodo uitiarium faciundum sit. Cap.V.

VITIARIVM neq; ieiuna terra,neq; uliginosa faciendũ est, succosa tamen,& mediocri potius,quàm pingui,tametsi ferè omnes auctores huic rei lætissimum locum destinauerunt.quod ego minime reor esse pro agricola.nam depositæ stirpes ualido solo, quamuis celeriter comprehendant,atque prosiliant, tamen cum sint uiuiradices facilæ,prius quàm transferantur,retorrescant, nec adolescere queunt.

Prudentis autem cœloni est ex deteriori terra potius in meliorẽ, quàm ex meliore in deteriorem transferre. Propter quod mediocritas in electione loci maxime probatur, quoniam in confinio boni, maliq; posita est. Siue enim post modum necessitas postulauerit tempestiua semina ieiuno solo cõmittere, non magnam sentient differentiam, cum ex mediocri terra in exilem translata sunt, siue lætior ager conserendus est, longe celerius in ubertate cõalescunt. Rursus tenuissimo solo uitiarum facere minimi rationis est, quoniam malleolorum pars maior deperit, & quæ supereſt tarde fit idonea traslationi. Ergo mediocris & modicæ sicus ager uitiario est aptissimus. isq; bipalio prius subigi debet, quæ est altitudo pastinationis, cum in duos pedes, & semissem conuertitur humus. ac deinde tripedaneis relictis spatijs, p quæ semina excõlãtur, in singulis ordinibus, q ducenos quadragenos pedes obtinẽt sexcẽteni malleoli pãgendi sunt. is numerus cõsumat p totum iugerum seminum millia quatuor & uiginti. Verum hanc curã præuenit inquisitio, et electio malleolorũ. nam, ut sæpe iã retuli, quasi fundamentum est, prædictæ rei, probatissimum genus stirpis deponere.

Qualis, et ex qbus partibus uitis malleolus legendus sit. Cap. VI.

SED Electio dupliciter facienda est. non. n solum fœcundam esse matrẽ satis est, ex qua semina petuntur, sed adhibenda ratio est subtilior, ut ex his partibus trunci sumãtur, quæ et genitales sunt, et maxime fertiles. Vitis autem fœcunda, cuius progeniem studemus submittere, non tantum debet eo æstimari, p uuas complures exigit. potest enim trunci uastitate id accidere, et frequentia palmitum. nec tamẽ eã feracem dixerim, cuius singulæ uuæ in singulis sarmentis conspiciuntur, sed si p ununquenq; pãpinum maior numerus uuarũ depẽdet, si ex singulis gẽmis cõpluribus materijs cũ fructu germinat, si denicp etiã è duro uirgam cũ aliqbus racemis citat, si etiam nepotũ fructu grauida est, ea sine dubitatione ferax destinari debet legẽdo malleolo. Malleolus autem nouellus est palmes ĩnatus prioris anni flagello, cognominatusq; à similitudine rei, p in ea parte, quæ decidituꝛ ex uetere sarmento prominens utrinq; malleoli speciem præbet. Hunc ex fœcundissima stirpe legendum censemus omni tempore, quo uineæ putantur, ac super terrã gẽmis tribus uel quatuor extantibus diligenter obruendum locõ modicæ humido non uliginoso, dum tamen antiquissimum sit cõsyderare, ne uitis, ex qua is sumitur, ancipitẽ floris habeat euentum, ne difficulter acinus ingrandescat, ne aut præcoquẽ, aut seræ maturitatis fructum afferat. nã illa uolucribus, hæc etiã tẽpestatibus hyemis infestatur. Tale porrò genus non una cõprobatur

uindemia. potest. n. uel anni prouentu, uel alijs de causis etiã naturaliter in fœcunda uitis semel exhuberare. Sed ubi plurimũ uelut emeritis annorum stipendijs fides surculo cõstitit, nihil dubitandum est de fœcunditate. nec tamen ultra quadriennium talis extenditur ingestio. id enim tempus fere uirentium generositatem declarat, quo sol in eandem partem signiferi per eosdem numeros redit, per quos cursus sui principium cœperat. quem circuitum meatus dierum integrorum mille quadringentorum sexagintaunius ἀποκατάστασιν uocant studiosi rerum cœlestium.

Quomodo fœcunditatem uitis explores. Cap. VII.

SED certum habeo Publi Siluine iã dudum te tacitum regrere, cuius generis sit ista fœcunda uitis, quã nos tã accurate describimus. ac ne de ijs aliqua significetur, quæ uulgo non habentur feracissimæ, plurimi nanq; bituricam, multispionem, quidam basilicam, nonnulli arcelacam laudibus efferunt. Nos quoque hæc genera non fraudamus testimonio nostro. sunt enim largissimi uini, sed proposuimus docere uineas eiusmodi conserere, quæ nec minus uberes fructus prædictis generibus afferant, & sint precioſi saporis, uelut aminei, uel certe nõ procul ab eo gustu. cui nostræ sententiæ scio penè omnium agricolarum diuersam esse opinionem, quæ de amineis inueterata longo iam tempore conualuit, tanquam natali, & ingenita sterilitate laborantibus. quo magis nobis ex alto repetita compluribus exemplis firmanda ratio est, quæ desidia, nec minus imprudentia colonorum damnata, & uelut ignorantiæ tenebris obcæcata lucẽ ueritatis cernit. quare non intempestiuum est nos ad ea præuerti, quæ uidentur hunc publicum errorem corrigere posse.

Quæ spectanda sit qualitas in eo solo, quod uineis destinaueris. Cap. VIII.

IGITVR Si rerum naturam Publi Siluine uelut acrioribus mentis oculis intueri uelimus, reperiemus parem legem fœcunditatis eam dixisse uirentibus, atque hominibus, cæterisq; animalibus. nec sic alijs nationibus, regionibusue proprias tribuisse dotes, ut alijs in totum similia munera denegaret. quibusdam gentibus numerosam progenerandi sobolem dedit, ut Aegyptijs, & Afris, quibus gemini partus familiares, ac penè solennes sunt. sed & Italiæ generis esse uoluit eximiæ fœcunditatis Albanas curiatiæ familiæ trigeminorum matres. Germaniam decorauit altissimorum hominum exercitus, sed & alias gentes nõ in totum fraudauit præcipuæ staturæ

uiris. Nam & M. Tullius Cicero testis est romanum fuisse ciuem Næuium Pollionem pede longiorem quàm quenquam longissimum. & nuper ipsi uidere potuimus in apparatu pompæ circensium ludorũ iudææ gentis hominem proceriorem celsissimo germano. Trãseo ad pecudes. Armentis sublimibus insignis meuania est, liguria paruis. Sed & meuania bos humilis, & liguriæ nonnunquam taurus eminentis staturæ conspicitur. India perhibetur molibus ferarum mirabilis, pari tamen in hac terra uastitate belluas progeneraui quis neget? cũ intra mœnia nostra natos animaduertamus elephantos. Ad genera frugum redeo. Mysiam, Libyamq; largis aiunt abundare frumentis, nec tamen appulos, campanosq; agros opimis deficia segetibus. Tmolon, & Corycion florere croco, Iudæam & Arabiam pretiosis odoribus illustrem haberi, sed nec nostram ciuitatem prædictis egere sterpibus, quippe cum pluribus locis urbis iam casiam frondentem conspicimus, iam tuream plantam, florẽtesq; hortos myrrha, & croco. His tamen exemplis nimirum admonemur curæ mortalium obsequentissimam esse Italiam, quæ penè totius orbis fruges adhibito studio colonorum ferre didicerit. quo minus addubitamus de eo fructu, qui uelut indigena, peculiarisq; & uernaculus est huius soli. Neque enim dubium est massici, surrentiniq;, & albani, atq; cæcubi agri uites omniũ, quas terra sustinet, in nobilitate uini principes esse.

Quomodo amineas feraces facias. Cap. IX.

FOECVNditas ab his forsan desyderatur, sed & hæc adiuuari potest cultoris industria. nam si, ut paulo ante retuli, benignissima rerum omnium parens natura quasq; gentes, atq; terras ita muneribus proprijs ditauit, ut tamen cæteras non in uniuersum similibus dotibus fraudaret. Cur eam dubitemus etiam in uitibus prædictam legem seruasse, ut quamuis earum genus aliquod præcipue fœcundum esse uoluerit, tanquam bituricum, aut basilicum, non tamen sic aminеum sterile reddiderit. ut ex multis millibus eius ne paucissimæ quidẽ uites fœcundæ, tanquam in italicis hominibus albanæ illæ sorores reperiri possint. id autem cum sit ueri simile, tum etiam uerum esse nos docuit experimentum, cum & in ardeatino agro, quem multis temporibus ipsi ante possedimus, et in cærseolano, itemq; in albano generis aminei uites huiusmodi notæ habuerimus numero quidem perpaucas, uerum ita fertiles, ut in iugo singulæ ternas urnas præberent, in pergulis autem singulæ denas amphoras peræquarent. Nec incredibilis debet in amineis hæc fœcunditas uideri. nam quemadmodum Terentius Varro, & ante eum M. Cato possent affirmare, sexcentenas

urnas

urnas priscis cultoribus singula uinearum iugera fudisse, si fœcunditas amineis defuisset? quas plerunq; solas antiqui nouerant, nisi putamus ea, quæ nuper, ac modo planè longinquis regionibus accersita notitiæ nostræ sunt tradita, biturica generis, aut basilica uineta eos coluisse, cum uetustissimas quasq; uineas adhuc existimamus amineas. Siquis ergo tales, quales paulo ante possedisse me retuli, amineas pluribus uindemijs exploratas notet, ut ex his malleolos feracissimos eligat posset his pariter generosas uineas, & uberes efficere. nihil enim dubium est, quin ipsa natura sobolem matri simlem esse uoluerit. Vnde etiam pastor ille in bucolicis ait.

Sic catulis catulos similes, sic matribus hœdos. Noram.

Vnde sacrorum certaminum studiosi pernicissimarum quadrigarũ semina diligenti obseruatione custodiunt, et spem futurarum uictoriarum concipiunt propagata sobole generosi armenti. nos quoq; pari ratione uelut olympionicarum equarum, ita feracissimarum aminearũ seminibus electis largæ uindemiæ spem capiamus, neq; est, quod temporis tarditas quenquam deterreat. nã quicquid moræ est, in exploratione surculi absumitur. Cæterum cum fœcunditas uitis comprobata est, celerrime insitionibus ad maximum numerum perducitur, eius rei testimonium tu præcipue Publi Siluine perhibere nobis potes, cum pulchre memineris à me duo iugera uinearum intra tempus biennij ex una præcoque uite, quam in ceretano tuo possides, insitione facta consumata. Quem nam igitur existimas uitium numerum intra tantundem temporis interseri posse duorum iugerum malleolis, cum sint ipsa duo iugera unius uitis progenies? quare si, ut dixi, laborem, et curam uelimus adhibere, facile prædicta ratione, tam feraces aminei generis uineas constituemus, quàm biturici, aut basilici tantum retulerit, ut in transferendis seminibus similem statum cœli, locique, & ipsius uitis habitum obseruemus, quoniam plerunq; degenerat surculus, si aut situs agri, aut aeris qualitas repugnet, aut etiam si ex arbore in iugum defertur. Itaq; de frigidis in frigida, de calidis in similia, de uineis in uineas transferemus. magis tamen ex frigido statu stirps aminea potest calidum sustinere, quàm ex calido frigidum, quoniam omne uitis genus tum maxime prædictum naturaliter lætatur tepore potius, quàm frigore. Sed & qualitas soli plurimum iuuat, ut ex macro, aut mediocri transducatur in mulius. nam quod assuetum est pingui, nullo modo maciem terræ patitur, nisi sæpius stercores. Atque hæc de cura eligendi malleoli generatim præcepimus. nunc illud proprie specialiter, ut non solum ex fœcundissima uite, sed etiam è uitis parte feracissima semina eligantur.

Ex qua uitis parte semina eligenda sunt. Cap. X.

FERACISSIMA autem semina sunt, non ut ueteres autho res tradiderunt, extrema pars eius, quod caput uitis appellant, ideſt ultimum, & productiſſimum flagellum, nam in eo quoq; fallũtur agri colæ. Sed erroris eſt cauſa prima ſpecies, & numerus unarũ, qui ple runq; conſpicitur in productiſſimo ſarmento, quæ res nos decipere nõ debet. id enim accidit non palmitis ingenita fertilitate, ſed loci oppor tunitate, quia reliquas trunci partes humor omnis, & alimentum, qđ à ſolo miniſtratur, tranſcurrit, dum ad ultimum perueniat. naturali enim ſpiritu omne alimentum uirentis, quaſi quædam anima per me dullam trunci ueluti per ſiphonem, quem diabeten uocant mechanici, trahitur in ſummum. Quò cum peruenerit, ibi conſiſtit, atq; conſumi tur. Vnde etiã materiæ uehementiſſimæ reperiuntur aut in capite ui tis, aut in crure uicino radicibus, ſed & eæ ſtirpes, quæ è duro ciuan tur, duplici ex cauſa probatæ ſunt, quod à fœtu uacant, quodq; ex proximo terræ integro, atq; illibato ſucco aluntur, & illæ fertiles, ac firmæ, quia è tenero prorepunt, & quicquid (ut ſupra dixi) ad eas alimenti peruenit, indiuiduum eſt. Mediæ ſunt macerrimæ, qa tranſ currit hinc parte aliqua interceptus, illinc à ſe tractus humor. Non debet igitur ultimum flagellum quaſi fœcundum obſeruari, etiam ſi plurimum afferat, ſiquidem loci ubertate in fructum cogitur, ſed id ſarmentum, quod media uite ſitum, non importuna quidem parte de ficit, ac numeroſo fœtu benignitatem ſuam oſtendit. Hic ſurculus trãſ latus rarius degenerat, cum ex deteriore ſtatu meliorem ſortitur. ſiue enim paſtinato deponitur, ſiue trũco iſeritur, largioribus ſatiatur ali mentis, quàm prius, cum eſſet in egeno Itaque cuſtodiemus, ut à præ dictis locis, quos humeroſos ruſtici uocant, ſemina legamus, tamen quæ attuliſſe fructum antea animaduerterimus. nam ſi fœtu uacua ſint, quamuis laudabilem partem uitis nihil cenſemus ad feracitatem con ferre malleolo, quare uitioſiſſima eſt eorum agricolarum opinio, qui minimum referre credunt, quot uuas ſarmentum habuerit, dum ex ui te fertili legatur, et non ex duro trunco enatum, quod pampinarium uocant. Hæc autem opinio, quæ orta eſt ex inſcitia ſeminum eligendo rum, primum parum fœcundas uineas, deinde etiam nimis ſteriles reddit. quis enim omnino iam per tam longam ſeriem annorũ agri colæ malleolũ legenti præcepit ea, quæ paulo ante retulimus? Immo quis non imprudentiſſimum quenq;, et eum, qui nihil aliud operis fa cere ualeat, huic negotio delegat? Itaque ex hac conſuetudine ueniunt imprudentiſſimi ad rem maxime neceſſariam, deinde etiã infirmiſſi

mi, nam & inutiliſſimus quiſq; ut dixi, qui nullum alium laborem ferre queat, huic officio applicatur. Is porrò etiam ſi quam ſcientiam eligendi malleoli habet, eam propter infirmitatem diſſimulat, aut ſe ponit, & ut numerum, quẽ illicus imperauit, explere poſſit, nihil cu rioſe, nihil religioſe adminiſtrat. unumq; eſt ei propoſitum peragere operis ſui penſum, cum tamen et ut ſciat, & quod ſcit exequatur, hoc ſolum præceptum à magiſtris acepit, ne pampinariam uirgam de plantet, cætera omnia ut ſeminibus contribuat. nos autem primum ra tionem ſecuti, nunc etiam longi temporis experimentum, non aliud ſe men eligimus, nec frugiferum eſſe ducimus, niſi quod in parte genitali fructum attulerit. nam illud quidem, quod loco ſterili lætum robu ſtumq; ſine fœtu proceſſit, fallacem fœcunditatis imaginem præfert, nec ullam generandi uim poſſidet. Id proculdubio uerũ eſſe ratio nos admonet, ſi modo ut in corporibus noſtris propria ſunt officia cuiuſq; membri, ſic & frugiferarũ ſtirpium partibus propria munia. Vide mus hominibus inſpiratam uelut aurigam, rectricem q; membrorum animam, ſenſuſq; iniectos ad ea diſcernenda, quæ tactu, naribus, au ribuſq;, & oculis indagantur, pedes ad greſſum compoſitos, brachia ad complexum. ac ne per omnes uices miniſteriorũ uagetur inſolẽter oratio, nihil aures agere ualent, quod eſt oculorũ, nihil oculi, quod au rium, nec generandi qdem data eſt facultas manibus, aut plantis, ſed quod hominibus ignotum uoluit eſſe genitor uniuerſi uentre protexit, ut diuina præditus ratione rerũ æternus opifex, quaſi q uſdã ſecre tis corporis in arcano, atq; operto ſacra illa ſpiritus elementa, cũ ter renis primordijs miſceret, atq; hanc animantis machinæ ſpeciẽ effin geret. Hac lege pecudes, ac uiuipara progenuit. hac uitiũ genera figu rauit, quibus eadẽ ipſa mater, ac parens primũ radices uelut funda menta quædã iecit, ut ijs quaſi pedibus inſiſteret. Truncũ deinde ſu perpoſuit uelut quandã ſtaturã corporis, & habitus. Mox ramis dif fudit quaſi brachijs. Tũ caules, & pãpinos elicuit, uelut palmas, eo rumq; alios fructu donauit. alios fronde ſola ueſtiuit ad protegen dos, tutandosq; partus. Ex his igitur, ut ſupra diximus, ſi nõ ipſa mẽ bra genitalia cõceptu, atq; fœtu grauida, ſed tanq; tegmina, et umbra cula eorũ, quæ fructibus uidua ſunt, legerimus, umbræ ſcilicet nõ uin demiæ laborabimus Quid ergo eſt cur q̃uis nõ ſit è duro pãpinus, ſed è tenero natus, ſi tamen orbus eſt, etiã in futurũ quaſi ſterilis dãna tur à nobis? Modo. n. diſputatio noſtra colligebat unicuiq; corporis par ti propriũ eſſe attributũ officiũ, quod ſcilicet ei conuenit, ut malleolo quoq;, qui opportuno loco natus eſt, fœcunditatis uis adſit, etiã ſi in terim ceſſet à partu, nec ego abnuerim in hoc me inſtitiſſe argumenta

ri. sed & illud maxime profiteor palmitē, quamuis frugifera parte enatum, si fructum non attulerit, ne uim quidem fœcunditatis habere. nec hoc illi sententiæ repugnat. Nam & homines quosdam non posse generare, quamuis omnium membrorum numero cōstante, manifestum est, ne sit incredibile, si genitali loco uirga nata fructu careat, carituram quoque esse fœtu. Itaque ut ad consuetudinem agricolarū reuertar, eiusmodi surculos, qui nihil attulerint, spadones appellant. quod non facerent, nisi eos suspicarentur inhabiles frugibus. quæ & ipsa appellatio rationem mihi subiecit non eligendi malleolos quamuis probabili parte uitis enatos, si fructum non tulissent. quanquam & hos sciam non in totum sterilitate affectos. nam confiteor pampinarios quoq; cum è duro prorepserint, tempore anni sequentis acquirere fœcunditatem, et ideo in resecem submitti, ut progenerare possit. Verum eiusmodi partum comperimus, non tam ipsius resecis, q̄ materni esse muneris. nam quia inhæret stirpi suæ, quæ est natura ferax, mistus adhuc parentis alimentis, & fœcundi partus seminibus, ac uelut altricis uberibus eductus, paulatim fructum ferre condiscit. At quæ citra naturæ quandam pubertatem, immatura, atq; intempestiua planta direpta trunco uel terræ, uel etiam stirpi recisæ inseritur, quasi puerilis ætas, ne ad coitum quidem, ne dum ad conceptum habilis uim generandi uel in totum perdit, uel certe minuit. Quare magnopere censeo in eligendis seminibus adhibere curam, uti fructuosa parte uitis palmites legamus eos, qui futuram fœcunditatem iam toto fructu promittunt. Nec tamen contenti simus singulis uuis, maximeq; probemus eos, qui numerosissimis fœtibus conspiciuntur. An non opilionem laudabimus ex ea matre sobolem propagantem, quæ geminos enixa sit, & caprarium summittentem fœtus earum pecudum, quæ trigemino partu commendantur? uidelicet quasi semper sit parentum fœcunditati proles responsura, & nos sequamur in uitibus hanc ipsam rationem, tanto quidem magis, quod compertum habeamus naturali quadam malignitate desciscere interdum, quamuis diligenter probata semina, idq; nobis poeta uelut surdis ueritatis indulget dicendo.

Vidi lecta diu, & multo spectata labore
Degenerare tamen, niuis humana quotannis
Maxima quæq; manu legeret. sic omnia fatis
In peius ruere, ac retro sublapsa referri.

quod non tantum de seminibus leguminum, sed in totam agricolationis rationem dictum esse intelligendum est. Si modo longi temporis obseruatione comperimus, quod certe comperimus, eum malleolum, qui

quatuor uuas tulerit, deputatum, & in terram depositum à fœcunditate materna sic degenerare, ut interdum singulis, nonnunq̄ etiam binis uuis minus afferat. Inquantum autem censemus defecturos eos, q̄ binos, aut ferè singulos fœtus in matre tulerint, cum etiā feracissimi translationem sæpe reformident, itaq; huius rationis demonstratorē magis esse me, quàm inuētorē libenter profiteor, nequis existimet fraudari maiores nostros laude merita, nam id ipsum censuisse eos non dubium est, quamuis nullo alio sit scripto proditum, exceptis quæ retulimus metris Virgilij. Et hic tamen ut de seminibus leguminum præcipiatur. Cur enim aut è duro natam uirgam, aut etiam ex fœcundo malleolo, quem ipsi probassent, decisam sagittam repudiabāt, si nihil interesse dicebant, ex quo loco semina legerentur? Nunc quia uim fœcunditatis certis quasi membris inesse non dubitabant, iccirco pampinarium, & sagittam uelut inutiles ad deponendum prudentissime damnauerunt. Quod si ita est, nihil dubium est multo magis ab his improbatum esse etiam illum palmitem, qui frugifero loco natus, fructum non attulisset. Nam, si sagittam, idest superiorē partem malleoli, uituperandam censebant, cum esset eadem pars surculi frugiferi, quanto magis uel ex optima uitis parte natum flagellū, si est sterile improbatum ab his, ratio ipsa declarat? Nisi tamē (quod est absurdū) crediderunt id translatum, et abscissum à sua stirpe, destitutumq; materno alimento, frugiferum, quod in ipsa matre neq̄ fuisset. Atq; hæc & forsitan pluribus dicta sunt, q̄ exigebat ratio ueritatis, minus tamē multis, q̄ postulabat praue detorta, et inueterata opinio rusticorū.

Quæ spectanda qualitates in eo solo, quod uineæ destinaueris. Cap. XI.

NVNC ad reliquum ordinem propositæ disputationis redeo. Sequitur hanc eligendi malleoli curam pastinationis officiū, si tamen ante de qualitate soli constiterit, nam eum quoq; plurimum & bonitati, & largitati frugum conferre nihil dubium est, ac prius q̄ ipsum perspiciamus, illud antiquissimum censemus, rudem potius eligendū agrum, si sit facultas, quàm ubi fuerit seges, aut arbustum, nam de uinetis, quæ lōgo situ exoleuerunt, īter omnes authores constitit, pessima esse si reserere uelimus, quod & inferius solū pluribus radicibus sit impeditum, ac uelut irretitum, & adhuc non amiserit uirus, & cariem illam uetustatis, quibus hebetata quasi aliquibus uenenis humus torpeat. Quā ob causam syluestris ager præcipue est eligendus, qui etiam si frutetis, aut arboribus obsessus est, facile extricatur, quod suapte natura quæcunq; gignuntur, non penitus nec in profundū ra-

dices agunt, sed per summum terræ dispergunt, atque deducunt, quibus ferro recisis, atq; extirpatis, parum, quod supereſt, inferioris ſoli raſtris licet effodere, & in fermentũ cõgrere, atq; cõponere. ſi tamẽ rudis terra non ſit, proximum eſt uacuum arboribus aruum. ſi nec hoc eſt, rariſſimum arbuſtum, uel oliuetum quod non fuerit, maritũ uineis deſtinatur. Vltima eſt, ut dixi, cõditio reſtibilis uineæ. nam ſi neceſſitas fãcere cogit, prius quicqd eſt reſiduæ uitis extirpari debet. deinde totum ſolum ſicco fimo, aut, ſi id non ſit, alterius generis quã recentiſſimo ſtercorari, atq; ita conuerti, & diligentiſſime refoſſas omnes radices in ſummum regeri, atq; comburi. Tunc rurſus uel ſtercore uetuſto, quia non gignit herbas, uel de uepribus egeſta humo paſtinatum large contegi. At ubi pura noualia arboribus ſunt libera, conſyderandum eſt, ante quàm paſtinemus, ſurcularis, nec ne ſit terra. idq; facillime exploratur per ſirpes, quæ ſua ſponte proueniunt. Neq; enim eſt ullum tandiu uiduum ſolum uirgultis, ut non aliquos ſurculos progeneret tanquã pyros ſyluestres, et prunos, uel rubos ærte. Nam hæc quamuis genera ſpinarum ſint, ſolent tamen fortia, & læta, & grauida fructu conſurgere. Igitur ſi non retorrida, & ſcabra, ſed leuia, & nitida, & prolixa fœcunda q; uiderimus, eã intelligemus eſſe terram ſurcularem. Sed hoc in totum ad illud, quod uineis præcipue eſt idoneum, proprie conſyderandum, ut prius retuli, ſi facilis eſt humus, & modicè reſoluta, quam diximus pullam uocitari, nec quia ſola ea, ſed quia ſit habilis maxime uinetis. Quis enim uel mediocris agricola neſciat etiam duriſſimum tophum, uel cærbunculum, ſimulatq; ſunt confracti, & in ſummo regeſti tempeſtatibus, gelú ue, nec minus æſtuis putreſcere ualoribus, ac reſolui, eosq; pulcherrime radices uitium per æſtatem refrigerare, ſuacumq; retinere? quæ res alendo ſurculo ſunt accommodatiſſimæ. Simili quoq; de cauſa probari ſolutam glaream, calculoſumq; agrum, & mobilem lapidem, ſi tamen hæc pingui glebæ permiſta ſunt, nam eadem ieiuna maxime culpantur. Eſt autem (ut mea fert opinio) uineis amicus etiam ſilex, cui ſuperpoſitum eſt modicum terrenum, quia frigidus, & tenax humoris per ortum caniculæ nõ patitur ſitire radices. Higinius quidẽ ſecutus Tremellium præcipue montium ima, quæ à uerticibus deſluẽtem humum receperint, uel etiã ualles, quæ fluminum alluuie, et inundationibus concreuerint, aptas eſſe uineis aſſeuerat, me non diſſentiente. Cretoſa humus utilis habetur uiti, nam per ſe ipſa creta, qua utuntur figuli, quamq; nonnulli argillam uocant, inimicſſima eſt nec minus ieiunus ſabulo, & quicquid, ut ait Iulius Atticus, retorridum ſurculum facit. Id autem ſolum uel uligineſum eſt, uel ſalſum, uel amarum, & uel ſiticuloſum, & peraridum. Nigrum tamen, & rutilum ſabulonem, qui ſit humidæ terræ permiſtus, probauerunt antiqui, nã cærbunculoſum agrum, niſi ſtercore iuues, macras uineas efficere dixerunt. Grauis eſt rubrica, ut idem Atticus ait, & ad comprehendendum radicibus iniqua. Sed alit eadem uitem, cum tenuit, uerũ eſt in opere difficilior, quod neq; humentem fodere poſſis, quod ſit glutinoſiſſima, nec nimium ſiccam, quia ultra modum prædura.

Quæ Iulius Græcinus tradiderit de terra uineali. Cap. XII.

SED ne nunc per infinitas terreni ſpecies euagemur, non intempeſtiue commemorabimus Iulij Græcini conſcriptam uelut formulam, ad quam poſita eſt limitatio terræ uinealis. Idem enim Græcinus ſic ait. Eſſe aliquam terram cælidam, uel frigidam, humidã, uel ſiccam, raram, uel denſam, leuem, aut grauem, pinguem, aut macrã. ſed neque nimium cælidum ſolum poſſe tolerare uitem, quia inurat, neque prægelidum, quoniam uelut ſtupentes, & congelatas radices nimio frigore moueri non ſinat, neque humidum, quoniã cum ſe promunt uites, modico tepore euocant humorem terræ iuſto maiorẽ, qui putrefacit depoſita ſemina. Rurſus nimiam ſiccitatem deſtituere plantas dicit naturali alimento, aut in totum necare, aut ſcabras, & retorridas facere. Perdenſam humum cœleſtes aquas non ſorbere, nec facile perflari, facillime perrumpi, & præbere rimas, quibus ſol ad radices ſirpiũ penetret. eademq; uelut, conclauſa, & coarctata ſemina cõprimere, atq; ſtrangulare. Raram ſupra modum uelut per infundibulum tranſmittere imbres, & ſole, ac uento penitus ſiccari, atq; exareſcere. Grauem terram uix ulla cultura uincibilem, leuem uix ullã ſuſtineri, pinguiſſimam, et lætiſſimã luxuria, macrã, ac tenuẽ ieiunio laborare. Opus eſt ingt inter has tam diuerſas inæqualitates magno temperamento, quod in corporibus quoq; noſtris deſyderatur, quorũ bona ualetudo cælidi, & frigidi, humidi, et aridi, denſi, et rari, certo, & quaſi examinato modo continetur. Nec tamen hoc temperamentũ in terra, quæ uineis deſtinetur, pari momento libratũ eſſe debere ait, ſed in alterã partẽ propenſius, ut cælidior terra ſit, quàm frigidior, ſiccior quàm humidior, rarior quàm denſior, & ſiquæ ſunt his ſimilia, ad quæ contemplationem ſuam dirigat, qui uineas inſtituet. quæ cuncta (ſicut ego reor) magis proſunt, cum ſuffragatur etiam ſtatus cœli cuius regionem, quam ſpectare debeant uineæ, uetus eſt diſſenſio, Saſerna maxime probante ſolis ortum, mox deinde meridiem, tum occaſum, Tremellio Scroſa præcipuam poſitionem meridianam cenſente, Virgilio de induſtria occaſum ſic repudiante.

Né ue tibi ad solem uergant uineta cadentem.

Democrito, & Magone laudantibus cœli plagam septentrionalem, quia existiment ei subiectas feracissimas fieri uineas, quæ tamen bonitate uini superentur. Nobis in uniuersum præcipere optimum uisum est, ut in locis frigidis meridiano uineta subijciãtur, tepidis oriẽti aduertantur, si tamen nõ infestabuntur austris, euriq; uelut oræ maritimæ in Bætica. Sin autem regiones prædictis uentis fuerint obnoxiæ, melius aquiloni, uel fauonio committentur, nam feruẽtibus prouincijs, ut Aegypto, & Numidia, uni septentrioni rectius opponentur, quibus omnibus diligenter exploratis, tum demũ pastinationem suscipiemus.

Quomodo terra pastinetur. Cap. XIII.

EIVS autem ratio cum Italici generis futuris agricolis, tum etiam prouincialibus tradenda est, quoniam in longinquis, & remotis regionibus istud genus uertendi, & subigendi agri minime usurpatur, sed aut scrobibus, aut sulcis uineæ plerunq; conseruntur. Scrobibus uineta sic ponuntur. Quibus uitem mos est scrobibus deponere ferè p tres longitudinis pedes, perq; duos in altitudinem cauato solo quantum latitudo ferramenti patitur, malleolos utrinq; iusta latera fossarum consternunt, et aduersis scrobiũ frontibus curuatos erigunt, duabusq; gẽmis supra terrã eminere passi reposita humo cætera coæquant, quæ faciunt in eadẽ linea intermissis totidẽ pedũ spatijs, dũ peragant ordinẽ. Tũ deinde relicto spatio prout cuiq; mos est uineas colenti, uel aratro, uel bidente, persequentes ordinem insistunt. Et si fossorem tantum terra uersetur, minimum est quinq; pedũ interordinium, septem maximum. sin bubus, & aratro, minimum est septem pedum, satis amplum decem. Nonnulli tamen omnem uitem per denos pedes in quincunce disponunt, ut more noualium terra transuersis, aduersisq; sulcis proscindatur. Id genus uineti non conducit agricolæ, nisi ubi lætissimo solo uitis amplo incremento consurgit. At qui pastinationis impensam reformidant, sed aliquatamẽ parte pastinationem imitari student, paribus alternis omissis spatijs, senum pedum latitudinis sulcos dirigunt. fodiunt q; & exaltant in tres pedes, ac per latera fossarum uitem, uel malleolum disponunt. Auarius quidam dupondio & dodrante altum sulcum, latum pedũ quinq; faciunt. deinde ter tanto amplius spatium crudũ relinquunt. atq; ita sequentem sulcum infodiunt. quod cum per definitum uinetis locum fecerint in lateribus sulcorum uiuiradices, uel decisos quam recentissimos palmites nouellos erigunt, cõsitis compluribus intur ordinaria semina malleolis, quos posteaquam conualuerint crudo solo quod emissum est, transuersis scrobibus propagent, atque ordinent uineam paribus internallis. sed eæ, quas retulimus, uinearum sationes, pro natura, & benignitate cuiusq; regionis aut usurpandæ, aut repudiandæ sunt nobis. Nunc pastinandi agri propositum est rationem tradere. Ac primum ex omni siue arbusto, siue syluestri loco, quem uineis destinauerimus, omnis frutex, atq; arbor erui, & summoueri debet, ne postea fossorem moretur, neue iam pastinatum solum iacentibus mollibus imprimatur, & exportantium ramos, atq; truncos ingressu proculcetur. Neq; enim parum refert suspensissimum esse pastinatum, & si fieri possit, uestigio quoq; inuiolatum, ut motæ æqualiter humus nouelli seminis radicibus quancunque in partem prorepserint, molliter cedat, ne incrementa duritia sua reuerberet, sed tenero uelut nutritio sinu recipiat, & cœlestes admittat imbres. eosq; alendis seminibus dispenset. ac suis omnibus partibus ad educãdam prolem nouam conspiret. Campestris locus alte duos pedes, & semissem infodiendus est, accliuis regio tres. Præruptior uero collis uel in quatuor pedes uertendus, quoniam cum à superiore parte in inferiorem detrahitur humus, uix iustum pastinationi præbet regestum. nisi multo editiorem ripam, quàm in plano feceris. Rursus depressis uallibus minus alte duobus pedibus deponi uineam non placet. Nam præstat non conserere, quàm in summa terra suspendere. Nisi tamen si scaturigo palustris obuia (sicut in agro rauennate) plus quàm sesquipedem prohibeat infodere. Primum autem prædicti operis exordium est, non ut huius temporis pleriq; faciunt agricolæ, sulcum paulatim exaltare, & ita secundo, uel tertio gradu peruenire ad destinatum pastinationis altitudinem. Sed protinus æqualiter linea posita rectis lateribus perpetuam fossam educere, & post tergũ motam humum componere, atque in tantum deprimere, donec altitudinis mensuram datam cœperit. tum per omne spacium gradus æqualiter mouenda linea est. obtinendumq; ut eadẽ latitudo in imo reddatur, quæ cœpta est in summo. opus est autem perito, ac uigilante exactore, qui ripam erigi iubeat, sulcumq; uacuari, ac totum spacium crudi soli cum emota iam terra committi, sicut præcepi superiore libro, cum arandi rationem traderem, monendo necubi semina omittantur, & quod est durum, summis glebis obtegatur. sed huic operi exigendo quasi quandam machinam commenti maiores nostri, regulam fabricauerunt, in cuius latere uirgula prominens ad eam altitudinem, qua deprimi sulcum oportet, contingit summam ripæ partem. Id genus mensuræ cubiam uocant rustici.



Sed ea quoque fraudem recipit, quoniam plurimum interest, utrum eam pronam, an rectam ponas. nos itaque huic machinæ quasdam partes adiecimus, quæ contendentium litem, disputationem q; dirimerent. nam duas regulas eius latitudinis, qua pastinator sulcum factu rus est in speciem græcæ literæ X decussauimus, atque ita mediæ parti, qua regulæ committuntur, antiquam illam ciconiam infiximus, ut tanquam suppositæ basi ad perpendiculum normata insisteret. deinde transuersæ quæ est in latere uirgulæ, fabrilem libellam supposuimus.



Sic compositum organum, cum in sulcum demissum est, litem domini, & conductoris sine iniuria deducit. nam stella, quam diximus græcæ literæ faciem obtinere, pariter imæ fossæ solum metitur, atq; perlibrat, quia siue pronum, seu resupinum est, positione machinæ deprehenditur. quippe prædictæ uirgulæ superposita libella alterutrũ ostendit, nec patitur exactorem operis decipi. sic permensum, & perlibratum opus in similitudinem uermiculi semper procedit. tantum q; spatij linea promota occupatur, quantum effossus sulcus longitudinis, ac latitudinis obtinet, atque id genus præparandi soli probatissimum est.

Quot modis uitis ponatur aut in prouincijs, aut in Italia. Cap. XIIII.

SEQVITVR opus uineæ conserendæ, quæ uel uere, uel autumno tempestiue deponitur. Vere melius, si aut pluuius, aut frigidus status cœli est, aut ager pinguis, aut campestris, & uliginosa planicies. rursus autumno si sicca, si calida est aeris qualitas, si exilis, atq; aridus campus, si macer, præruptus ue collis. uernæq; positionis dies ferè quadraginta sunt ab idibus februarijs usq; in æquinoctium. rursus autumnalis ab idibus Octob. in Calen. Decembres. Sationis autem duo genera malleoli, uel uiuiradicis, quod utrunq; ab agricolis usurpatur, & in prouincijs magis malleoli. neq; enim seminarijs studẽt, nec usum habent faciendæ uiuiradicis. hanc sationem cultores Italiæ plerique iure improbauerunt, cum plurimis dotibus præstet uiuiradix. nam minus interit, cum & calorem, & frigus, & cæteras tempestates propter firmitatem facilius sustineat. deinde adolescit maturius, ex quo euenit, ut celerius quoque sit tempestiua edendis fructibus, tum etiam nihil dubium est sæpius translatum. potest tamen malleolus protinus inuicem uiuiradicis conseri soluta, & facili terra. cæterũ densa, & grauis utiq; uitem desyderat.

Meliorem esse positionem pastinato solo, quàm nouali. Cap. XV.

SERITVR ergo prius in emundata, inoccataq; , & æquata pastinatione, macro solo quinis pedibus inter ordines omissis, mediocri, senis, in pingui uero septenum pedum spatia dãda sunt, quo largiora uacent interualla, per quæ frequentes, prolixæq; materiæ diffundantur. hæc in quincuncem uinearum metatio expeditissima ratione conficitur. quippe linea per totidem pedes, quot destinaueris interordiniorum spatijs purpura, uel quolibet alio conspicuo colore insuitur. eaq; sic denotata per repastinatum intenditur, & iuxta purpuram calamus defigitur. atq; ita paribus spatijs ordines dirigũtur. quod deinde cum est factum, fossor insequitur, scrobemq; alternis omissis per ordinem spatijs à calamo ad proximum calamum nõ minus altum q̃ duos pedes et semissem planis locis resodit, accliuibus in dupondium & dodrantem, præcipitibus etiam in tres pedes. in hanc mensuram scrobibus depressis uiuiradices ita deponuntur, ut à media scrobe singulæ & in diuersum sternantur, & contrarijs frõdibus fossarum ad calamos erigantur. Satoris autem officium est primum quamrecentissimam, & si fieri possit, eodem momento, quo serere uelit, de seminario transferre plantam diligenter exemptam et integrã. deinde eã uelut ueteranã uitem totã ex putare, et ad unã materiã firmissimã redigere, nodosq;, & cicatrices alleuare. siquæ etiã

radices(quod maxime cauendum est,ne fiat in eximendo)laborauerint,eas amputare,sic deinde curuatam deponere, ne duarum uitium radices implicentur.id enim uitare facile est per imum solum iuxta diuersa latera fossarum dispositis paucis lapidibus, qui singuli non excedant quinq; librale pondus. Hi uidentur (ut Mago prodit) & aquas hyemis,& uapores æstatis propulsare radicibus.quem secutus Virgilius tutari semina,et muniri sic præcipit,aut lapidem bibulũ, aut squallentes infode conchas.& paulopost. -Iamq; reperti

Qui saxo super,atq; ingentis pondere testæ
Vrgerent.hoc effusos munimen ad imbres,
Hoc ubi hiulat siti findit arua æstifer arua.

idemq; pœnus author probat uinacea permista stercori depositis seminibus in scrobem uires mouere,quod illa prouocent,& eliciant nouas radiculas.hoc per hyemem frigentem,& humidam scrobibus inferre calorem tempestiuum,ac per æstatem uirentibus alimentum, et humorem præbere. Si uero solum,cui uitis committitur,uidetur exile,lõgus acersitum pinguem humum scrobibus inferre censet. quod an expediat,regionis annona,operarumq; ratio nos docebit.

Quæ mensura pastinandi soli abunde sit uineis. Cap. XVI.

EXIGVE humidum pastinatum sationi conuenit.melius tamen uel arido,quàm lutoso semen committitur. idq; cum supra summam scrobem compluribus internodijs producta est, quod de cacumine supereſt,duabus gemmis tantum supra terram relictis amputatur,et ingesta humo scrobis completur.Coæquato,deinceps pastinato malleolus ordinarijs uitibus inter serendus est . eumq; sat erit medio spacio, quod uacat inter uites per imam lineam depangere.Sic enim melius & ipse conualescet,& ordinarijs seminibus modice uacuum solum ad culturam præbebit iter.in eadem deinde linea,in qua uiuit radix obtinebit ordinem suum,præsidij causa quorum ex numero propagare possit in locum demortuæ uitis,quinq; malleoli pãgendi sunt,per spacium pedis,isq; pes à medio interordinio sumitur,ut ab utraq; parte paribus internallis distent.tali consitioni Iulius Atticus abunde putat esse malleolorum sexdecim millia.Nos tamen plus quatuor millibus conserimus,quia negligentia cultorum magna pars deperit,& interitu seminum cætera,quæ uirent,rarescunt.

Quemadmodum,& quo tempore uitis serenda sit. Cap. XVII.

DE positione surculi non minima disputatio fuit inter authores. quidam totum flagellum sicut erat matri detractum crediderunt sationi

sationi conuenire.idq; per gemmas quinas,uel etiã senas partiti cõplures taleolas terræ mandauerunt.Quod ego minime probo,magisq; assentior his authoribus, qui negauerunt esse idoneam frugibus superiorem partem materiæ, solamq; eam,quæ est iuncta cum uetere sarmento, probauerunt. Cæterum omnem sagittam repudiauerunt.Sagittam rustici uocant nouissimam partem surculi,siue qa lõgius recessit à matre,& quasi micuit,atq; prosiluit,seu qa cacumine attenuata prædicti teli speciẽ gerit.Hãc ergo prudentissimi agricolæ negauerunt conseri debere.nec tamen sententiæ suæ rationẽ nobis prodiderunt, uidelicet quæ ipsis in re rustica multum callentibus prompta erat, & ante oculos penè exposita.omnis enim fœcundus pãpinus intra quintum,aut sextum gemmam fructu exuberat,reliqua parte quamuis longissima uel cessat,uel per exiguos ostendit racemos.quam ob causam sterilitas cacuminis iure ab antiquis incusata est.Malleolus autem sic ab ijsdẽ pãgebatur,ut nouello sarmento pars aliqua ueteris hæreret.sed hãc positionem damnauit usus.nam qquid ex uetere materia relictum erat,depressum,atq; obrutum celeriter humore putrescebat,proximasq; radices teneras, & nix dum prorũpentes uitio suo enecabat.qđ cum acciderat,superior pars seminis retorrescebat.Mox Iulius Atticus,& Cornelius Celsus ætatis nostræ celeberrimi authores patrẽ,atq; filium Sasernam secuti, quicquid residui fuit ex uetere palma per ipsam commissuram,qua nascatur materia noua,resecuerunt,atque ita cum suo capitulo sarmentum depresserunt.

Quæ obseruare debet,qui uitem ponit. Cap.XVIII.

SED Iulius Atticus prætorto capite,& recuruato, ne pastinum effugiat,prædictum semen demersit. Pastinum uocant agricolæ ferramentum bifurcum,quo semina panguntur.unde etiam repastinatæ dictæ fuere uineæ ueteres,quæ refodiebantur.hæc enim propria appellatio restibilis uineti erat.nunc antiquitatis imprudẽs consuetudo quicquid emoti soli uineis præparatur,repastinatum uocat.sed redeamus ad propositum,uitiosa est(ut mea fert opinio)Iulij Attici satio, quæ contortis capitibus malleolum recipit . eiusq; rei uitandæ nõ una ratio est.Primum,quod nulla stirps ante quàm deponatur , uexata, & infracta melius prouenit,quàm quæ integra,& iuiolata sine iniuria deposita est.deinde quicquid recuruum,& sursum uersus spectans , demersum est.cum tempestiuum eximitur , in modum hami repugnat obluctanti fossori.& uelut uncus infixus solo ante quàm extrahatur , prærumpitur.nam fragilis est ea parte materia, qua

torta,& recuruata cum deponeretur,cœperat uitium,propter quod per fractam maiorem partem radicum amittit. Sed ut incommoda ista prætereã,certe illud,qđ est inimicissimum,dissimulare nequeo. nã paulo ante cum de summa parte sarmenti disputarẽ,quam sagittam dixerã uocitari,colligebã fore intra quintam,uel sextam gemmam, quæ sint proximæ ueteri sarmento fructus medij. Hanc ergo fœcundam partem consumit,qui contorquet malleolum,quoniã & ea pars, quæ duplicatur,tres gemmas uel quatuor obtinet,& reliqui duo,uel tres fructuarij oculi penitus in terrã deprimantur,mersíq; non materias,sed radices creant. ita euenit ut quod in salicto conserendo uitaueramus,id sequamur in eiusmodi malleolo, quẽ necesse est facere longiorem,si uolumus detortum depangere. nec dubiũ, quin gemmæ cacumini proximæ,quæ sunt infœcundæ,in eo reliquantur,ex qbus pampini pullulant uel steriles,uel certe minus feraces,quos rustici uocant racemarios. quid quod plurimũ interest,ut malleolus, qui deponitur ea parte,qua est à matre decisus,coalescat,& celeriter cicatricem ducat. nam si id factum non est, uelut per fistulam, ita per apertam uitis medullam nimius humor trahitur,idemq; truncum æstuat. unde formicis,aliisq; animalibus,quæ putrefaciunt crura uitiũ, latebræ præbentur. hoc autem euenit retortis seminibus. cum enim per exemptionem imæ partes eorum perfractæ sunt,apertæ medullæ deponuntur. atq; irrepentibus aquis, prædictisq; animalibus celeriter senescunt,quare pangendi optima est ratio recti malleoli,cuius imum caput, cum consertum est bifurco pastini, angustis faucibus ferramenti facile continetur,ac deprimitur. idq; sarmentũ sic depressum citius coalescit. Nam & radices è capite,qua recisum est, æque mittit. quæ cum excreuerunt,cicatricem obducunt,& alioquin plaga ipsa deorsum spectans non tantum recipit humorem, quantum illæ, quæ reflexa,& resupina more infundibuli per medullam trãsmittit quicquid aquarum cœlestium superfluit.

Quàm longus debet esse malleolus. Cap. XIX.

LONGITVDO, quæ debeat esse malleoli,parũ certa est, quoniam siue crebras gemmas habet,breuior faciendus est,seu raras longior,attamen nec maior pede,nec dodrãte minor esse debet. hic neper summa terræ sitiat æstatibus,ille ne depressus altius cum adoleuerit,exemptionem difficilem præbeat. sed hæc in plano. nam in cliuosis,ubi terra decurrit,potest palmipedalis deponi. Vallis & uliginosi campi situ serimus etiã trigemmem,qui est paulo minor dodrante,longior utique semipede. isq; non ab eo trigemmis dictus est,quod

omnino

omnino trium oculorum est,cum ferè circa plagam, qua matri abscisus est,plenus sit gemmarum,sed quod his exceptis,quibus est frequens in ipso capite, tres deinceps articulos, totidemq; gemmas habet. super cætera illud quoque siue malleolũ,siue uiuiradicem serentem præmoneo,ne semina exarescant,immodicum uentum, solemq; uitare,qui uterque non incommode arcetur obiectu uestis,aut cuiuslibet densi tegminis. Veruntamen præstat eligere sationi silentis,uel certe placidi spiritus diem. nam sol umbraculis facile depellitur. sed illud etiam,quod non dum tradidimus, ante quàm disputationi clausulam imponamus, dicendum est,an plurium generum uites habendæ sint, eæq; separatæ, & distinctæ specialiter, an confusæ, & mistæ cæteruatim. prius disseremus de eo, quod primum proposuimus.

Quot genera uitium ponenda sint. Cap. XX.

PRVDENTIS igitur agricolæ est uitẽ,quam præcipue probauerit,nulla interueniente alterius notæ stirpe conserere,numerũq; quammaximũ eius semper augere. sed prouidentis est,diuersa quoq; genera deponere. neq; enim unquam sic mitis,ac temperatus est annus,ut nullo incommode uexet aliqđ uitis genus siue enim sicus est, id,quod humore proficit,contristatur,seu pluuius,qđ siccitatibus gaudet,seu frigidus,& pruinosus,quod non est patiens uredinis,seu feruens quod uaporem non sustinet. Ac ne nunc mille tempestatum iniurias persequar, semp est aliquid,quod uineas offendat. igitur si unũ genus seuerimus,cum id acciderit,quod ei noxium est,tota uindemia priuabimur,Neque enim ullum erit subsidiũ, cui diuersarum notarum stirpes non fuerint. at si uarij generis uineta fecerimus,aliquid ex ijs inuiolatum erit,qđ fructum perferat. nec tamen ea causa nos debet compellere ad multas uitium uarietates, sed quod iudicauerimus eximium genus, id quantæ multitudinis possumus, efficiamus. quod deinde proximum à primo,tum quod est tertiæ notæ,uel quartæ,quodq; eatenus uelut lectarum quoddam contenti simus tetartæo, satis est enim per quatuor,uel summum quinq; genera uindemiæ fortunam opperiri. de altero,quod mox proposueram,nihil dubito,quin per species digerendæ uites,deponendæq; sint in proprios hortos seminis, ac decumanis distinguendæ. nec quod ipse potueram à meis familiaribus obtinere, ut ante me quisquam eorum, qui quammaxime id probauerit, effecerit. Est enim omnium rusticorum operum difficillimum,quia & summam diligentiam legendis desyderat seminibus,& nõnihil discernendis,in quo maxima plerũq; felicita-

te, & prudentia opus est. sed interdum (quod ait diuinus author Plato) rei nos pulchritudo trahit, uel ea cõsectandi, quæ propter infirmitatem cõmortalis naturæ cõseq nequeamus. Istud tamen si ætas suppetat, & scientia, facultasq; cum uoluntate cõgruant, non ægerrime perficiemus, quamuis non omnino minime ætatis spatio perseuerãdum sit, ut magnus numerus per aliquot annos discernatur. neq; nomne tempus permittit eius rei iudicii. nam uites, quæ propter similitudinem coloris, aut truncã, flagellorum'ue dignosci nequeunt, maturo fructu, foliisq; declarãtur, quam tamen diligentiã nisi per ipsum patremfamilias exhiberi posse non affirmauerim. nam credidisse uilicæ, uel etiam uinitori secordis est, cum quod longe sit facilius, adhuc per paucissimis agricolis contigerit, ut nigri uini stirpe careant, quãuis color uuæ possit uel ab imprudentissimo deprehendi.

Vtrum distinctis generibus uitium horti conserendi sint. Cap. XXI.

ILLA Tamen una mihi ratio suppetit, celerrime quod proposuimus efficiendi, si sint ueteranæ uineæ, ut separatorum surculorum cuiusq; generis singulos hortos inseramus, sic paucis annis multa nos millia malleolorũ ex insitis percepturos. atq; ita discreta semina pregones consituros, nihil dubito. eius porrò faciẽdæ rei nos utilitas multis de causis compellere potest. & ut à leuioribus incipiam, primum quod ad omnem rationem uitæ non solum agricolationis sed cuiusq; disciplinæ, prudentem delectant impensius ea, quæ propriis generibus distinguntur, quàm quæ passim uelut abiecta, & quodã aceruo confusa sunt. Deinde quod uel alienissimus rusticæ uitæ, si in agrum tempestiue consitum ueniat, summa cum uoluptate, naturæ benignitatem miretur, cum istinc bituricæ fructibus opimæ, hinc pares ijs hæluolæ respondent. illinc arcellæ, rursus illinc spioniæ, basilicæ'ue cõueniant, quibus alma tellus annua uice (uelut æterno quodam puerperio) læta, mortalibus distenta musto demittit ubera. inter quæ fauẽte libero fœtis palmitibus, uel generis albi, uel flauẽtis, ac rutili, uel purpureo nitore micantis, undiq; uersicoloribus pomis grauidus cõlucet autumnus. sed hæc quamuis plurimum delectent, utilitas tamen uincit uoluptatem. Nam & paterfamilias libentius ad spectaculum rei suæ quanto est ea luculentior descendit. & quod de sacro numine poeta dicit,

Et quocunq; deus circum caput egit honestum.

Verum quocunque domini præsentis oculi frequenter accesserẽ, in ea parte maiorem in modum fructus exuberat. sed omitto illud, qđ in descriptis etiam uitibus contingere potest, illa, quæ sunt maxime spectanda,

etanda, persequar. Diuersæ notæ stirpes nec pariter defloresc̃unt, nec ad maturitatem simul perueniunt. Quã ob causam, qui separata generibus uineta non habet, patiatur alterum incommodũ necesse est, ut aut serum fructum cum præcoque eleuet, quæ res mox acorẽ facit, aut si maturitatem serotini expectet, amittat uindemiã præcoquẽ, quæ plerunque populationibus uolucrum, pluuijsq;, aut uẽtis lacessita dilabitur. Si uero interiectibus capere cuiusq; generis fructum aueat, primum necesse est, ut uindemiatorum aleã subeat, neq; enim singulis totidem antistites dare potest, qui obseruent, quiq; præcipiãt, ne acerbæ uuæ cum maturis demetantur. deinde etiam quarũ uitiũ maturitas competit, cum diuersæ notæ sint, melioris gustus ab deteriore corrumpitur, confususq; in unum multarum sapor, uetustatis impatiens fit. atq; ideo necessitas cogit agricolam musti annonam expedire, cum plurimum precio accedat, si uenditio uel in annum, uel in æstatem certe differri possit. Iam illa generum separatio summam commoditatem habet, quod uinitor suam cuiq; facilius putationẽ reddet, cum scit cuius notæ sit hortus, quẽ deputet. idq; in uineis nõ consemineis obseruari difficile est, qa maior pars putationis per id tempus administratur, quo uitis neque folium notabile gerit, ac multum interest plures'ne, an pauciores materias pro natura cuiusque stirpis uinitor summittat, prolixis'ue flagellis incitet, an angusta putatione uitem cœrceat. Quin etiam quam cœli partem spectat genus quodq; uineti plurimum refert, neque enim omni calido statu, nec rursus frigido lætatur, sed est proprietas in surculis, ut alij meridiano axe cõua lesc̃ant, quia rigore uitiantur. alij septentrionem desyderent, qa contristentur æstu, quidam temperamento lætentur orientis, uel occidentis. Has differẽtias seruat pro situ, & positione locorum, qui genera per hortos separat. Illam quoq; nõ exiguam sequitur utilitatem, quod & laborẽ uindemiæ minorem patitur, & sumptum. Nam & quæ matureſcere incipiunt, tempestiue leguntur, & quæ non dum maturitatem cœperunt uuæ, sine dispendio differuntur. Nec pariter uetus, atq; tempestiuus fructus præcipitat uindemiã, cogiq; plureis operas quãtocunq; precio conducere. Iam & illud magnæ dotis est posse gustum cuiusq; generis non mustum, sed uere merũ condere, ac separatim reponere siue est ille biturius, seu basilicus, seu spionicus. quæ genera cum sic diuisa sunt, quia nihil interuenit diuersæ naturæ, quod repugnet, per potus tamen nobilitantur, neque enim post annos quin decim, uel paulo plures deprehendi potest ignobilitas in gustu, quoniã ferè omne uinum post id tempus eam qualitatem sortitur, ut uetustate acqrat bonitatem. Quare, ut dicere instituimus, utilissima est ge-

nerũ dispositio, quam si tamen obtinere non possis, secunda est ratio, ut diuersæ notæ non alias conseras uites, quàm quæ saporẽ consimilem, fructumq; maturitatis eiusdem præbeant. Potes iam (si te cura pomorum tangit) ultimis ordinibus in ea uineti fine, quæ subiacet septentrionibus, ne cum increuerint, obumbrent, cacumina ficorum, pyrorum'ue, & malorum depangere, quæ uel inseras interposito biẽnij spatio, uel, si generosa sint, adulta transferas. Hæc de positione uinearum. Supereſt pars antiquiſſima, ut præcipiamus etiã cultus earum, de quibus ſequenti uoluimine pluribus diſſeremus.

LVCII IVNII MODERATI COLVMELLAE DE RE RVSTICA LIBER QVARTVS.

Contra opinionem Attici, & Celsi non esse satis altos scrobes bipedaneos uineaticis seminibus. Cap. I.

CVM DE VINEIS conserendis librum à me scriptum Publi Siluine compluribus agricolationis studioſis relegiſſes, quoſdam repertos eſſe ais, qui cætera quidem noſtra præcepta laudaſſent, unum tamen, atq; alterum reprehendiſſent, quippe ſeminibus uineaticis nimium me profundos cenſuiſſe fieri ſcrobes adiecto dodrante ſuper altitudinem bipedaneam, quam Celſus, & Atticus prodiderat, ſingulasq; uiuiradices ſingulis adminiculis parum prudenter contribuiſſe, cum permiſerint ijdem illi authores minore ſumptu gemmis diductis duo continua per ordinem ueſtire pedamenta, quæ utraq; ambiguã magis habent æſtimationem, quàm uerã. Etenim (ut quod prius propoſui prius refellam) ſi contenti bipedanea ſcrobe futuri ſumus, quid ita cenſemus altius paſtinare tam humili menſura uitem poſituri? Dicet aliquis, ut ſit inferior tenera ſubiacens terra, quæ non arceat, nec duricie ſua repellat nouas irrepentes radiculas. Iſtud quidem contingere poteſt etiam ſi ager bipalio moueatur, & deprimantur ſemina in regeſto, quod eſt fermentatum, plus dupondio ſemiſſe. nam ſemper in plano refuſius egeſta humus tumidior eſt, quàm gradus ſoli crudi. nec ſanè poſitio ſeminum ſibi altum cubile ſubſterni deſyderat. Verum abunde eſt ſemipedaneam conſitis reſolutam uitibus terram ſubijcere, quæ uelut hoſpitali, atque etiã materno ſinu recipiat incrementa uirẽtium.

Exemplum

Exẽplum eius rei capiamus in arbuſto, ubi cum ſcrobes defodimus, admodum exigui pulueris uiuiradices ſubijcimus. Verior igitur cauſa eſt depreſſius paſtinandi, quoniam iugata uineta melius conſurgunt altioribus demiſſã ſcrobibus, nam bipedanei uix etiam prouincialibus agricolis approbari poſſunt, apud quos humili ſtatu uitis plerũq; iuxta terram coercetur. Cumq; iugo deſtinatur, altiore fundamento ſtabiliẽda ſit, & ſi modo ſcandit excelſius, plus alimenti, terræq; deſyderat. Et ideo in maritandis arboribus nemo minorem bipedaneã ſcrobem uitibus comparat. Cæterum illa parum proſunt agricolarum ſtudio præcipua commoda humilis poſitionis, quod & celeriter adoleſcant ſemina, quæ non fatigantur multo ſoli preſſã pondere, fianteq; uberiora, quæ leuiter ſuſpenſa ſunt. Nam utraque iſta Iulij Attici ratio conuincitur exemplo arbuſtiuæ poſitionis, quæ ſcilicet multo ualidiorem, fertilioremq; ſtirpem reddit, quod non faceremus, ſi non laborarent altius demerſa ſemina. Quid quod repaſtinata humus, dum eſt recens ſoluta, laxaq; uelut fermento quodam intumeſcit? cum deinde non longiſſimam cepit uetuſtatem, condẽſata ſubſidit, ac uelut innatantes radices uitium ſummo ſolo deſtituit? Hoc autem minus accidit noſtræ ſationi, in qua maiore mẽſura uitis demittitur. Nã quod in profundo ſemina frigore laborare dicuntur, nos quoque nõ diffitemur. Sed non eſt dupondij, & dodrantis altitudo, quæ iſtud efficere poſſit, cum præſertim, quod paulo ante retulimus, depreſſior arbuſtiuæ uitis ſatio tamen effugiat prædictum incommodum.

Non oportere unius uiuiradicis duos palos ueſtire, ſed ſingula ſemina ſingulis adminiculis eſſe contribuenda. Cap. II.

ALTERVM illud, quod minori impenſa duos palos unius ſeminis flagellis cenſent maritari, falſum eſt. Siue enim caput ipſum demortuum eſt, duo uideantur ſtatumina, & mox uiuiradices totidem ſubſtituendæ ſunt, quæ numero ſuo rationem cultoris onerant. Siue uiuit, & ut ſæpe uenit uel nigri eſt generis, uel parum fertilis, non in uno, ſed in pluribus pedamentis fructus claudicat, quanquã etiam generoſæ ſtirpis uitem ſic in duos palos diuiſam rerũ ruſticarũ prudentiores exiſtimant minus fertilem fore, quia cratem fractura ſit. Et ideo ueteres uineas mergis propagare potius, quàm totas ſternere idem ipſe Atticus præcipit, quod mergi mox facile radicantur, ita ut quæq; uitis ſuis radicibus tanquam proprijs fundamentis innitatur. Hæc autem, quæ toto proſtrata corpore cum inferius ſolum quaſi cancellauit, atq; irretiuit, cratem facit, & pluribus radicibus inter ſe connexis angitur, nec aliter quàm ſi multis palmitibus grauata defi-

cit. Quare per omnia prætulerim duobus potius seminibus depositis, quàm unicæ periclitari, nec id uelut compendiũ consectari, quod in utranque partem longe maius afferre possit dispendiũ. Sed iã prioris libri disputatio repetit à nobis promissum sequentis exordium.

Nouam consitionem uineæ, nisi magna, & assidua cultura adiuuetur cæleriter interire. Cap. III.

IN OMNI genere impensarum (sicut ait Græcinus) plerique noua opera fortius auspicantur, quàm tuẽtur perfecta. Nã quidã, ut inquit, ab incohato domos extruunt, nec pædificatis cultum adhibẽt. Nõnulli strenue fabricant nauigia, nec consumata perinde instruunt armamentis, ministrisq; quosdam emacitas in armentis, quosdã exercet in comparandis mancipijs, sed ijsdem tuendis nulla cura tangit. Multi etiã beneficia, quæ in amicos contulerunt, leuitate destruunt. Ac ne ista Siluine miremur, liberos suos nonnulli nuptijs, uotisq; quæsitos auare nutriunt, nec disciplinis, aut cæteris corporis excolunt instrumentis. Quid ijs colligitur, scilicet plerunque simili genere pecatari etiam ab agricolis, qui pulcherrime positas uineas ante quàm pubescant, uarijs ex causis destituunt. Alij sumptum annuum refugentes, & hunc primũ reditum certissimum existimantes impendere nihil, quasi planè fuerit necesse uineas facere, quas mox auaritia deseruerent. Nonnulli magna potius, quàm culta uineta possidere pulchrum esse ducunt. Cognoui iam plurimos, qui persuasum haberent, agrum bonis, ac malis rationibus colendum. At ego, cum omne genus ruris, nisi diligenti cura, sciteq; exercẽatur, fructuosum esse non posse iudicem, tum uel maxime uineas. Res enim est tenera, infirma, iniuriæ maxime impatiens, quæ plerunq; nimio labore, & ubertate consumitur, peritq; si modum non adhibeas, fœcunditate sua. Cũ tamen aliquatenus se confirmauit, & ueluti iuuenile robur accepit, negligentiã sustinet. Nouella uero, dum adolescit, nisi omnia iusta percæperit, ad ultimam redigitur maciem, & sic intabescit, ut nullis deinceps impẽsis recreari possit. Igitur summa cura ponenda sunt quasi fundamenta, & ut membra infantium à primo statim die consitionis formanda, quod nisi fecerimus, omnis impensa incassum recidat, nec prætermissa cuiusque rei tempestiuitas reuocari queat. Experto mihi crede Siluine bene positam uineã, boniq; generis, & bono cultore nũq; non cum magno fœnore gratiam reddidisse. idq; non solum ratione, sed etiam exemplo nobis idem Græcinus declarat eo libro, quẽ de uineis scripsit, cum refert ex patre suo sæpe se audire solitum Paridium quendam Veterensem uicinum suum duas filias, & uineis consitum

consitum habuisse fundũ, cuius partem tertiam nubenti maiori filiæ dedisse in dotem, ac nihilo minus æque magnos fructus ex duabus partibus eiusdem fundi percipere solitum. Minorem deinde filiã nuptui collocasse in dimidia parte reliq agri. nec sic ex pristino reditu detraxisse. Quo quid conijci? nisi melius scilicet postea cultam esse tertiam illam fundi partem, quàm antea uniuersam.

Prosterni uitem in scrobem, & recuruatam usque ab imo solo rectam calamo applicari oportere. Cap. IIII.

ET NOS igitur Publi Siluine magno animo uineas ponamus, ac maiore studio colamus. quarum consitionis sola illa commodissima ratio est, quam priore tradidimus exordio, ut facta in pastinato scrobe, tota uitis à media ferè parte sulci prosternatur, & ad frontem eius ab imo usq; recta materies erigatur, calamoq; applicetur, id enim præcipue obseruandum est, ne similis sit alueo scrobs, sed ut expressis angulis uelut ad perpendiculum frontes eius dirigantur. nam uitis supina, & uelut recumbens in alueo deposita, posteaquam ablaqueatur uulneribus obnoxia est. Nam dum exaltare fortius orbem ablaqueationis fossor studet, obliquam uitem plerunq; sauciat, & nõnunquam præcidit. Meminerimus ergo usq; ab imo scrobis solo rectum adminiculo sarmentum applicare, & ita in summum perducere. Tum cætera, ut priore libro præcepimus, ac deinde duabus gemmis super extantibus terrã cæquare. Deinde malleolo inter ordines posito crebris fossionibus pastinatum resoluere, atq; in puluerẽ redigere. Sic enim malleoli, & uiuiradices, & reliqua semina, quæ deposuerimus, conualescent, si mollis, ac tenera humus nullis herbis irrepentibus humorem surpibus præbuerit, nec duritia soli nouellas adhuc plantas uelut arcto uinculo compresserit.

A consitione omnibus mensibus fodiendum, & curandũ, ne herbæ nascantur. Cap. V.

NVMERVS autem uertendi soli bidẽtibus (ut uerum fatear) definiendus non est, cum quanto crebrior sit, plus prodesse fossionem conueniat. Sed quoniam impensarum ratio modum postulat, satis plerisq; uisum est, ex Calendis Martijs usq; in Octobres, trigesimo quoq; die nouella uineta confodere, omnesq; herbas, & præcipue gramina extirpare, quæ nisi manu eliguntur, & in summum reijciũtur, quãtulacunque parte adobruta sunt, reuiuiscunt, & uitium semina ita perurunt, ut scabra, atq; retorrida efficiant.

De pampinatione malleolis, & uiuiradicibus faciẽda. Cap. VI.

EA porrò siue malleolo, seu uiuiradicæ deposuimus, optimum est ab initio sic formare, ut frequenti pãpinatione superuacua detrahantur. nec patiamur plusquam in unam materiam uires, & omne alimentum cõferre, primo tamen bini pampini summittuntur, ut sit alter subsidio, si alter forte deciderit. Cũ deinde paulũ induruere uirgæ, tum deteriores singulæ detrahũtur. Ac ne quæ relictæ sunt, procellis uentorũ decutiantur, molli, & laxo uinculo adsurgentes subsequi cõueniet, dum clauiculis suis quasi quibusdã manibus adminicula cõprehendant. Hoc si operarum penuria fiẽri prohibet in malleolo, quem & ipsum pampinare cẽsemus. at certe in ordinarijs uitibus utiq; obtinendum est, ne pluribus flagellis euacientur, nisi si propaginibus futuris prospiciemus. Sed ut singulis materijs seruiant, quarum incrementa eligere debebimus, applicato lõgiore adminiculo, per qđ prorepant in tantum, ut sequentis anni iugum exuperent, & in fructum curuari possint. Ad quam mensuram cum increuerint cacumina infringenda sunt, ut potius crassitudine cõualescãt, quàm superuacua longitudine attenuentur. Idem tamen sarmentum, quod in materiam submittimus, abimo usq; in tres pedes, & semissem pampinabimus, & omnes eius intra id spatium ne potes enatos sæpius decerpemus. Quicquid deinde supra germinauerit, intactum relinqui oportebit. magis enim cõueniet proximo autumno falcẽ deputari superiorem partem, quàm æstiuo tempore pampinari, quoniã ex eo loco, unde nepotem ademeris, cõfestim alterum fundit, quo enato, nullus relinquitur oculus in ipsa materia, qui sequenti anno cum fructu germinet.

Tempestiuam esse pampinationem, qua digito palmites deijciuntur. Cap. VII.

OMNIS autem pampinationis ea est tempestiuitas, dũ adeo teneri palmites sunt, ut leui tactu digiti decutiãtur. Nã si uehemẽtius induruerint, aut maiore nisu conuellendi sunt, aut falcẽ deputandi, q utrunq; uitandũ est. alterum quia lacerat matrem, si reuellere cõneris. alterũ qa sauciat, quod in uiridi, & adhuc stirpe immatura fieri noxiũ est. neq; enim eatenus plaga cõsistit, qua uestigiũ fecit acies. sed æstuis cãloribus falcis uulnus penitus impressum, latius inarescit ita, ut non minimam partem de ipso matris corpore enecet. Atq; ideo si iam cãulibus duris falcem adhibere necesse est, ij paululum ab ipsa matre recedẽdi, & uelut resecẽs relinquẽdi sunt, q cãloris excipiãt

iniuriam, eatenus qua nascuntur à latere palmitis. Vltra. n non serpit uaporis uiolentia. In malleolo similis ratio est pãpinandi, & in longitudinẽ eliciendi materiã, si eo uelimus adminiculo uti, quod ego sæpe feci. sed si propositum est utiq; recidere, ut bino potius utamur, cũ ad unum pãpinum iam redegeris, & ipse excesserit pedalem lõgitudinem decacuminare cõueniet, ut in cæruicem potius cõfirmetur, & sit robustior. Atque hæc positorum seminum prima cultura est.

Per autumnum ablaqueandam esse uineam. Cap. VIII.

SEQVENS deinde tempus (ut prodidit Celsus, et Atticus, quos in re rustica maxime nostra ætas probauit) ampliorem curam deposcit. nam post Idus Octobris priusquam frigora inuadant, uitis ablaqueanda est. quod opus adopertas ostendit æstiuas radiculas, easq; prudens agricola ferro decidit. Nam si passus est cõualescere, inferiores deficiunt, atq; euenit, ut uinea summa parte terreni radices agat, quæ & frigore infestentur, & cãloribus maiorẽ in modũ æstuent, ac uehementer sitire matrẽ in ortu cãniculæ cogant. Quare qcq̃d intra sesquipedẽ natum est, cũ ablaqueaueris recidẽdũ est. Sed huius non eadẽ ratio est, quæ amputandi, quæ traditur in superiori parte uitis. Nã minime adleuanda plaga est, minimeq; applicandũ ferramentũ ipsi matri, quoniã si iuxta trũcum radicẽ præcideris, aut ex cicatrice plures enascentur, aut hyemalis, quæ ex pluuijs cõsistit in lacusculis ablaqueationis aqua brumæ cõgelationibus noua uulnera peruret, & ad medullã penetrabit, qđ ne fiat, recidere ab ipso cõdice instar unius digiti spatio cõueniet, atq; ita radiculas præcidere, quæ sic adẽptæ nõ amplius pullulant, et à cætera noxa trũcum defendunt. Hoc opere cõsumato, si est hyems in ea regione placida, patens uitis relinquẽda est, sin uiolẽtior, id fiẽri nos prohibet, ante Idus Decẽbris prædicti lacusculi æquandi sunt. Si uero etiã pr gelida frigora regionis eius suspecta erunt, aliqd fimi, uel, si est cõmodius, cõlũbini sterceris, aut in hũc usum præparatæ ueteris urinæ senos sestarios, ante q uitem adobruas, radicibus supfundes. Sed ablaqueare omnibus autumni oportebit primo quinquennio, dum uitis cõualescat. ubi uero truncus adoleuerit, ferè triennio intermittendus est eius operis labor. Nam & minus ferro crura uitium læduntur, nec tam celeriter radiculæ in ueterato iam cõdice enascuntur.

Quemadmodum ablaqueata uinea putetur. Cap. IX.

ABLAQVEATIONEM deinde sequitur talis putatio, ut ex præcepto ueterũ authorũ uitis ad unam uirgulam reuocetur, eaq;

recidatur duabus gemmis iuxta terram relictis. Quæ putatio non debet secundũ articulum fieri, ne reformidet oculus, sed medio ferè internodio ea plaga obliqua falcẽ fit, ne si transuersa fuerit cicatrix, cœlestem superinadẽtem aquam contineat. Sed nec ad eam partem, qua est gemma, uerũ ad posteriorẽ declinatur, ut in terrã potius deuexa, quàm in germen delachrymet. Nãq; defluens humor cæcat oculum, nec patitur frondescere.

Quod sit optimum tempus putandi. Cap. X.

PVTANDI autem duo sunt tempora, melius autem (ut ait Mago) uernum, ante quàm surculus progerminet, quoniam humoris plenus facilẽ plagam, & leuẽ, & æqualẽ accipit, nec falci repugnat. Hunc autem secuti sunt Celsus, & Atticus. Nobis neq; angusta putatione cœrcenda semina uidentur, nisi si admodum inualida sunt, neq; utique uerno recidenda. Sed primo quidem anno, quo sunt posita, frequentibus fossionibus, omnibus mensibus dum frondent, ac pampinationibus adiuuanda sunt, ut robur accipiant. Nec plus quàm uni materiæ seruiant, quam ut educauerint. autumno, uel uere, si magis cõpetit, abradenda, & nepotibus, quos pampinator in superiore parte omiserat, liberanda censemus, atque ita in iugum imponenda. Ea enim leuis, & recta sine cicatrice uinea est, quæ se primi anni flagello supra iugum extulit. Quod tamen apud paucos agricolas, & raro contingit. Ideoq; prædicti authores primitias uitis resecare consueuerunt. Sed nec utiq; uerno omnibus regionibus melior putatio est. nam ubi cœlum frigidum est, ea sine dubio eligenda est. Vbi uero apricæ locæ sunt, mollesq; hyemes, optima, & maxime naturalis est autumnalis, quo tempore diuina quadam lege, & æterna fructum cum fronde stirpes deponunt.

Quomodo malleolus resecandus sit. Cap. XI.

HOC facere siue uiuiradicem, siue malleolum conseueris, censeo. nam illam ueterem opinionem damnauit usus, non esse ferro tangendos anniculos malleolos, quod aciem reformident. quod frustra Virgilius, & Saserna, Stolonesq;, & Catones timuerunt, qui non solum in eo errabant, quod primi anni capillamenta seminum intacta patiebantur, sed & post biennium cum uiuiradix recidenda erat, omnem superficiem amputabant solo tenus iuxta ipsum articulũ, ut è duro pullularet. nos autem magister artium docuit usus primi anni malleolorum formare incrementa, nec pati uitem superuacuis frondibus luxuriãtem syluescere. nec rursus in tantum cœrcere, quantum anti-

qui præcipiebant, ut totam superficiem amputemus. nam id quidem maxime contrarium est. Primum quod cum ad terrã decideris, semina (uelut intolerabili affecta uulnere) pleraq; intereunt, & nõnulla etiã, quæ pertinaciter uixerunt, minus fœcundas materias afferunt. siquidẽ è duro quæ pullulant, omniũ confessione, pampinaria sæpissime fructu carent. Media igitur ratio sequẽda est, ut neq; solo tenus malleolum recidamus, nec rursus in longiorẽ materiam prouocemus. sed annotato superioris anni pollice supra ipsam commissũram ueteris sarmenti unam, uel duas gemmas relinquemus, ex q̃bus germinet.

Quemadmodum pedanda sit uinea, & de canterio. Cap. XII.

PVTATIONEM sequitur iam pedãdæ uineæ cura. uerũ hic annus non dum uehementem palũ, aut ridicam desyderat. notatum est enim à me plerunq; teneram uineam melius adminiculo modico, quàm uehementi palo adquiescere. itaq; aut ueteres (ne nouæ radicem agant) arundines binas singulis uitibus applicabimus, aut si regionis conditio permittit, uetera deponemus hastilia, quibus adnectantur singulæ transuersæ perticæ in imam partem ordinis, quod genus iugi canterium uocant rustici. plurimum id refert esse quod paulum infra curuationem uitis prorepens pampinus statim apprehendat, & in transuersa potius se fundat, quàm in edita, uentosq; facilius sustineat subnixus canterio. idq; iugum intra quartum pedem conueniet alleuari, dum se uinea corroboret in pedationem.

Quomodo uitis alliganda sit. Cap. XIII.

DEINDE sequitur alligator, cuius officiũ est, ut rectam uitem producat in iugum, quæ siue iuxta palum est posita, ut quibusdã placuit authoribus, obseruare debebit, qui adnectit, ne in alliganda materia flexum pali (si forte curuus est) sequendũ putet, nam ea res uncam uitem facit, siue (ut Attico, et nõnullis alijs agricolis uisum est) iter uitem & palum spatiũ relinquetur, quod nec mihi displicet. Rectæ arundo adiungenda stirpi est, & ita per crebra retinacula in iugum perducenda. uinculi genus quale sit, quo religantur semina, plurimũ refert. nam dum nouella uinea est, q̃ mollissimo nectenda est, q̃ si uiminibus salicis, aut ulmi ligaueris, increscens uitis seipsam præcidit. optima est ergo genista, uel paludibus delectus iũcus, aut ulua. nõ pessime tamẽ in umbra siccata faciunt in hũc usum aruãdinũ quoq; folia.

Malleolis iugum imponendum, & quàm alte canterius alleuandus sit. Cap. XIIII.

SED & malleolorum similis cura agenda est, ut ad unam, aut duas gemmas deputatis autumno, uel uere prius quàm germinent, iugentur. is, ut dixi, canterius propius à terra, quàm uitibus ordinarijs submittendus est. neq; enim editior esse debet pedali altitudine, ut sit quo teneri adhuc pampini se capreolis illigent suis, ne uētis explātentur. insequitur deinde fossor, qui crebris bidentibus æqualiter, & minutim soli terga conuertat. hanc planam fossurā maxime nos probamus. nam illa, quam in Hispania hybernam appellant, cum terra uitibus detrahitur, & in media spatia interordiniorum confertur, supernacua nobis uidetur, quia iā præcessit autumnalis ablaqueatio, quæ & nudauit summas, & ad inferiores puenit radiculas, & hybernos transmisit imbres. numerus autem fossionis, aut idē debet esse, qui primi anni, aut una minus, nam utiq; frequenter solum exercendum est, dum id incremento suo uites inumbrent, nec patiātur herbam subcrescere. pampinationis eadē debet esse ratio huius anni, atq; prioris. adhuc enim compescenda, quasi pueritia seminū est, nec plus quàm in unum flagellum est submittenda. tanto quidem magis, quod tenera eius ætas non sustinet, & fœtu, & materijs onerarijs.

Quemadmodum nouella uinea frequentanda est, & propagines faciendæ sint. Cap. XV.

SED cum annicula, mensiumq; sex aduindemiā perducta est, sublato fructu protinus frequētanda est, et præsidiarij malleoli propagandi sunt, qui in hunc usum fuerant depositi. uel si ne hi quidē sunt, ex ordinaria uite in alterū palum mergus est attrahendus. nā plurimum interest, adhuc noua consitione, pedamen omne uestiri. nec mox uineā, tum subseri, cum fructus capiēdus est. mergi genus est, ubi supra terrā iuxta suū adminiculum uitis curuatur, atq; ex alto scrobe summersa producitur ad uacantem palum. tum ex arcu uehementer citat materiā, quæ protinus applicata suo pedamento ad iugum euocatur. sequente deinde anno insecatur superior pars curuaturæ, usq; ad medullam, ne totas uires matris propagatum flagellum in se trahat, & ut paulatim condiscat suis radicibus ali, bima deinde præciditur proxime palmam, quæ ex arcu summissa est. & id, quod à matre abscissum recens erit, confestim alte circunfoditur, & scrobiculo facto ad imū solum præciditur, adobruiturq; ut & radices deorsum agat, nec ex propinquo negligenter in summa terra resectum progerminet. tempus autem non aliud magis idoneū est huic mergum amputandi, quàm ab idibus Octob. in idus Nouembr. ut hybernis mensibus suas radices confirmet, nam si uere id fecerimus, quo gemmare

palmites incipiunt, matris alimentis subito destitutus langueſcit.

Quo tempore uiui radix transferenda sit. Cap. XVI.

EADEM ratio est in trāsferendo malleolo. nam in secundo autumno, si cœli, & loci qualitas patitur, commodissime post idus octobris exemptus conseritur. sin autem aliqua terræ, uel aeris repugnat iniuria, tempestiuitas eius in proximum uer differtur. neq; diutius in uineis relinquendus est, ne soli uires absumat. & ordinaria semina infestet. quæ quanto celerius liberata sunt consortio uiui radicum, tanto facilius conualescunt. at in seminario licet trimam, atq; etiā quadrimam uitem resectam, uel anguste putatam custodire, quoniā non consulitur uindemiæ. cum mensem trigesimum excesserit posita uinea, id est tertio autumno uehementioribus statuminibus statim impedāda est, idq; non ut libet, aut fortuito faciendū. nam siue propè truncum defigatur palus, pedali tamen spatio recedēdum est, ne aut premat, aut radicem uulneret, & ut fossor ab omni parte semina circunfodiat. isq; palus sic ponendus est, ut frigorum, & aquilonum excipiat uiolentiā, uitemq; protegat, siue medio interordinio pangetur, uel defodiēdus est, uel prius paxillo perforato solo, altius adigendus, quo facilius & iugum, & fructum sustineat. Nam quanto propius truncus cum ridicæ statuitur, etiam leuiter defixa stabilior est, quoniam contingens uitem mutua uice sustinetur, & sustinet. Statuminibus deinde firmiora iuga sunt alligānda, eaq; uel saligneis perticis, uel cōpluribus quasi fasciculis arundinum connectuntur, ut rigorē habeant, nec pandantur onere fructuum. nam binæ iam materiæ singulis seminibus summittendæ erunt, nisi si tamen gracilitas uitis alicuius angustiorem putationem desyderabit, cuius unus palmes, atq; idem paucorum oculorum erit relinquendus.

Quomodo iugum faciendum sit. Cap. XVII.

PERTICAE iugum firmius faciunt, minusq; operosum, ariē dines pluribus operis iugantur, quoniā & pluribus locis nectuntur. eaq; inter se conuersis cacuminibus uinciendæ sunt, ut æqualis crassitudo totius iugi sit. nam si cacumina in unum competunt, imbecillitas eius partis granata ponderе iam maturū fructum prosternit, & cānibus, ferisq; reddit obnoxium. At cum iugum in fascem pluribus arūdinibus alterna cacuminum uice ordinatum est, ferè quinquennij præbet usum. neq; enim est alia ratio putationis, aut cæteræ culturæ, quàm quæ primi biennij. nam & autumnalis ablaqueatio sedulo facienda, nec minus uacantibus palis propagines applicandæ. hoc

enim opus nunquam intermittendum est, quin omnibus instauretur annis. neq; enim ea, quæ seruntur à nobis, immortalia esse possunt. at tamen æternitati eorũ sic cõsulimus, ut demortuis seminibus alia substituamus. nec ad occidionem uniuersum genus perduci patimur complurium annorum negligentia. quinetiam crebræ fossiones dandæ, quamuis possit una detrahi culturæ prioris anni. pãpinationes quoq; sæpe adhibẽdæ. neque enim satis est semel, aut iterum tota æstate uiti detrahere frondem superuacuam. Præcipue autem decutienda sunt omnia, quæ infra trunci caput egerminauerint. item si oculi singuli sub iugo binos pampinos emiserint, quãuis largos fructus ostendãt, detrahendi sunt eis singuli palmites, quo lætior, quæ supereſt materia cõsurgat, & reliquũ melius educet fructum. post quadragesimũ & alterũ mensem pfecta uindemia, sic instituenda est putatio, ut submissis pluribus flagellis, uitis in stellã diuidatur. sed putatoris officiũ est pedali ferè spatio circa iugum uitem compescere, ut è capite q̃q̃d tenerũ est, p brachia emissum prouocetur, & p iugum inflexũ præcipitetur ad eam mensuram, quæ terrã non possit cõtingere. sed modus pro uiribus trũci seruandus est, ne plures palmites submittantur, quàm q̃bus uitis sufficere queat. ferè autem prædicta ætas læto solo, truncoq; tres materias, raro quatuor desyderat, quæ p totidẽ partes ab alligatore diuidi debent. nihil. n. refert iugum in stellã decussari, atq; diduci, nisi & palmites adiungentur. quam tamen formã non oẽs agricolæ probauerunt, nã multi simplici ordine fuere cõtenti. uerũ stabilior est uinea, & oneri sarmentorũ, & fructui ferendo, quæ ex utraq; pte iugo deuincta pari libramento uelut anchoris q̃busdã distinetur. tũ etiã p plura brachia materias diffundit, et facilius eas explicat undiq; subnixa, quã quæ in simplici cãterio frequẽtibus palmitibus stypatur. potest tamen, si uel parum late disposita uinea, uel parum fructuosa, cœlumq; non turbidum, nec procellosum habeat, uno iugo contenta esse. nam ubi magna uis, & incursus est pluuiarũ, procellarumq;, ubi frequentibus aquis uitis labefactatur, ubi præcipitibus cliuis uelut pendens plurima præsidia desyderat, ibi quasi quadrato circunfirmanda est agmine. cælidis uero, & siccioribus locis in omnem partem iugum porrigendum est, ut prorepentes undique pampini inuguntur, & condensati cameræ more, terram sitientem obumbrent. contra frigidis, & pruinosis regionibus simplices ordines instituendi, nam & sic facilius insolatur humus, & fructus percoquitur, perflatumq; salubriorẽ habet. fossores quoque liberius, & aptius iactant bidentes, meliusq; perspicitur à custodibus fructus, & commodius legitur à uindemiatore.

Quomodo

Quomodo in hortulos uineæ diuidendæ sint. Cap. XVIII.

SED Quando uineta placuerit ordinare, centenæ stirpes per singulos hortos semitis distinguantur. uel (ut quibusdam placet) in seminu gera omnis modus dirimatur, quæ distinctio præter illud cõmodum, quod plus solis, & uenti uitibus præbet, tum etiam oculos, et ueſtigia domini (res agro saluberrima) facilius admittit, certumq; æstimationẽ in exigendis operibus præbet. neque enim falli possumus per paria interualla iugeribus diuisis. Quinetiam ipsa hortulorum descriptio quanto est minoribus modulis cõsita fatigationem ueluti minuit, & simul eos, qui opera moliuntur, ad festinandum inuitat. nam ferè uastitas instantis laboris animos debilitat. nonnihil etiam prodest uires, & prouentum cuiusq; partis uinearum nosse, ut æstimamus, quæ magis, aut minus cõlenda sit. Vindemiatoribus quoq; hæ semitæ, & iugum, pedamentaq; sarrientibus opportunam laxitatem præbent, per quam uel fructus, uel statumina portentur.

De positione iugi, & quatenus à terra leuandum. Cap. XIX.

DE Positione iugi quatenus à terra leuandũ sit, hoc dixisse abũ de est, humillimam esse quatuor pedum, cælsissimam septem. quæ tamen in nouellis seminibus uitanda est. neque enim hæc prima cõstitutio uinearum esse debet, sed per annorum longam seriem ad hanc altitudinem uitis perducenda est. cæterum quanto humidius est solũ, & cœlum, humidioresq; uenti, tanto est altius attollendum iugum. nã lætitia uitium patitur se cælsius euagari, fructusq; summotus à terra minus putrescit. & hoc uno modo perflatur uentis, qui nebulam, et rorem pestiferum celeriter adsiccant, multumq; ad defloresçendum, & ad bonitatem uini cõferunt. rursus exilis terra, & accliuis, torrensq; æstu, uel quæ uehementibus procellis obnoxia est, humilius iugum poscit. at si cuncta competunt uoto, iusta est altitudo uineæ pedum quinq;, nec tamen dubium, quin uites tanto melioris saporis præbeant mustum, quanto in editiora iuga cõsurgunt.

De cura, & modo alligandarum uitium. Cap. XX.

PEDATAM uineam, iugatamq; sequitur alligatoris cura, cui antiquissimum esse debet, ut supra dixi, rectam cõseruare stirpẽ, nec flexum ridicæ persequi, ne prauitas statuminum ad similitudinem sui uitem cõfiguret. id non solum ad speciem plurimum refert, sed ad ubertatem, & ad firmitatem, perpetuitatemq;. nam rectus truncus similem sui medullam gerit, per quam uelut quodam itinere sine

flexu, atq; impedimento facilius terræ matris alimenta meant, & ad summum perueniunt. at quæ curuæ sunt, & distortæ, non æqualiter alligantur, inhibentibus nodis, & ipso flexu incursum terreni humoris ueluti salebris, retardante. quare cum ad summum palum recta uitis extenta est, capistro constringitur, ne fœtu grauata subsidat, curuetur q; tum ex eo loco quod proximum iugo ligatum est, brachia disponuntur in diuersas partes, palmæq; superpositæ deorsum uersus curuantur. A uinculo, itaq; id quod iugo dependet, fructu impletur. rursusq; curuatura iuxta uinculum materiam exprimit. quidã eam partem, quam nos præcipitamus, supra iugum porrigunt, & crebris uiminibus innexis continent, quos ego minime probandos putonam dependentibus palmitibus, neq; pluuiæ, neq; pruinæ, grandinés ue tantum nocent, quantum religatis, & quasi tempestatibus oppositis. ijdem tamen palmites prius quàm fructus mitescant, uariantibus adhuc, & acerbis uuis religari debent, quo minus roribus queant putrescere, aut uentis, ferisq; deuastentur. iuxta decumanum, atq; semitas palmites intrinsecus flectendi sunt, ne prætereuntium incursu lædantur. & hac quidem ratione tempestiua uitis ad iugum perducitur. nam quæ uel infirma, uel breuis est, ad duas gemmas recidenda est, quo uehementiorẽ fundat materiã, quæ protinus emicet in iugum.

Nouella uinea quomodo putanda sit. Cap. XXI.

QVINQVENNIS uineæ nõ alia est putatio, quàm ut figuretur, quemadmodum supra instituimus ne'ue superuagetur. sed ut caput trũci pedali ferè spatio sit iferius iugo, quaternisq; brachijs, quæ duramenta qdam uocant, diuidatur in totidẽ partes. hæc brachia satierit interim singulis palmitibus in fructum summitti, donec uineæ iusti sint roboris. cum aliquot deinde annis, quasi iuuenilem ætatem cœperint, quot palmites relinq debeãt, incertum est. nã loci lætitia plures, exilitas pauciores desyderat. siqdem luxuriosa uitis nisi fructu cõpescitur, male defloreſcit, & in materiã, frõdemq; effunditur. infirma rursus, cum onerata est, affligitur. itaq; pingui terra singulis brachijs licebit bina iũgere flagella, nec tamen numerosius onerare, quàm ut una uitis octo seruiat palmitibus, nisi si admodum nimia ubertas plureis postulabit. illa enim pergulæ magis, quàm uineæ figurã obtinet, quæ supra hunc modum materijs distenditur, nec debemus cõmittere, ut brachia pleniora trunco sine uerum assidue, cum è lateribus eorũ flagella licuerit summittere, amputanda erũt superiora duramenta, ne iugum excedant, sed nouellis palmis semper uitis renouetur, quæ si satis excreuerint iugo superponantur. sin aliqua earum

uel perfracta, uel parum procera fuerit, locumq; idoneum obtinebit, unde uitis anno sequenti renouari debeat, in pollicẽ tondeatur, quẽ quidam custodem, alij resecem, nonnulli præsidiarium appellant, id est sarmentum gemmarum duarum, uel trium, ex quo cum processerit fructiferæ materiæ, quicquid est supra, uetusti brachij amputatur, & ita ex nouello palmite uitis pullulascit. atq; hæc ratio bene institutarum uinearum in perpetuum custodienda erit.

Quemadmodum ueteraneæ uineæ restituantur. Cap. XXII.

SI uero aliter formatas acceperimus uineas, et multorum annorum negligentia superuenerint iugum, consyderandum erit, cuius longitudinis sint duramina, quæ excedunt prædictam mensuram nã si duorum pedum, aut paulo amplius fuerint poterit adhuc uniuersa uinea sub iugum mitti. si autem palus trunco est applicitus, is à uite summouetur, & in medio spatio duorum duraminum ad lineam pãgitur, transuersa deinde uitis ad statumen perducatur, atque ita iugo subijcitur. at, si duramenta eius longius exasserint, aut in quartum, uel etiam in quintum statumen prorepserint, maiore sumptu restituentur mergis. his nanq;, quod nobis maxime placet, propagata celerrime prouenit. hoc tamen si uetus, & exesa est superficies trunci, maiorem, at si robusta, & integra, minorem operam desyderat. quippe hyberno tempore ablaqueata fimo satiatur, angustéq; deputatur, & inter quartum, ac tertium pedem à terra uiridissima parte corticis acutomucrone ferramenti uulneratur. frequentibus deinde fossuris terra permisceatur, ut incitari uitis possit, & ab ea maxime parte, quæ uulnerata est, pampinũ fundere. plerunq; aũt germen de cicatrice procedit, quod siue longius prosiluerit, in flagellum sumittitur, siue breuius, in pollicem, siue admodum exiguum in furunculum, is ex quolibet uel minimo capillamento fieri potest. nam ubi unius, aut alterius folij pampinus prorepsit è duro, dummodo ad maturitatem perueniat, sequente uere si non abnodatus, neque abrasus est, uehementem fundit materiam. quæ cum annaluit, & quasi brachium fecat, licet tunc supernatantem partem duramenti recidere, et ita reliquam iugo subijcere. multi sequentes compendium temporis, tales uineas supra quartum pedem detruncat, nihil reformidãtes eiusmodi resectionem, quoniam ferè plurimarum stirpium natura sic se commodat, ut iuxta cicatricem nouellis frondibus repullulescant. sed hæc quidem ratio minime nobis placet, si quidem uastior plaga nisi habeat superpositam ualentem materiam, qua possit insolescere, solis halitu torretur. mox deinde roribus putrescit, & imbribus. Attamẽ cũ

est utiq; uinea recidenda, prius abla queare, deinde paulum infra terram conuenit amputare, ut superiecta humus uim solis arceat, & è radicibus nouellos prorumpentes caules transmittat, qui possint uel sua maritare statumina, uel siqua sunt uidua in propinquo propagnibus uestire. hæc autem ita fieri debebunt, si uineæ altius positæ, nec in summo labentes radices habebunt, & si boni generis erunt, nanq; aliter incassum dependitur opera, quoniam degeneres etiam renouatæ pristinum seruabunt ingenium, atque summa parte terræ uix adhærebunt, & deficient ante quàm conualescant. Altera ergo uinea fructuosis potius surculis inserenda erit, altera funditus extirpanda & reserenda, si modo soli bonitas suadebit, at si cum eius uitio consenuit, nullo modo restituendã censemus. Loci porrò uitia sunt, quæ ferè ad intermitionem uineta perducunt macies, & sterilitas terra salsa, uel amara, uliginosa, præceps, & prærupta positio, nimium opaca, & soli auersa, ualles arenosæ, arenosus etiam tofus, & plus iusto ieiunus sabulo, nec minus terreno carens, ac nuda glarea, et siqua est proprietas similis, quæ uitem non alit. cæterum si uacat ijs, et horum similibus incõmodis, potest ea ratione fieri restibilis uinea, quam prio re libro præcepimus. Illa rursus mali generis uineta, quæ quamuis robusta sint, propter sterilitatem fructu carent, ut diximus, emendãtur insitione facta, de qua suo loco disseremus, cum ad eam disputationem peruenerimus.

Quemadmodum eædem putentur. Cap. XXIII.

NVNC, quoniam parum uidemur de putatione uinearum locuti, maxime necessariam partem propositi operis diligentius persequemur. Placet ergo si mitis, ac temperata permittit in ea regione, quã colimus, cœli clementia, facta uindemia secundum Idus Octobris auspicari putationem, cum tamen æquinoctiales pluuiæ præcesserint, & sarmenta iustam maturitatem cœperint, nam siccitas seriorem putationem facit. sin autem cœli status frigidus, & pruinosus hyemis uiolentiam denuntiat, in Idus Febr. hanc curam differemus. Atque id licebit facere, si erit exiguus possessionis modus. Nam ubi ruris uastitas electionem nobis temporis negat, ualentissimam quanque partem uineti frigoribus, macerrimam uere, uel autumno, quin etiam per brumam meridiano axi oppositas uites, aquiloni per uer, & autumnum deputari conueniet. Nec dubium, quin sit horum uirgultorum natura talis, ut quanto maturius detonsa sint, plus materiæ, quanto serius, plus fructus afferant.

Quæ bonus uinitor in constituta iam uinea uitare, aut sequi debeat. Cap. XXIIII.

QVANDOCVNq; igitur uinitor hoc opus obibit, tria præcipue custodiat. Primum, ut quammaxime fructui consulat. deinde, ut in annum sequẽtem quamlætissimas iam hinc eligat materias. Tum etiam, ut quamlongissimam perennitatem stirpi acquirat. Nam quicquid ex his omittitur, magnum affert domino dispendium. Vitis autem cum sit per quatuor diuisa partes, totidẽ cœli regiones aspicit. Quæ declinationes cum contrarias inter se qualitates habeant, uariam quoque postulant ordinationem pro conditione suæ constitutionis à parte uitium. Igitur ea brachia, quæ septentrionibus obiecta sunt, paucissimas plagas accipere debent, & magis si putabuntur ingruentibus iam frigoribus, quibus cicatrices inuruntur. Itaque una tantummodo materia iugo proxima, & unus infra eam custos erit summittendus, qui uitem mox in annum renouet. At è contrario per meridiem plures palmites submittantur, qui laborantem matrem feruoribus æstuis opacent, nec patiantur ante maturitatem fructum inarescere. Orientis, atque occidentis haud sanè magna est in putatione differentia, quoniam solem pari horarum numero sub utroq; axe uitis accipit. Modus itaq; materiarum is erit, quẽ dictabit humi, atq; ipsius stirpis lætitia. Hæc in uniuersum, illa per partes custodienda sunt. Nam ut ab una uite quasi à quibusdam fundamentis incipiam, semper circa crus dolabella dimouenda terra est. Et si soboles, quã rustici suffraginem uocant, radicibus adhæret, diligenter explantanda, ferroq; alleuanda est, ut hybernas aquas resipiat. Nam præstat ex uulnere sobolem repullescentem uellere, quã nodosam, & scabrã plagam relinquere. Hoc enim modo celeriter cicatricem ducit, illo cunctatur, atque putrescit. Percuratis deinde quasi pedibus crura ipsa, truncaq; circunspiciendi sunt, ne aut pampinarius palmes internatus, aut uerrucæ similis furunculus relinquatur, nisi si iugo superiecta uitis, desyderabit ab inferiore parte reuocari. Si uero trunci pars secta solis afflatu peraruit, aut aquis, noxijs'ue animalibus, quæ per medullas irrepunt, cauata uitis est, dolabella conueniet expurgare, ac quid emortuum est. deinde falcẽ eradi uiuo tenus, ut à uiridi codicẽ ducat cicatricem. neq; est difficile, mox alleuatas plagis terra quam prius amurca madefeceris, limre. nam et teredinem, formicamq; prohibet. Solem etiam, & pluuias arcet eiusmodi litura, propter quæ celerius conalescit, & fructum uiridem conseruat. Cortex quoque aridus, fissusq; per summa trunci dependens corpore tenus deliberandus est, quod & melius uitis quasi sordibus liberata conualescit, &

minus uino fecis affert. Iam uero muſcus, qui more compedis crura uitium deuincta comprimit, ſituq; & ueterno macerat, ferro diſtringendus, & eradendus eſt. Atque hæc in ima parte uitis. Nec minus ea, quæ in capite ſeruanda ſint, deinceps præcipiatur. Plagæ, quas in duro uitis accipit, obliquæ, rotundæq; fieri debent, nam citius conualeſcunt, & quandiu cicatricem non obduxerint, commodius aquâ fundunt. Tranſuerſæ plus humoris & excipiunt, & continent. Eam culpam maxime uinitor fugito. Sarmenta lata, uetera, male nata, contorta, deorſum ſpectantia recidito. Nouella, et fructuaria recta ſummittito. Brachia tenera, & uiridia ſeruato. Arida, & uetera falce amputato. Vngues cuſtodum annotinos reſecato. In quatuor fermè pedes ſupra terram uitem elatam totidem brachijs componito, quorum ſingula ſpectent decuſſati iugi partes. tum uel unum flagellum, ſi macrior uitis erit, uel duo, ſi plenior, brachio cuiq; ſummittito, eaq; iugo ſuperpoſita præcipitato. Sed meminiſſe oportebit, ne in eadē linea, unoq; latere brachij eſſe duas materias, pluresue patiamur. Nanq; id maxime uitem infeſtat, ubi non omnis pars brachij pari uice laborat, atq; æqua portione ſucum proli ſuæ diſpenſat, ſed ab uno latere exugitur. Quo fit, ut ea uena, cuius omnis humor aſſumitur, uelut icta fulgure areſcat. Vocatur etiam focaneus palmes, qui ſolet in biſurco medius prorepere, & icirco eum prædicto uocabulo ruſtici appellant, quod inter duo brachia, qua ſe diuidit uitis, enatus uelut fauces obſidet, atque utriuſque duramenti alimenta præripit. Hunc ergo tanq; æmulum diligenter ijdem amputant, & abnodant, priuſquā corroboretur. Si tamen ita prænaluit, ut alterutrum brachium afflixerit id, quod imbecillius eſt, tollitur, & ipſe focaneus ſummittitur. Reciſo enim brachio, æqualiter utriq; partiuires mater ſumminiſtrat. Igitur caput uitis pendēs infra iugum conſtituito, unde ſe pandant quatuor (ut dixi) brachia, in quibus quotannis uitis renouetur, amputatis ueteribus, & ſummiſſis nouis palmitibus, quarum delectus ſcite faciendus eſt. Nam ubi magna materiarum facultas eſt, putator cuſtodire debet, ne aut proximas duro, ideſt à trunco, et capite uitis relinquat, aut rurſus extremas. Nam illæ minimum uindemiæ conſerunt, cum exiguum fructum præbent, ſimiles ſcilicet pampinarijs, hæ uitem exhauriunt, quia nimio fœtu onerant, & uſq; in alterum, ac tertium palum, quod uitiſum eſſe diximus, ſe extendunt. Quare medio in brachio commodiſſime palmæ ſummittentur, quæ nec ſpem uindemiæ deſtituant, nec emacient ſtirpem ſuam, nonnulli fructus auidius eliciunt extrema, & media flagella ſummittendo, nec minus proximum duro ſarmentum in cuſtodem reſecando, quod faciendū, niſi per

mittentibus ſoli, & trunci uiribus minime cenſeo. Nam ita ſe induūt uuis, ut nequeant maturitatem capere, ſi benignitas terræ, atq; ipſius trunci lætitia non adſit, ſubſidiarius, idemq; cuſtos in pollicem reſecari non debet, cum palmæ, ex quibus proxim fructus ſperātur, ideo neo loco ſitæ ſunt. Nam ubi ligaueris eas, & in terram ſpectantes deflexeris, infra uinculū materias exprimes. At ſi longus, quim ritus agricolarum permittit, & à capite uitis emicuerit, et brachijs in alienā iugorum compluuia perepſerit, cuſtodem ualidum, & quammaximum iuxta truncum duorum articulorū, uel trium relinquemus, ex quo quaſi pollicē, proximo anno citata materia formetur in brachium, ut ſic reciſa uitis, ac renouata intra iugum contineatur. Sed in ſummittendo cuſtode hæc maxime ſunt obſeruanda. Primū, ne reſupina cœlum, ſed prona potius plagā terram ſpectet. ſic enim & gelicidijs ipſa ſe protegit, et ab ſole obumbratur. deinde ne ſagittæ, ſed unguis quidem ſimilis fiat reſectio. nam illa celerius, & latius emoritur, hæc tardius, & anguſtius reformidat. Quod'q; etiam uſurpari uitioſiſſime animaduerto, maxime uitandum eſt. Nam dum ſeruiunt decori, quo ſit breuior cuſtos, & ſimilis pollici, iuxta articulum ſarmentum recidunt. Id autem plurimum officit, quoniā ſecundū plagā poſita gemma pruinis, et frigore tum deinde æſtu laborat. Optimū eſt igitur medio ferè internodio ſubſidiariū tondere palmitē, deuexamq; reſectionē facere poſt gemmā ne (ut iā ante diximus) ſup lachrymet, & gēmantē cæcet oculū. Sed ſi reſecas facultas nō erit, ar cunſpiciendus eſt fiunculus, qui quamuis anguſtiſſime præciſus in modū uerucæ proximo uere materiam exigat, quam uel in brachium, uel in fructuariū remittamus, ſi neq; is reperiatur, ſaucianda ferro eſt, atq; exulcerāda uitis in ea parte, qua pampinum ſtudemus elicere. Iam uero ipſos palmites, quos uindemiæ præparamus, clauiculis, ac nepotibus liberādos magnopere cenſeo. Sed in ijs recidēdis alia cōditio eſt, atq; alia in ijs. quæ procedunt è trunco, nam q̄quid eſt, q̄ è duro prominet, uehementius applicata falce abnodatur, atque eraditur, quo celerius obducat cicatricem. Rurſus quicquid è tenero proceſſit, ſicut nepos parcius detondetur, quoniam fere coniuratam gerit ab latere gemmam, cui conſulendum eſt, ne falce deſtringatur, preſſius enim ſi abnodes applicato ferro, aut tota tollitur, aut contaminatur, propter quod palmes, quem mox in germinatione citauerit, imbecillus, ac minus fructuoſus erit. tum etiam magis obnoxius uentis, ſcilicet qa infirmus de cicatrice proreperit. Ipſius autē materiæ, quam ſummittemus longitudini modum difficile eſt imponere. Plerique temen in tantum prouocant, ut curuata, & præcipitata per iu-

gum nequeat terram contingere. Nos subtilius dispicienda illa censemus, primum uitis habitum nam si robusta est, ampliores materias sustinet. deinde soli quoq; pinguitudinem, quæ nisi adest, quamuis ualidissimam uitem celeriter necabimus procerioribus emaciatam flagellis. Sed longi palmites non mensura, uerum gemmarum numero æstimantur. nã ubi maiora sunt spatia inter articulos, licet eousq; materiam producere, dum penè terram contingat. nihilo minus enim paucis frondescet pampinis. At ubi spissa internodia, frequentesq; oculi sunt, quamuis breue sarmentum, multis palmitibus uirescit, & numeroso fœtu exuberat. Quare modus talis generis necessario maxime est adhibendus, ne procerioribus fructuarijs oneretur. Et ut consyderet uinitor proximi anni magna, nec'ne fuerit uindemia. Nam post largos fructus parcendum est uitibus, & ideo anguste putandũ, post exiguos, imperandum. Super cætera illud etiam censemus, ut duris, tenuissimisq;, & acutissimis ferramentis totum istud opus exequamur. obtusa enim, & hebes, & mollis falx putatorem moratur, eoq; minus operis efficit, & plus laboris affert uinitori. Nam siue curuatur acies, quod accidit molli, siue tardius penetrat, quod euenit in retuso, & crasso ferramento, maiore nisu est opus. Tum etiam plagæ asperæ, atq; inæquales, uites lacerant. Neq; enim uno, sed sæpius repetito ictu res transigitur. Quo plerunq; fit, ut quod præcidi debeat, perfringatur, & sic uitis laniata, scabrataq; putrescat humoribus, nec plagæ consanentur. Quare magnopere monendus putator est, ut prolixet aciem ferramenti, & quantum possit, nouaculæ similẽ reddat. Nec ignoret in quaq; re, qua parte falcis utendum sit. Nam plurimos per hanc inscitiam uastare uineta comperi.

Figura falcis. Cap. XXV.

EST autem sic disposita uinitoriæ falcis figura, ut capulo pars proxima, quæ rectam gerit aciem, culter ob similitudinẽ nominetur. Quæ flectitur sinus, quæ à flexu procurrit, scalprum. Quæ deinde adunca est, rostrum appellatur. Cui superposita semiformis lunæ species, securis dicitur. Eiusq; uelut apex pronus imminens, mucro uocatur. Harum partium quæq; suis muneribus fungitur; si modo uinitor gnarus est. Nam cum in aduersum pressa manu desecare quid debet, cultro utitur. cum autem retrahere, sinu. cum adleuare, scalpro. cum incauare, rostro. cum ictu cædere, securi. cum in angusto aliquid expurgare, mucrone. Maior autem pars operis in uineam ductim potius, quàm cæsim facienda est. Nam ea plaga, quæ sic efficitur, uno uestigio alleuatur. Prius enim putator applicat ferrum, atq; ita

quæ destinauit præcidit. Qui cæsim uitem petit, si frustratus est (qđ sæpe euenit) pluribus ictibus stirpem uulnerat. Tutior igitur, & utilior putatio est, quæ (ut retuli) ductu falcis non ictu conficitur.



De cura adminiculandæ, iugandæq; uineæ. Cap. XXVI

HIS peractis, sequitur (ut ante iam diximus) adminiculandæ, iugandæq; uineæ cura, cui stabiliendæ melior est ridica palo, neq; ea quælibet. nam est præcipua cuneis fissa olea, quercus, & suber, ac si qua sunt similia robora. Tertium obtinet locum pedamen teres. idq; maxime probatur ex iunipero, & lauru, & cupressu. Recte etiam faciunt ad eam rem syluestres pinus, atq; etiam sambuci probabilis usus. tamen in his hæc, eorumq; similia pedamenta post putationem retractanda sunt, partesq; eorum putres dedolandæ. Atq; alia conuertenda, quæ synceritatem habent, alia summouenda, quæ uel cariosa, uel iusto breuiora sunt, eorumq; in uicem idonea reponenda, iacentia statuenda, declinata corrigenda. Iugo si non erit opus noua sartura, recentia uincula inserantur. Si restituendũ uidebitur ante quàm uitis palo applicetur, perticis, uel arundinibus connectatur, ac tum demum (sicut in nouella præcepimus) uitem iuxta caput, infraq; brachia colligemus cum ridica, idq; facere non oportebit omnibus annis eodem loco, ne uinculum incidat, & truncum strangulet. Brachia deinde sub stella quadripartito locabimus, teneros q; palmites super iugum ligabimus nihil repugnantes naturæ, sed ut quisquis obsequetur, leuiter curuabitur, ne deflexu frangatur, ne'ue iam tumentes gemmæ detergeantur. atque ubi duæ materiæ per unã partem iugi mittentur, media pertica interueniat, directæq; palmæ per iugorum compluuia decurrant, & uelut mersæ cacuminibus in terram despiciant. Id ut scite fiat, meminerit alligator, ne retorqueat sarmentum, sed tantum inflexum deuinciat, et ut omnis materia, quæ nihil potest præcipitari, iugo superponatur, ut potius innixa perticæ, quàm è uinculo

pendeat. Sæpe enim notaui per imprudentiam rusticos subijcere iugo palmam, & ita colligare, ut solo uimine suppendeat. Quæ uinea, cui cæpit pampini, & uuarum pondus, infringitur.

Quæ bonus uinitor in constituta iam uinea uitare, aut sequi debeat. Cap. XXVII.

SIC deinde ordinata uineta festinabimus emundare, sarmẽtisq; & calametis liberare. Quæ sicco tamen solo legenda sunt, ne lutosa humus inculcata maiorem fossori laborem præbeat, qui protinus ad huc silentibus uineis inducendus est. Nã si palmis incapiẽtibus, progemmantibusq; fossorem immiseris, magnam partem uindemiæ decusseris. Igitur ante quàm gemment per diuortium ueris, atque hyemis quamaltissime fodiendæ uineæ sunt, quo lætius, atque hilarius pullulent. Eæq; ubi se frondibus, & uuis uestierint, teneris caulibus nec dum adultis modus adhibendus est. Idemq; uinitor, qui ante ferro, nunc manu decutiet, umbraculaq; compescat, ac superuacuos pampinos deturbabit. Nam id plurimum refert, non inscite facere, si quidẽ uel magis pampinatio, q̃ putatio uitibus consulit. Nam illa q̃us multum iuuat, sauciat tamen, & resecat. hæc clementius sine uulnere metur, & anni sequentis expeditiorem putationem facit. Tum etiam uitem minus cicatricosam reddit, quoniam id, ex quo uiride, & teneru decerptum est, celeriter consanescit. Super hæc materiæ, quæ fructum habent, melius conualescunt, & uuæ commodius insolatæ percoquuntur. Quare prudentis est, ac maxime callentis uinitoris æstimare, ac dispicere, quibus locis in annum debeat materias summittere, nec orbos tantum detrahere palmites, uerum etiam frugiferos, si supra modum se numerus eorum profuderit. siquidẽ euenit, ut quidam oculi trigeminis palmis egerminent, quos binos detrahere oportet, quo commodius singulos alumnos educant. Est enim sapientis rustici reputare, num maiore fructu uitis se induerit, quàm ut perferre eum possit. Itaq; non solum frondem superuacuam debet decerpere, quod semper faciendum est, uerum interdum partem aliquam fœtus decutere, ut ubere suo grauatam uitem leuet. Idq; faciet uarijs de causis pampinator industrius, etiam si non erit maior fructus, quàm ut matureſcere queat. Si autem continuis superioribus annis dapsili prouentu fatigata uitis fuerit, requiescere, ac refici patietur, & sic futuræ materiæ consulendum. Nam cacumina flagellorum corrigere luxuriæ comprimendæ causa uel è dura parte, aut à trunco surgentes pampinos submouere oportebit, nisi ad retinendam uitem unus, atq; alter seruãdus est. Tu è capite quicquid inter brachia uiret exemplantare. atq; eos, qui per ipsa duramenta steriles, ne quicquam matrem occupant, palmites detergere, cuiuslibet uel pueri est officium.

Quomodo pampinari, & quot fossuris uinea excoli debeat. Cap. XXVIII.

TEMPVS autem pampinationis ante, quàm florem uitis ostendat, maxime est eligendum, sed & posteà licet eandem repetere. Medium igitur eorum dierum spatium, quo acini formantur uinearum, nobis aditum negat, quippe florentem fructum mouere non expedit, pubescentem uero, & quasi adolescentem conuenit religare, foliisq; omnibus nudare, tum & crebris fossionibus implere, nã fit uberior puluerationibus. Nec inficior pleroscq; ante me rusticarum rerum magistros tribus fossuris contentos fuisse. ex quibus Græcinus, qui sic refert, potest uideri satis esse constitutam uineã ter fodere. Celsus quoq;, & Atticus consentiunt tres esse motus in uite, seu potius in omni surculo naturales. unũ, quo germinet. alterum, quo floreat. tertium, quo maturescat. Hos ergo motus censent fossionibus concitari. Non enim natura, quod uult satis efficat, nisi eam labore cum studio iuueris. Atque hæc colendarum uinearum cura est, quæ finitur uindemia.

De inserendis uitibus, & insitione tuenda. Cap. XXIX.

REDEO nunc ad eam partem disputationis, qua sum professus uitium inserendarum, tuendarumq; insitionum præcepta. Tempus inserendi Iulius Atticus tradidit ex Calendis Nouembribus in Calẽdas Iunias quoad posse custodiri surculum, siue gemmã affirmat. Eoq; debemus intelligere nullam partem anni exapi, si sit sarmentis alendis facultas. Id porrò in alijs surpium generibus, quæ firmioris, & succosioris libri sunt, posse fieri sanè concesserim. In uitibus nimis temere tot mensium rusticis insitionem permissam dissimulare nõ est fidei meæ, non quod ignorem brumæ temporibus aliquando insitam uitem comprehendere. Sed non quidem in uno uel altero experimento casu fiat, uerum quid certa ratione plerunque proueniat, discentibus præcipere debemus. Etenim si exiguo numero periclitandum sit, in quo maior cura temeritati medetur, possum aliquatenus conniuere. Cum uero uastitas operis etiam diligentissimi agricolæ curam distendat, omnem scrupulum summouere debemus. Est enim contrarium quod Atticus præcipit. Nam idem per brumam negat recte putari uineam. Quæ res, quamuis minus lædat uitem, merito tamen fieri prohibetur, quod frigoribus omnis surculus rigore torpet, nec propter geliciidia corticem mouet, ut cicatricem consanet. Atq; idẽ

Atticus non prohibet eodem ipso tempore inserere, quod tum, & totius obtruncatione uitis, & cum eiusdem resectionis fissura præcipit fieri. Verior itaq; ratio est inserendi tepentibus iam diebus post hyemem, cum & gemmas, & corticem naturaliter mouent, nec frigus ingruit, quod possit aut surculum insitum, aut fissuræ plagam inurere. Permiserim tamen festinantibus autumno uitem inserere, quia non dissimilis est eius aeris qualitas uernæ. sed quocunq; quis tempore deſinauerit inserere, non aliam sciat esse curam surculis explorandis, quam quæ tradita est priore libro, cum de malleolis eligendis præcepimus, quos ubi generosos, & fœcundos, & quammaturissimos uiti detraxerit, diem quoq; tepidum, silentemq; à uentis eligat. Tum consyderet surculum teretem, solidiq; corporis, nec fungosæ medullæ crebris etiam gemmis, & breuibus internodijs nam plurimum interest non esse longum sarmentum, quod inseratur, & rursus plures oculos, quibus egerminet, inesse. Itaq; si sunt longa internodia, necesse est, ad unam, uel summum duas gemmas recidere surculum, ne procerioremfaciamus, quam ut tempestates, & uentos, & imbres immobilis pati possit. Inseritur autem uitis uel rescissa, uel integra perforata terebra. Sed illa frequentior, et penè omnibus agricolis cognita insitio. hæc rarior, et paucis usurpata. de ea igitur prius disseram, quæ magis in consuetudine est. Reciditur uitis plerunq; supra terram, nonnunquam tamen & infra, quo loco magis solida est, atq; enodis. cum iuxta terram insita est, surculus adobruitur cacumine tenus. at cum editior est à terra, fissura diligenter subacto luto linitur, atq; superposito muscolo ligatur, quod & calores, & pluuias arceat. temperatur ita surculus, ut calamo non absimilis, coagmentet fissurã, sub qua nodus in uite desyderatur, qui quasi alliget eam fissuram, nec rimam patiatur ultra procedere. Is nodus etiam si quatuor digitis à resectione abfuerit, illigari tamen eum prius, quàm uitis findatur, conueniet, ne cum scalpro factum fuerit iter surculo, plus iusto plaga hiet. calamus autem non amplius tribus digitis debet allenuari. æqualiter ex ea parte, qua raditur, ut sit leuis, eaq; rasura ita deducatur, ut medullam contingat uno latere, atque altero paulo ultra corticem distringatur, figuraturq; in speciem cunei, sic ut ab ima parte acutus surculus, latere altero sit tenuior, atq; altero plenior. perq; tenuiorẽ partem insertus eo latere arctetur quo est plenior, et utrinq; contingat fissuram. nam nisi cortex cortici sic applicetur, ut nullo loco translucæat, nequit coalescere uinculi genus ad insitionem non unum est. alij uiminibus obstringunt. nonnulli circundant libro fissurã. plurimi ligant iuco, quod est aptissimum. nam uimen, cum inaruit, penetrat, et insecat corticem, propter quod molliora uincula magis probamus, quæ cum circunuenere truncum, adactis arundineis cuneolis arctantur. sed antiquissimum est, & ante hæc ablaqueari uitem, radicesq; summas, uel soboles amputari, & post hæc adobrui truncum. isq; cum comprehendit, aliam rursus exigit curam nam sæpius pãpinandus est, cum germinat, frequentiusq; detrahendæ sunt soboles, quæ à lateribus, radicibusq; prorepunt. tum quod ex insito profundit subligandum, ne uento surculus motus labefactetur, aut explantetur tener pampinus, qui cum excreuit, nepotibus orbandus est, nisi si propter penuriam, et calùitium loci sumitur in propagines autumnus. deinde falcem maturis palmitibus admouet. sed putationis insitis custoditur ea ratio, ut ubi nulla desyderatur propago, unus surculus euocetur in iugum. alter ita recidatur, ut adæquetur plagæ truncꝰ, sic tamen nequid radatur è duro. pampinandum non aliter est, quàm in nouella uiuir adicæ. putandũ uero sic, ut usq; in quartum annũ parcius imperetur, dum plaga trunci ducat cicatricem. atq; hæc per fissuram insitarum est ordinatio, in illa autem, quæ fit per terebrationẽ, primum ex uicino fructuosissimã oportet consyderare uitem, ex qua (uelut traducem inhærentem matri) palmitem atrahas, & per foramen transmittas. hæc enim tutior, & certior est insitio, quoniam et si proximo uere non comprehendit, sequente certe, cum increuit, coniugi cogitur, & mox à matre reciditur. atq; ita superficies insitæ uitis usq; ad receptum surculum obtruncatur. huius traducis si non est facultas, tum detractum uiti quamrecentissimum eligitur sarmentũ, et leuiter circumrasum, ut cortex tãtum detrahatur, aptatur foramini, atq; ita luto circumlinitur resecta uitis, ut totus trũcus alieni generis uiti seruiat. quod quidem non fit in traducæ, qui à materno sustinetur ubere, dum inolescat. sed aliud est ferramentũ, quo priores uitem psorabant. aliud, quod ipse usu nunc magis aptum comperi. nam antiqua terebra, quam solã ueteres agricolæ nouerant, scobem faciebat, purebatq; eam partem, quam perfouerat, deusta porrò raro reuirescebat, uel cum priore coalescebat, in eaq; nec insitus surculus cõprehẽdebat. tum etiam scobis nunquam sic eximebatur, ut non inhæreret foramini. ea porrò interuentu suo prohibebat corpus surculi corpori uitis applicari. nos terebram, quam gallicam dicimus, ad hanc insitionem commenti longe habiliorẽ, utilioremq; comperimus, nã sic excauat truncum, ne foramen inurat. quippe non scobem, sed ramenta facit, qbus exemptis, plaga leuis relinquitur, quæ facilius omni parte sedentem surculum contingat, nulla interueniente lanugine, quam excitabat antiqua terebra igitur secundum uernum æquinoctium per-

fectam uitium insitionem habeto, locisq; aridis, & sicis nigram uitem inserito, humidis albam. neq; est ulla eius propagandi necessitas, si modo tam mediocris est crassitudo trunci, ut incrementum insiti plagam possit contegere, & nisi tamen uacuus locus demortui capitis uitem reposcit. quod cum ita est, alter ex duobus surculis mergitur, alter eductus ad iugum in fructum summittitur. neq; inutile ex ea uite, quam merseris, enascentes in arcu propaginis pampinos educare, quos possis mox, si ita competet, uel propagare, uel ad fructum relinquere.

De ratione pedaminum, uiminum, & de salicto. Cap. XXX.

QVONIAM constituendis, colendisq; uineis, quae uidebatur uti liter praecipi posse, disseruimus, pedaminum, iugorumq; & uiminum prospiciendorum tradenda ratio est. haec enim quasi quaedam dotes uineis ante praeparatur, quibus si deficiatur agricola, causam faciendi uinetu non habet, cum omnia, quae sunt necessaria extra fundum quaerenda sint. nec emptionis tantum (sicut ait Atticus) pretiu onerat uitis rationem, sed est etiam comparatio molestissima. conuehenda sunt enim tempore iniquissimo hyberni, quare salices uiminales, atq; arundineta, nulgaresq; syluae uel consulto constitae è castaneis prius faciendae sunt, uiminalium (ut Atticus putat) singula iugera, sufficere possunt quinis, & uigenis iugeribus ligandae uineae, arundineti singula iugera, uigenis iugandis, castaneti iugerum, totidem palandis quot arundineti iugandis, salicem uel riguus ager, uel uliginosus optime, nec incommode tamen alit planus, & pinguis, atq; is debet conuerti bipalio (ita enim praecipiunt ueteres) in duos pedes et semissem salicto destinatum solum. nec refert cuius generis uimen seras, dum sit lentissimum, putant tamen tria esse genera praecipuae salicis, graecae, gallicae, sabinae, quam plurimi uocant amerinam. Graeca flaui coloris est, gallica obsoleti purpurei, et tenuissimi uiminis. Amerina salix gracilem uirgam, & rutilam gerit. Atq; haec uel cacuminibus, uel taleis deponuntur, pticae cacuminum modicae plenitudinis, quae tamen dipondiarij orbiculi crassitudinem non excedant, optime panguntur, eousq; dum ad solidum demittantur, taleae sexquipedales terreno immersae paululum obruuntur. Riguus locus spatia laxiora desyderat, eaq; senum pedum quincunces recte faciunt, sicaneus spissiora sic, ut sit facilis accessus colentibus ea, quinum pedum interordinia esse alunde est, ut tamen in ipsa linea consitionis alterna uacuis intermissis bipedaneis spatijs consistant semina. Satio est eorum prius, quàm germinent, dum silent uirgae, quas arboribus detrahi sicas conueniet. nam rosidas si recideris, parum prospere proueniunt. ideo pluuij dies in exputanda salice uitantur. fodienda sunt primo triennio salicta crebrius, ut nouella uinetu, cum deinde conualuerint, tribus fossuris contenta sunt, aliter cultu celeriter deficiunt nam quamuis adhibeatur cura, plurimae salices intereunt, quarum in loco ex propinquo mergis propagari debet, curuatis, & defossis cacuminibus, quibus restituatur quicquid intercidit. anniculus deinde mergus decidatur à stirpe, ut suis radicibus tam quam uitis ali possit.

De geniста. Cap. XXXI.

PERARIDA loca, quae genus id uirgultorum non recipiunt, genistam postulant, eius cum sit satis firmum, tum etiam lentissimum est uinculum. Seritur autem semine, quod cum est natum, uel defertur bima uiuiradix, uel relicta cum id tempus excessit, omnibus annis more segetis iuxta terram demeti potest. cætera uincula, qualia sunt ex rubo, maiore operâ, sed in egeno tamen necessaria exigunt. perticalis ferè salix eum de agrum, quae uiminalis, desyderat, melior tamen riguo prouenit, atq; ea taleis conseritur, et cum germinauit adunam perticam summittitur, crebroq; foditur, atq; exherbatur, nec minus, quàm uinea pampinatur, ut in longitudinem ramorum potius, quàm in latitudinem euocetur. sic cultu quarto demum anno cæditur. nam quae uinculis praeparatur, potest anniculа praecidi ad semissem supra duos pedes, ut è truco fruticet, & in brachia uelut humilis uinea disponatur. si tamen sicior fuerit ager, bima potius resecabitur.

De arundinetis. Cap. XXXII.

ARVNDO minus alte pastinatur, melius tamen bipalio seritur. ea cum sit uiuacissima, nec recuset ullum locum, prosperius resoluto, quàm deso, humido, quàm sicco, nallibus, quàm cluuis, fluminum ripis, & limitibus, ac uepretis commodius, quàm medijs agris deponitur. seritur bulbis radicis, seritur et talea calami, nec minus toto prosternitur corpore. bulbus tripedaneis interuacantibus spatijs obrutus anno celerius maturam perticam praebet. talea, & tota arundo serius praedicto tempore euenit. sed siue recisa in dupondium, et semissem talea, siue totae arundines prostratae deponantur, extent earum cacumina oportet, quod si obrutae sunt, totae putrescunt. sed cultus arundinetis primo triennio non alius est, quàm cæteris. cum deinde consenuit, repastinandum est. ea est autem senectus, cum uel exaruit situ, et inertia plurium annorum, uel ita densatum est, ut gracilis, & cannae similis arundo prodeat. Sed illud de integro resodi debet, hoc potest intercidi, & disrarari, quod opus rustici castrationem uocant. quae ta-

men resectio arundineti cæca est, quia non apparet in terra quid aut tollendum sit, aut relinquendum. tolerabilius tamen arũdo castratur ante quàm cæditur. quatenus calami uelut indices demonstrant, quid eruendum sit. tempus repastinandi, & conserẽdi est prius quàm oculi arundinum egerminent. cæditur deinde post brumam. nam usque in id tempus incrementum capit, ac tum compescitur, cum obrigant hyberno frigore, fodiendum quoties & uineta. sed et macies eius, cinere, uel alio stercore iuuanda est, propter quod cæsum plerique incendunt arundinetum.

De castaneis, & castanetis. Cap. XXXIII.

CASTANEA roboribus proxima est, & ideo stabiliendis uineis habilis, eius enim in repastinato nux posita celeriter emicat, & post quinquẽnium cæsa more salicti recreatur, atq; in palum formata ferè usq; in alteram cæsionem perennat, ea pullam terram, & resolutam desyderat, sabulonem humidum, uel refractum tofum non respuit. opaco, & septentrionali cliuo lætatur, spissum solum, & rubricosum reformidat. seritur ab Nouembri mense per totam hyemẽ sicca terra, & repastinata in altitudinem dupondij, & semissis. nuces in ordinem semipedalibus. ordines autem quinum pedũ spatijs diriguntur. in altitudinem dodrantis castanea depressis sulcis committitur, qui ubi nucibus sunt consiti, prius quàm complanentur, breues arundines ab latere castanearum panguntur, ut per hos sationis indices cautius fodi, & runcari possint. simulatq; semina stillauerint, & iam bima transferri queunt, interuellũtur, ac bini pedes arbusculis uacui relinquuntur, ne densitas plantas emaciet. spissius autem semen propter uarios casus deponitur. nam interdum prius quàm enascatur, aut siccitatibus nux inarescit, aut aquarum abundantia putrescit. interdum subterraneis animalibus sicuti muribus, & talpis infestatur. propter quæ sæpe nouella castaneta caluescunt. atque ubi frequẽtanda sunt, melius ex uicino, si competit (mergi more) pertica declinata propagatur, quàm exempta reseritur. hæc enim uelut immota sua sede uehementer germinat, at quæ radicitus exempta, & deposita est, biennio reformidat, propter quod compertum est commodius nucibus, quam uiuiradicibus eiusmodi syluas institui. spatia huiusce sationis, quæ supra scripta sunt, capita castanearum recipiunt. M. M. DCCCLXXX. cuius summæ (sicut ait Atticus) ex facili iugera singula præbebunt statuminum duodena millia. etenim taleæ propius stirpem recisæ quadrifidas plerunque, ac deinde secundæ taleæ eiusdẽ arboris bifidas ridicas sumministrant. quod genus fissilis adminiculi manet

li manet diutius, quàm teres palus. Cultus eiusdem est fossionis, positionisq;, qui uineæ supputari debet bima, quinetiã trima. nam bis ferro repetenda est ueris principio, ut incitetur eius proceritas. potest ẽt quercus simili ratione seri, uerum biennio tardius, quàm castanea deciditur. propter quod ratio postulat tempus potius lucrari, nisi si dumosi, glareosiq; montes, atq; ea genera terræ, quæ supra diximus, glandẽ magis, quàm castaneã postulabunt. Hæc de uineis Italicis uinearũq; instrumentis, quantum reor, non inutiliter, et abunde disserui, mox agricolarum prouincialium uineaticos, nec minus nostratis, & gallici arbusti cultus traditurus.

LVCII IVNII MODERATI COLVMELLAE DE RE RVSTICA LIBER QVINTVS.

Quemadmodum datas formas agrorum metiri debeas. Cap. I.

SVPERIORIBVS libris, quos ad te de constituendis, colendisq; uineis Siluine scripseram, nonnulla defuisse dixisti, quæ agrestium operum studiosi desyderarent. neq; inficior aliqua me præterijsse, quamuis inquirẽtem sedulo, quæ nostri sæculi cultores, quæq; ueteres literarum monimentis prodiderunt. sed cum sim professus rusticæ rei præcepta, nisi fallor, non asseueraueram, quæ uastitas eius scientiæ contineret, cuncta me dicturum, sed plurima. nam illud in unius hominis prudentiã cadere nõ poterat. neq; enim est ulla disciplina, aut ars, quæ singulari cõsumata sit ingenio. qua propter ut in magna sylua boni uenatoris est indaganter feras quamplurimas capere, nec cuiquam culpæ fuit nõ omnes cœpisse, ita nobis satis, abũdeq; est, tam diffusæ materiæ, quam suscepimus, maximã partem tradidisse. quippe cum in ea uelut omissa desyderentur, quæ non sunt propria nostræ professionis, ut proxime cum de commetiendis agris rationem M. Trebellius noster à me requireret, uicinum adeo atq; coniunctum esse censebat demonstranti quemadmodum agrum pastinaremus, præcipere etiam pastinatum quemadmodum metiri debeamus. quod ego non agricolæ, sed mensoris officium esse dicebam, cum præsertim ne architecti quidem, quibus necesse est mensurarum nosse rationem, dignentur cosumatorum ædificiorum, quæ ipsi disposuerint, modum cõprehendere, sed aliud exi

stiment professioni suæ conuenire, aliud eorum, qui iam extructa metiuntur, et imposito calculo perfecti operis rationem computant, quo magis ueniã tribuendã esse nostræ disciplinæ cẽseo, si eatenus progreditur, ut dicat, qua quidq; ratione faciendum, non quantum id sit, quod effecerit. Verum quoniam familiariter à nobis tu quoq; siluine præcepta mensurarum desyderas, obsequar uoluntati tuæ, cum eo, ne dubites id opus geometrarum magis esse quàm rusticorum. desq; ueniam, siquid in eo fuerit erratum, cuius scientiã mihi non uindico. sed ut ad rem redeam, modus omnis areæ pedali mensura comprehenditur, qui digitorum est. XVI. pes multiplicatus in passus, & actus, et climata, et iugera, & stadia, centuriasq;, mox etiam in maiora spatia procedit. Passus pedes habet quinq;. actus minimus (ut ait M. Varro) latitudinis pedes quatuor, longitudinis habet pedes. CXX. Clima quoquouersus pedum est. LX. actus quadratus undiq; finitur pedibus. CXX. hoc duplicatum facit iugerum, & ab eo, quod erat iunctum, nomen iugeri usurpauit. sed hũc actum prouinciæ Bæticæ rustici agnam uocant. ijdemq; triginta pedũ latitudinem, & CLXXX. longitudinem porcã dicunt. at Galli candetum appellant in areis urbanis, spatium centum pedum, in agrestibus autem pedum CL. quod aratores candetum nominant. semiiugerũ quoq; arepennem uocant. ergo (ut dixi) duo actus iugerũ efficiunt longitudine pedum. CCXL. latitudine pedũ CXX. quæ utræq; summæ inter se multiplicatæ quadratorum facunt pedum uigintioctomillia & octingentos. stadium deinde habet passus CXXV. ideſt pedes DCXXV. quæ octies multiplicata efficit mille passus, sic ueniunt quinquemillia pedum. Centuriam nunc dicimus (ut idem Varro ait) ducentorũ iugerum modum. olim autẽ ab centum iugeribus uocabatur centuria, sed mox duplicata nomen retinuit. sicuti tribus dictæ primũ à partibus populi tripartito diuisi, quæ tamen nunc multiplicatæ pristinum nomen possident. hæc non aliena, nec procul à ratiocinio, quod traditurі sumus, breuiter præfari oportuit. nunc ueniamus ad propositum iugeri partes non omnes posuimus, sed eas, quæ cadunt in æstimationẽ facti operis, nam minores persequi superuacuũ fuit, pro quibus nulla merces dependitur. Igitur (ut diximus) iugerum habet quadratorum pedum uigintioctomillia et octingentos, q pedes efficiunt scrupula CCLXXXVIII. ut autem à minima parte, ideſt ab dimidio scrupulo incipiam, ps quingentesima septuagesima sexta pedes efficit quinquaginta. ideſt iugeri dimidium scrupulum. ps ducentesima octuagesima octaua pedes centum. hoc est scrupulum. pars centesima quadragesima quarta, pedes CC. hoc ẽ scrupula duo. ps septuagesima secũda, pedes CCCC.

hoc ẽ sextula, in qua sunt scrupula quatuor. Pars quadragesima octaua, pedes. DC. hoc est sicilicus, in quo sunt scrupula sex. Pars uigesima quarta. pedes milleducentos, hoc est semuncia, in qua sunt scrupula XII. ps duodecima duomillia et quadrigentos, hoc ẽ uncia, i qua sunt scrupula. XXIIII. ps sexta, pedes quatuormillia et octingẽtos, hoc est sextãs, i quo sunt scrupula XLVIII. ps quarta pedes septẽmillia et ducẽtos, hoc est quadrãs, in quo sunt scrupula LXXII. Pars tertia pedes nouemmillia & sexcentos, hoc est triens, in quo sunt scrupula XCVI. Pars tertia & unaduodecima, pedes duodecimmillia, hoc est quincunx, in quo sunt scrupula CXX. ps dimidia pedes quatuordecimmillia et quadrigentos. hoc est semis, in quo sunt scrupula CXLIIII. Pars dimidia et unaduodecima, pedes sexdecimmillia et octingentos, hoc est septunx, in quo sunt scrupula CLXVIII. Partes duæ tertiæ. pedes decemnouemmillia et ducentos. hoc est bes, in quo sunt scrupula CXCII. Partes tresquartæ, pedes unũ et uigintimillia & sexcentos, hoc est dodrãs, in quo sunt scrupula CCXVI. Pars dimidia et tertia. pedes uigintiquatuormillia, hoc est dextans, in quo sunt scrupula CCXL. Partes duæ tertiæ et una quarta. pedes uigintisexmillia et quadringentos, hoc est deunx, in quo sunt scrupula CCLXIIII. Iugerũ pedes uigintioctomillia & octingentos. hoc est as, in quo sunt scrupula CCLXXXVIII. Iugeri autem modus si semp quadraret, et in agendis mensuris in longitudinem haberet pedes CCXL. in latitudinem pedes CXX. expeditissimũ esset eius ratiocinium, sed quoniam diuersæ agrorum formæ ueniunt in disputationem, cuiusq; generis species subiciemus, quibus quasi formulis utemur.

De uarijs agrorum formis, et eorum dimensionibus. Cap. II.

OMNIS ager aut quadratus, aut longus, aut cuneatus, aut triquetrus, aut rotundus, aut etiam semicirculi, uel arcus, nonnunquam etiam plurium angulorum formam exhibet. Quadrati mensura facillima est. nam cum sit undique pedum totidem, multiplicantur in se duo latera, & quæ summa ex multiplicatione effecta est, eam dicemus esse quadratorum pedum. tanquam est locus quoquouersus C. pedum. ducimus centies centenos, fiunt decemmillia. Dicemus igitur eum locum habere decemmillia pedum quadratorum, quæ efficiunt iugeri trientem, & sextulam, pro qua portione operis effecti numerationem facere oportebit.



AT si longior fuerit, quàm latior, ut exempli causa iugeri forma pedes habeat longitudinis CCXL. latitudinis pedes. CXX. ita, ut paulo ante dixi, latitudinis pedes cum longitudinis pedibus sic multipli cabis centies uicies ducenti quadrageni fiunt uigintioctomilia, et octingenti. Dicemus iugerum agri tot pedes quadratos habere. Similiterq; fiet de omnibus agris, quorum longitudo maior sit latitudine.



Sin autem cuneatus ager fuerit, ut puta longus pedes centum. latus ex una parte pedes XX. et ex altera pedes decem, tunc duas latitudines componemus, fiet utraque summa pedes XXX. Huius dimidia pars est quindecim, quam cum longitudine multiplicando efficiemus pedes mille & quingentos. Hos igitur in eo cuneo quadratos pedes esse dicemus, quæ pars erit iugeri semuncia, & scrupula tria.



At si tribus paribus lateribus triquetrũ metiri debueris, hanc formam sequeris. Esto ager triangulus pedum quoquouersus tricentorũ. Hunc numerum in se multiplicato, fiunt pedes nonagintamillia. Huius summæ partem tertiam sumito, id est trigintamillia. Item sumito partem decumam, ideſt nouemmillia. Vtranq; summam componito, fiunt pedes trigintanouemmillia. Dicemus hanc summam pedum quadratorum esse in eo triquetro. Quæ mensura efficit iugerum, & trientem, & scilicum.



Sed si triangulus disparibus fuerit lateribus ager, tanquam in subiecta forma, quæ habet rectum angulum, aliter ratiocinium ordinabitur. Esto unius lateris linea, quæ facit angulum rectum pedum quinquagenta, & alterius pedum centum. Has duas summas in se multiplicato, quinquagies centeni fiunt quinquemillia. Horum pars dimidia duomilliaquingeni. quæ pars iugeri unciam, & scrupulum efficit.



Si rotundus ager erit, ut circuli speciem habeat, sic pedes sumito. Esto area rotunda, cuius diametros habeat pedes LXX. Hoc se multiplicato septuagies septuageni fiunt quatuormillia & noningenti. Hãc summam undecies multiplicato, fiunt pedes quinquagintatriamillia nongenti. Huius summæ quartamdecimam subduco scilicet pedes triamilliaoctingenti, & quinquagintæ. Hos esse quadratos in eo circulo dico. Quæ summa efficit iugeri sexcunciam, scrupula duo & dimidium.



Si semicirculus fuerit ager, cuius basis habeat pedes CXL. curuaturæ autem latitudo pedes LXX. oportebit multiplicare latitudinem cum basi, septuagies centeni quadrageni fiunt nouemmillia et octingenti. Hæc undecies multiplicata fiunt centum septemmillia & octingenti. Huius summæ quartadecima est septemmillia & septingenti. hos pedes esse dicemus in semicirculo, qui efficiunt iugeri quadrantem scrupula quinque.



Si autem minus, quàm semicirculus erit, arcum sic metiemur. Esto Arcus, cuius basis habeat pedes XVI. latitudo autem pedes IIII. Latitudinem cum basi pono. Fit utrunq; pedes XX. Hoc duco quater fiunt LXXX. horũ pars dimidia est XL. Item sexdecim pedum, qui sunt basis pars dimidia. VIII. hi. VIII. in se multiplicati fiunt. LXIIII. Quartamdecimã partem duco, ea efficit pedes. IIII. paulo amplius. hos adijcies ad quadraginta. Fit utraq; summa pedes. XLIIII. hos in arcu quadratos esse dico, qui faciunt iugeri dimidium scrupulum quinta, & uigesima parte minus.



Si fuerit sex angulorum in quadratos pedes, sic redigitur. Esto hexagonum quoquouersus lineis pedum XXX. Latus unum in se multiplico tricies triceni fiunt DCCCC. Huius summæ tertiam partem statuo CCC. eiusdem partem decimam. XC. Fiunt. CCCXC. Hoc sexies ducendum est, quoniam sex latera sunt, quæ consumata efficiunt duo milliatricenteni & quadraginta. Tot igitur pedes quadratos esse dicemus. Itaque erit iugeri uncia dimidio scrupulo, & decima parte scrupuli minus.



Inter uites pangendas quot pedes relinquendi sint. Cap. III

HIS igitur uelut primordijs talis ratiocinij perceptis nõ difficiliter mensuras inibimus agrorum, quorum nunc omnes persequi species & longum, & arduum est. Duas etiam nunc formulas præpositis adijciam, quibus frequenter utuntur agricolæ in disponendis seminibus. Esto ager longus pedes milleducentos, latus pedes CXX. In eo uites disponendæ sunt ita, ut quini pedes inter ordines relinquantur. Quæro quot seminibus opus sit, cum quinum pedum spatia inter semina desyderãtur. Duco quintam partem lõgitudinis, fiunt CCXL. & quintam partem latitudinis, hoc est XXIIII. his utrisq; summis semper singulos asses adijcio, qui efficiunt extremos ordines, quos uocant angulares. Fit ergo altera summa ducẽtorũ quadraginta unius, altera uigintiquinque. Has summas sic multiplicato quinquies & uicies ducẽ quadrageni singuli, fiunt sexmillia & uigintiquinque. Totidem dices opus esse seminibus.

Semina inter quinos pedes.



Similiter inter senos pedes si uoles ponere, duces sextam partem longitudinis milleducentorum, fiunt CC. & sextam latitudinis CXX. idest XX. His summis singulos asses adijcies, quos dixi angulares esse. Fiunt CCI. & XXI. Has summas inter se multiplicabis uicies, & semel ducentos & unum, atq; ita efficies quatuormilliaducentos & uigintiunum. Totidem seminibus opus esse dices.

Semina inter senos pedes.



Similiter si inter septenos pedes ponere uoles septimã partem longitudinis, & latitudinis duces, & adijcies asses angulares, eodem modo, eodemq; ordine cõsumabis numerum seminum.

Semina inter septenos pedes.



Deniq; quotcunq; pedũ spatia facienda cẽsueris, totã partem longitudinis, et latitudinis duces, et prædictos asses adijcies. Hæc cũ ita sint, sequitur uti iugerũ agri, qui habet pedes CCXL. lõgitudinis, et latitudinis pedes CXX. recipiat inter pedes ternos (hoc enim spatium minimum esse placet uitibus ponendis) p longitudinem semina LXXXI. per latitudinẽ inter quinos pedes semina XXV. Qui numeri inter se multiplicati fiunt seminum duomillia & uigintiquinque.

Semina inter ternos pedes.



Vel si quoquouersus inter quaternos pedes uinea erit dispositа, lõgitudinis ordo habebit semina LXI. latitudinis XXXI. qui numeri efficiunt in iugero uites milleoctingentas et nonagintaunã, uel si in longitudinem p quaternos pedes, in latitudinẽ per quinos pedes fuerit dispositа, ordo longitudinis habebit semina LXI. latitudinis XXV. quod si inter quinos pedes cõsitio fuerit, per longitudinem ordinis habebit semina XLIX. & rursus per latitudinem semina XXV. qui numeri duo inter se multiplicati efficiunt milleducentum & uigintiqnq; At si per senos pedes eũdẽ uitibus locũ placuerit ordinare, nihil dubiũ est, quin longitudini dandæ sint XLI. uites, latitudini autem uigintiuna. Quæ inter se multiplicatæ efficiunt numerum DCCCLXI. sin autẽ inter septenos pedes uinea fuerit cõstituẽda, ordo per longitudinẽ recipiet capita triginta qnq;, per latitudinem XVIII. qui numeri inter se multiplicati efficiunt DCXXX. Totidẽ dicemus semina præparãda. At si inter octonos pedes uinea cõseretur, ordo per lõgitudinẽ recipiet semina XXXI. per latitudinẽ autẽ XVI. qui numeri inter se multiplicati efficiunt. CCCCXCVI. At si inter nouenos pedes, ordo in lõgitudinẽ recipiet semina uigintiseptẽ, et in latitudinẽ quatuordecim, hi numeri inter se multiplicati faciunt CCCLXXVIII. At si iter denos pedes, ordo lõgitudinis recipiet semina XXV. latitudinis XIII. Hi numeri iter se multiplicati faciũt CCCXXV. et ne in infinitũ procedat disputatio nostra, eadẽ portione, ut cuiq; placuerint laxiora spatia, semina faciemus. Ac de mensuris agrorum, numerisq; seminum dixisse abunde sit, nunc ad ordinem redeo.

De cultura prouincialium uinearum. Cap. IIII.

VINEARVM prouincialiũ plura genera esse comperi. Sed ex ijs, quas ipse cognoui, maxime probãtur, uelut arbusculæ, breui crure sine adminiculo per se stantes. deinde quæ pedamnibus adnixæ singulis iugis imponuntur, eas rustici canteriatas appellant. Mox quæ defixis arũdinibus circũmunitæ per statumina calamorũ materijs ligatis in orbiculos, gyrosq; flectũtur, eas nõnulli characatas uocant. Vltima est cõditio stratarũ uitiũ, quæ ab enata stirpe cõfestim uelut proiectæ per humũ porriguntur. Omniũ autẽ sationis ferè eadẽ est conditio. nã uel scrobe, uel sulco semina deponuntur, quoniã pastinationis expres sunt externarũ gentiũ agricolæ. quæ tamen ipsa penè supernacua est ijs locis, q bus solũ putre, et per se resolutũ est. nanq; hoc imitamur arãdo (ut ait Virgilius) quod ẽt pastinando. itaq; campania, quoniã uicinũ ex nobis capere potest exẽplũ, non utitur hac molitione terræ, qa facilitas eius soli minorẽ operã desyderat. si cubi autẽ densior ager prouincialis rustici maiorẽ poscit impensam, quod nos pastinando efficimus, ille sulco facto cõsequitur, ut laxius subacto solo deponat semina.

Repetitio eorũ, quæ dicta sunt, per singula genera. Cap. V.

SED ut singula earum, quæ proposui, uinearum genera persequar, prædictum ordinem repetam. Vitis, quæ sine adminiculo suis uiribus consistit, solutiore terræ scrobe, densiore sulco ponenda est. Sed & scrobes, & sulci plurimum prosunt, si in locis temperatis, in quibus æstas non est perferuida, ante annum fiant, q̃ uinea conseratur. soli tamen ante bonitas exploranda est. nam si ieiuno, atq; exili agro semina deponentur, sub ipsum tempus sationis scrobs, aut sulcus faciendus est. Si ante annum fiant, quàm uinea conseratur, scrobs in longitudinem, altitudinem q; defossus tripedaneus abunde est, latitudine tamen bipedanea. uel si quaternum pedum spatia inter ordines relicturi sumus, cõmodius habemus eandem quoquouersus dare mẽsuram scrobibus, non amplius tamen quàm tres pedes altitudinis depressis. Cæterum quatuor anguli semina applicabuntur subiecta minuta terra, & ita scrobes adobruentur. Sed de spatijs ordinum eatenus præcipiendum habemus, ut intelligant agricolæ siue aratro uineas culturi sint, laxiora interordinia relinquenda, siue bidentibus angustiora. sed neque spatiosiora, quàm decem pedũ, neq; contractiora, quàm quatuor. Multi tamen ordines ita disponunt, ut per rectam

lineã binos pedes, aut, ut plurimum, ternos inter semina relinquãt. Transuersa rursus laxiora spatia faciant, per quæ uel fossor, uel arator incedat. Sationis autem cura non alia debet esse, q̃ quæ tradita est à me tertio uolumine. Vnum tamen huic cõsitioni Mago Carthaginiẽsis adijcit, ut semina ita deponantur, ne protinus totus scrobs terra cõpleatur, sed dimidia ferè pars eius sequente biennio paulatim adæquetur. Sic enim putat uitẽ cogi deorsum agere radices. Hoc ego siccis locis fieri utiliter non neguerim, sed ubi aut uliginosa regio est, aut cœli status imbrifer, minime faciundum cẽseo. Nam cõsistens in semiplenis scrobibus nimius humor ante quàm conualescant, semina necat. Quare utilius existimo repleri quidem scrobes stirpe deposita, & cum semina comprehenderint, statim post æquinoctium autumnale debere diligenter, atq; alte ablaqueari, & recisis radiculis, si quas in summo solo citauerint, post paucos dies adobrui. sic enim utrunq; incommodum uitabitur, ut neq; radices in superiorem partem euocentur, neq; immodicis pluuijs parum ualida uexentur semina. ubi uero iam corroborata fuerint, nihil dubium est, quin cœlestibus aquis plurimum iuuentur. Itaq; locis, quibus clementia hyemis permittit, adapertas uites relinquere, & tota hyeme ablaqueatas habere eas conueniet. De qualitate autem seminum inter authores non conuenit. Alij malleolo protinus conseri uineam melius existimant, alij uiuiradicẽ. de quare quid sentiã, iam superioribus uoluminibus professus sum. Et nunc tamen hoc adijcio, esse quosdam agros, in q̃bus non æque bene translata semina, q̃ immota respõdeant, sed istud rarissime accidere. Notandũ itaq; et diligenter explorandum esse, & q̃d quæq; ferat regio, & quid quæq; recuset. depositum ergo stirpem, id est malleolum, uel uiuiradicem formare sic conuenit, ut uitis sine pedamine consistat. hoc autem protinus effici non potest. Nam nisi adminiculum teneræ uiti, atq; infirmæ contribueris, prorepens pampinus terræ se applicabit. itaq; posito semini arundo adnectitur, quæ uelut infantiam eius tueatur, atq; educet, producatq; in tantam staturã, quantam permittit agricola. ea porrò non debet esse sublimis. nam usque in sexquipedem coercendam est. cum deinde robur accipit, et iã sine adiumento consistere ualet, aut capitis, aut brachiorum incrementis adolescit. nam duæ species huius quoq; culturæ sunt. alij capitatas uineas, alij brachiatas magis probant. quibus cordi est in brachia uitem componere, conuenit ut à summa parte, qua decisa nouella uitis ẽ, quicquid iuxta cicatricem citauerit, conseruari, et in quatuor brachia pedalis mensuræ diuidere, ita ut omnem partẽ cœli singula aspiciãt. sed hæc brachia nõ statim primo anno tam procera summittuntur,

ne oneretur exilitas uitis, sed compluribus putationibus in prædictã mensuram educuntur. deinde ex brachijs, quasi quædam cornua prominentia relinqui oportet, atq; ita totam uitem omni parte in orbem diffundi. putationis autem ratio eadem est, quæ in iugatis uitibus. uno tantum differt, quod pro materijs longioribus pollices quaternum, aut quinum gemmarũ relinquuntur, pro custodibus autem bigemmes reseces fiunt. in ea deinde uinea, quã capitatam diximus, iuxta ipsam matrem usq; ad corpus sarmentum detrahitur, una aut altera tantummodo gemma relicta, quæ ipsi trunco adhæret. hæc autem riguis, aut pinguissimis locis fieri tuto potest, cum uires terræ, et fructum, et materias ualent præbere. maxime autẽ aratris excolunt, qui sic formatas uineas habent, et eam rationem sequuntur detrahendi uitibus brachia, quod ipsa capita sina ulla extantia neq; aratro, neque bubus obnoxia sunt. nam in brachiatis plerunq; fit, ut aut crure, aut cornibus boum ramuli uitium defringantur, sæpe etiam et stiua, dum sedulus arator uomere perstringere ordinem, & quam proximam partem uitium excolere studet. atq; hæc quidẽ cultura uel brachiatis, uel capitatis uitibus ante, quàm gemment, adhibetur. cum deinde germinauerint, fossor insequitur, ac bidentibus eas partes subigit, quas bubulcus nõ potuit pingere. mox ubi materias uitis exigit, insequitur pãpinator, et superuacuos deterget, fructuososq; palmites submittit, q̃ cum induruerunt, uelut in coronam religantur. hoc duabus ex causis fit, una, ne libero excursu in luxuriã prorepant, omniaq; alimenta pampini absumant, altera ut reliquata uitis rursus aduũ bubulcũ, fossoriq; in excollenda se præbeat. Pãpinandi autem modus is erit, ut opacis locis, humidisq;, et frigidis æstate uitis nudetur, foliaq; palmitibus detrahantur, ut maturitatem fructus capere possit, et ne situ putrescat. locis autem siccis, calidisq;, et apricis, ut è contrario palmitibus umbrae contegantur, etsi parũ pampinosa uitis est, aduectis frõdibus, & interdum stramentis fructus muniatur. M. quidem Columella patruus meus uir illustribus disciplinis eruditus, ac diligẽtissimus agricola Bæticæ prouinciæ sub ortu caniculæ palmeis tegetibus uineas adumbrabat, quoniam plerunq; dicti syderis tempore quædam partes eius regionis sic infestantur euro, quẽ incolæ uulturnum appellant, ut nisi tegminibus uites opacentur, uelut halitu flammeo fructus uratur. atq; hæc capitate, brachiataeq; uitis cultura est. nã illa, quæ uno iugo superponitur, aut quæ materijs summissis arundinum staturninibus per orbem connectitur, ferè eandẽ curam exigit, quam iugata. nõnullos tamen in uineis characatis animaduerti, & maxime eluenaci generis prolixos palmites, quasi propagines summo solo

adobruere, deinde rursus ad arũdines erigere, et in fructũ summittere, quos nostri agricolæ mergos, galli candosoccos uocant. eosq; adobruunt simplici ex causa, quod existiment plus alimenti terram præbere fructuarijs flagellis, itaq; post uindemiã uelut inutilia sarmenta decidunt, & à stirpe summouent. nos autem præcipimus easdẽ uirgas, cum à matre fuerint præcisæ, sicubi demortuis uitibus ordines uacent, aut si nouellã quis uineã instituere uelit, prouiui radicæ ponere, quoniam quidẽ partes sarmentorũ, quæ fuerant obrutæ, satis multas habent radices, quæ depositæ scrobibus, confestim cõprehendant. Supereſt reliqua illa cultura prostratæ uineæ, quæ nisi uiolentissimo cœli statu suscipi non debet. nam et difficilem laborem colonis exhibet, nec unquam generosi saporis uinum præbet. atq; ubi regionis cõditio solam eam culturã recipit, bipedaneis scrobibus malleolus deponitur, qui cum egerminauit, ad unam materiã reuocatur. eaq; primo anno compescitur in duas gemmas. sequente deinde, cum palmites profudit, unus summittitur, cæteri decutiũtur. at ille, q̃ summissus ẽ, cum fructum edidit, in eam longitudinem deputatur, uti iacens non excedat interordinij spatium. nec magna est putationis differentia cubantis, & stantis rectæ uineæ, nisi quod iacenti uiti breuiores materiæ summitti debent, resecęs quoque angustius in modum fiunculorum relinqui. sed post putationem, quam utique autumno in eiusmodi uinea fieri oportet, ut uitis tota deflectatur in alterum interordinium, atq; ita pars ea, quæ fuerat occupata, uel foditur, uel aratur, et cum exculta est, eandẽ uitem recipit, ut altera quoque pars excoli possit. de pampinatione talis uineæ parum inter authores conuenit. alij negant esse nudandam uitem, quo melius contra iniuriam uentorum, ferarumq; fructum abscondat. alijs placet parcius pampinari, ut & uitis non in totum superuacuis frondibus oneretur, & tamen fructum ueſtire, aut protegere possit, quæ ratio mihi quoq; commodior uidetur.

De ulmarijs faciendis. Cap. V.

SED IAM de uineis satis diximus, nunc de arboribus præcipiendum est. qui uolet frequens, & dispositum arbustum paribus spatijs, fructuosumq; habere, operam dabit, ne emortuis arboribus rarescat, ac primam quanq; senio, aut tempestate afflictam summoueat, & in uicem nouellam sobolẽ substituat. id autem facile consequi poterit, si ulmorum seminarium paratum habuerit. quod, et quomodo, & qualis generis faciendum sit, non pigebit deinceps præcipere. ulmorum duo esse genera conuenit. gallicum, & uernaculum. illud atinia, hoc nostrâs dicitur. Atiniam ulmum Tremellius Scrofa non ferre sameram (quod ẽ semen eius arboris) falsò est opinatus. nam rariorem sine dubio creat, et icaræ pleriſque & sterilis uidetur, seminibus inter frondem, quam prima germinatione edit, latentibus. itaq; nemo iam serit ex samera, sed ex sobolibus. est autem ulmus longe lætior, & procerior, quam nostrâs, frondemq; iucundiorem bubus præbet. qua cum assidue pecus alueris, & postea generis alterius frondem dare institueris, fastidium bubus affert. itaq; si fieri poterit, totum agrum genere uno atiniæ ulmi conseremus. si minus dabimus operam, ut in ordinibus disponendis pari numero uernaculas, et atinias alternemus, ita semper mista fronde utemur, & quasi hoc condimento illectæ pecudes fortius iusta cibariorum conficient. sed uitẽ maxime opulus uidetur alere, deinde ulmus, post etiam fraximus. Opulus, quia raram, neque idoneam frondem pecori præbet à pleriſque repudiata est. Fraximus, quæ capris, et otibus gratissima est, nec inutilis bubus, locis asperis, uel montosis, quibus minus lætatur ulmus, recte seritur. ulmus, quod & uitem commodissime patitur, et iucundissimum pabulum bubus affert, uarijsq; generibus soli prouenit, à pleriſq; referitur. itaq; cui arbustum nouũ instituere cordi est, seminaria ulmorum, uel fraxinorũ parẽtur ea rõne, quã deinceps subscripsimus. nã opuli melius cacuminibus, in arbusto protinus deponũtur. igitur pingui solo, & modicæ humido bipalio terram pastinabimus, ac diligenter ocatam, et resolutam, uerno tempore in aream componemus, sameram deinde, quæ iam rubicundi coloris erit, & compluribus insolata diebus iacuerit, ut aliquem tamen sucum, & lentorẽ habeat, inijciemus areis, & eas totas seminibus spisse contegemus, atq; ita cribro putrem terram duos alte digitos incernemus, et modicè rigabimus, stramentisq; areas cooperiemus, ne prodeuntia cacumina seminum ab auibus prærodãtur. ubi deinde prorepserint plantæ, stramenta colligemus, & manibus herbas carpemus. idq; leuiter, & curioſe faciendum est, ne adhuc teneræ, breuesq; radiculæ ulmorum conuellantur, atq; ipsas quidem areas ita angustè compositas habebimus, ut qui runcaturi sunt, medias partes earum facile manu cõtingant. nã si latiores fuerint ipsis seminibus, quæ proculcata erunt, noxam capient. Aestate deinde prius quàm sol oriatur, aut ad uesperum, seminaria conspergi potius, quàm rigari debent. & cum ternum pedũ plantæ fuerint, in aliud seminariũ traniferri, ac ne radices altius agant (quæ res post modum in eximendo magnum laborem affert, cum plãtas in aliud seminarium trãsferre uolumus) oportebit non maximos scrobiculos sesquipede inter se distantes fodere. deinde radices in uo-

dum si breues, uel in orbem coronæ similem, si longiores erunt, insle
cti, & oblitas fimo bubulo scrobiculis deponi, ac diligenter circumcul
cari. possunt etiam collectæ cum stirpibus plantæ eadem ratione di-
sponi. quod in atinia ulmo fieri necesse est, quæ non seritur è samera,
sed hæc ulmus autumni tempore melius, quàm uere disponitur, pau-
latimq; ramuli eius manu detorquentur, quoniam primo biennio, fer
ri reformidat ictum, tertiodemum anno acuta falce abraditur, atq;
ubi translationi iam idonea est, ex eo tempore autumni, quo terræ
imbribus permaduerit, usq; in uernum tempus ante, quàm radix ul
mi in eximendo delibretur, recte seritur. igitur in resoluta terra ter-
num pedum quoquouersus faciendi scrobes, at in densa, sulci eiusdem
altitudinis, qui arbores recipiant præparandi. sed deinde in solo ro
sido, & nebuloso conserendæ sunt ulmi, ut earum rami ad orientem,
& in occidentem dirigantur, quo plus solis mediæ arbores, quibus ui
tis applicata, & religata innititur, accipiant. Quod si etiam frumen
tis consulemus, uberi solo intra quadraginta pedes, exili ubi nihil se-
ritur intra uiginti arbores disponantur. cum deinde adolescere inci-
pient, falcæ formandæ, & tabulata instituenda sunt. hoc enim no-
mine usurpant agricolæ ramos, truncosq; prominentes, eosq; uel pro
pius ferro compescunt, uel longius promittunt, ut uites laxius diffun
dantur. hoc in solo pingui, melius illud in gracili. tabulata inter se ne
minus ternis pedibus absint, atq; ita formentur, ne superior ramus
in eadē linea sit, qua inferior, nam demissum ex eo palmitem germi-
nantem inferior atteret, et fructum decutiet. sed quancunq; arborem
seueris, eam biennio proximo putare nō oportet. post deinde si ulmus
exiguum incrementum recipit, uerno tempore ante quàm librum de-
mittat, decacuminanda est iuxta ramulum, qui uidebitur esse nitidissi
mus, ita tamen uti supra eum truncō stirpem dodrantalem relinquas,
ad quam ductus, & applicatus ramus alligetur, et correptus cacumē
arbori præbeat. Deinde stirpem post annum præcidi, et alleuari opor
tet, quod si nullum ramulum arbor idoneum habuerit, sat erit nouē
pedes à terra relinqui, et superiorē partem detruncari, ut nouæ uir
gæ, quas emiserit, ab iniuria pecoris tutæ sint. sed si fieri poterit, uno
ictu arborē præcidi si minus serra desecari, & plagam falcæ alleua
ri oportebit, eamq; plagam luto paleato contegi, ne sole, aut pluuijs in
festetur. Post annum, aut biennium, cum enati ramuli recte conualue-
rint, superuacuos deputari, et idoneos in ordinem summitti conueni-
et. quæ ulmus à positiōe bene prouenerit, eius summæ uirgæ falcæ de-
bent enodari. at si robusti ramuli erunt, ita ferro amputentur, ut exi
guam stirpem prominentem trunco relinquas. cum deinde arbor cō-

ualuerit,

ualuerit, quicquid falcæ contingi poterit, exputandū est, alleuandūq;
eatenus, ne plaga corpori matris applicetur. ulmum autem nouellam
sic formare cōueniet. loco pingui octo pedes à terra, sine ramo relin
quēdi, uel in aruo gracili sepem pedes supra qđ spatiū deinde p cir
cuitum in tres partes arbor diuidēda est, ac tribus lateribus singuli
ramuli submittendi, primo tabulato assignentur. mox de ternis pedi-
bus superpositis, alij rami summittendi sunt, ita ne ijsdem lineis, qui-
bus in superiore positi sint. in eademq; ratione usq; in cacumen ordi
nanda erit arbor. atque in frondatione cauendū, ne aut prolixiores
pollices fiant, qui ex amputatis uirgis relinquuntur, aut rursus ita al
leuentur, ne ipse truncus lædatur, aut delibretur, nam parū gaudet
ulmus, quæ in corpus nudatur. uitandumq; ne de duabus plagis una
fiat, cum talem cicatricem non facile cortex comprehendat. arboris
autem perpetua cultura est, non solum ante diligenter eadem dispo-
nere, sed etiam truncum circunfodere, & quicquid frondis enatum
fuerit, alternis annis aut ferro amputare, aut astringere, ne æmula
umbra uiti noceat. cum deinde arbor uetustatem fuerit adepta, pro-
pter ramum uulnerabitur ita, ut excauetur usq; in medullam, qua sit
exitus humori, quem ex superiore parte concoperit. uitem quoq; ante
quàm ex toto arbor prævalescat, conserere conuenit. at si tenerā ul-
mum maritaueris, nouam sufferet, si uetustam uitem applicueris, con
iugem necabit, ita sibi pares esse ætate, & uiribus arbores, uitesq; con
uenit. sed arboris maritandæ causa scrobis uiuiradici fieri debet, la-
tus pedū duorū, altus leui terra, totidem pedum, graui, dupondio &
dodrante, longus pedum sex, aut minimum quinq;. absit autem hic ab
arbore ne minus sexquipedali spatio. nam si radicibus ulmi iunxe-
ris, male uitis comprehēdet, & cum tenuerit, incremento arboris op-
primetur. Hunc scrobē, si res permittit, autumno facto, ut pluuijs, &
geliciidijs macereturcirca uernum deinde æquinoctium binæ uites,
quo celerius ulmum uestiant, pedem inter se distantes scrobibus depo-
nendæ. cauendumq; ne aut septentrionalibus uentis, aut rorulētæ, sed
siccæ serantur. hanc obseruationem nonsolū in uitium positione, sed
in ulmorū, cæterarumq; arborum præcipio, & uti cum de semina-
rio eximuntur, rubrica notetur una pars, quæ nos admoneat, ne ali-
ter arbores constituamus, quàm quēadmodum in seminario steterint.
plurimum enim refert, ut eā partem cœli spectent, cui ab tenero con-
sueuerunt. melius autem locis apricis, ubi cœli status neq; prægelidus,
neq; nimium pluuius est, autumni tempore, & arbores, & uites post
æquinoctiū deponuntur. sed eæ ita conserendæ sunt, ut summam ter
ram, quæ aratro subacta sit, semipedem alte substernamus, radicesq;

omnes explicemus, & depositas stercoremus (ut ego existimo) si minus terra subacta operiamus, & circumcalcemus ipsum seminis codicem, uites in ultimo scrobe deponi oportet, materiasq; earum per scrobem porrigi, deinde ad arborem erigi, atq; ab iniuria pecoris caueis eminiri. locis autem feruidis semina septentrionali parte arbori applicanda sunt, locis frigidis à meridie, temperato statu cœli, aut ab oriente, aut ab occidente, ne toto die sole, uel umbram patiantur. Proxima deinde putatione melius existimat Celsus ferro abstineri, ipsosq; coles in modū coronæ contortos arbori circundari, ut flexura materias profundat, quarum ualidissimam sequente anno caput uitis faciamus. me autem longus docuit usus, multo utilius esse primo quoq; tempore falcem uitibus admouere, nec superuacuis sarmentis pati sylueſcere. sed eam quoq; quæ primo summittetur, materiam ferro coercendā censeo usq; in alteram, uel tertiā gemmā, quo robustiores palmites agat. qui cum primum tabulatum apprehenderint, proxima putatione disponetur, omnibus annis alioquin in superius tabulatum excitabitur relicta semper una materia, quæ applicata trunco cacumen arboris spectet. iamq; uiti constitutæ certa lex ab agricolis imponitur. pleriq; ima tabulata materijs frequētant uberiorem fructum, & magis facilem cultum sequentes. at qui bonitati uini student, in summas arbores uitem promouent, ut quæq; materiæ se deuectæ in celsissimū quēq; ramum extendunt sic, ut summa uitis summam arborem sequatur, ideſt ut duo palmites extremi trunco arboris applicentur, qui cacumen eius spectent, & prout quisque ramus conualuit, uitem accipiat. plenioribus ramis plures palmites alius ab alio separati imponantur, gracilioribus pauciores. uitisq; nouella tribus toris ad arborē religetur, uno, q est in crure arboris à terra quatuor pedibus distans, altero, qui summa parte uitem capit, tertio, qui mediā uitem complectitur. Torū imum imponi tum oportet, cum uires uti adimit, interdū enim necessarius habetur, cum aut arbor sine ramis truncata est, aut uitis prævalēs in luxuriā euagatur. cætera putationis ratio talis est, ut ueteres palmites, quibus proximi anni fructus pependit, omnes recidantur, noui circunasis undique capreolis, & nepotibus, qui ex his nati sunt, amputati committantur. et si læta uitis est, ultimi potius palmites per cacumina ramorum præcipitentur. si gracilis, trūco proximis. si mediocris, medijs, quoniam ultimus palmes plurimum fructum affert, proximus nimium, uitemq; exhaurit, atque attenuat. maxime autem prodest uitibus, omnibus annis resolui. nam & commodius enodantur, & refrigerantur, cum alio loco alligatæ sunt, minusq; læduntur, ac melius conualescunt, atque ipsos palmites ita

tabulatis

tabulatis superponi conuenit, ut à tertia gemma, uel quarta reliqui dependeant, eosq; non constringi, ne sarmentum uimine præcidatur. quod si ita longe tabulatum est, uti materia parum commode in id perduci possit, palmitem ipsum uiti alligatum supra ternam gemmam religabimus. hoc ideo fieri præcipimus, quia quæ pars palmitis præcipitata est, fructu induitur. at quæ uinculo adnexa sursum tendit, ea materias sequente anno præbet. sed ipsorū palmitum duo genera sunt. alterū, quod ex duro prouenit, qđ quia primo anno plerunq; frondē sine fructu affert, pampinariū uocant. alterū, quod ex anniculo palmite procreatur, qđ, quia protinus creat, fructuariū appellant. cuius ut semp habeamus copiā in uinea, palmitis partes ad tres gemmas religandæ sunt, ut q quid intra uinculum est, materias exigat. cum deinde annus, & robore uitis conualuit, traduces in proximam quanq; arborē mittendæ, easq; post biennū amputare, simulatq; alias teneriores transmittere conuenit, nam uetustate uitem fatigant. nonnunquā etiā cum arborē totam uitis comprehēdere nequit, ex usu fuit partem aliquam eius deflexam terræ in mergere, & rursus ad eandem arborē duas, uel tres propagines excitare, quo pluribus uitibus circunuenta celerius uestiatur. Viti nouellæ pampinariū dimitti non oportet, nisi necessario loco natus est, ut uiduū ramum meritet. ueteribus uitibus loco nati palmites pampinarij utiles sunt, & pleriq; ad tertiam gemmam resecti optime submittuntur. nam in sequenti anno materias fundunt. quisquis autem pampinus loco natus in exputando, uel alligando fractus est, modo ut aliquam gemmam habuerit, extolli nō oportet, quoniam proximo anno uel ualidiorem materiam ex una creabit. Præcipites palmites dicuntur, qui de hornotinis uirgis enati in duro alligantur. hi plurimū fructus afferunt, sed plurimū matri nocent. Itaq; nisi extremis ramis, aut si uitis arboris cacumen superauerit, præcipitari palmitem nō oportet. qđ si tamen id genus colis propter fructum summittere quis uelit, palmitem intorqueat. deinde alliget, & præcipitet. nam & post eum locū, quē intorseris, lætam materiam citabit, & præcipitata minus uirium in se trahet, quamuis fructu exuberet. Præcipitem uero plus anno pati non oportet. Alterum est genus palmitis, quod de nouello nascitur, & in tenero alligatum dependet. (materiā uocamus) ea & fructum & noua flagella bene procreat. & iam si ex uno capite duæ uirgæ summittantur, tamen utraq; materia dicitur. Nā pampinarius quam uim habeat, supra docui. Focaneus est, qui inter duo brachia uelut in furca de medio nascitur. eum colem deterrimum esse comperi, quod neq; fructum ferat, & utraq; brachia inter quæ natus est, attenuet,

itaq; tollendus est. pleriq; uitem ualidam, & luxuriosam falsò credi derunt feraciorem fieri, si multis palmitibus submissis oneretur. nam ex pluribus uirgis plures pampinos creat, & cum se multa frō de cooperit, peius defloret, nebulasq;, & rores diutius continet, omnemq; uuam perdit. Validam ergo uitem in ramos diducere censeo, & traducibus dispergere, atq; diradiare, cæterosq; uinearios coles præcipitare, & si nimis luxuriabitur, solutas materias relinquere, ea ratione uitem feraciorem facere. sed ut densum arbustum commendabile fructu, & decore est, sic ubi uetustate rarescit, pariter inutile, et inuenustum est. quod ne fiat diligentis patrisfamilias est primam quanq; arborem senio defectam tollere, ut in eius locum nouellam restituere uitem queat, nec tam uiuiradicæ frequentare (ea & si sit facultas) quàm (quod est longe melius) ex proximo propagare. cuius utriusq; ratio consimilis est ei, quam tradidimus. atque hæc de Italico arbusto satis præcepimus.

De Arbusto gallicæ. Cap. VI.

EST & alterum genus arbusti gallici, quod uocatur rumpotinū. Id desyderat arborem humilem, nec frondosam. Cui rei maxime uidetur idonea opulus. Ea est arbor corno similis, quinetiā cornus, & carpinus, & ornus, nōnunquam & salix à pleriſq; in hoc ipsum disponitur. Sed salix nisi in aquosis locis, ubi aliæ arbores difficiliter cōprehendunt, ponenda non est, quia uini saporē infestat. Potest etiam ulmus sic disponi, ut adhuc tenera decacuminetur, ne altitudinem quindecim pedum excedat. Nam ferè ita constitutum rumpotinetum animaduerti, ut ad octo pedes locis siccis, & cliuosis, ad duodecim locis planis, & uliginosis tabulata disponantur. Plerunq; autem ea arbor in tres ramos diuiditur, q̄bus singulis ab utraq; parte complura brachia summittuntur, tum omnes penè uirgæ ne umbrent eo tempore, quo uitis putatur, abraduntur. Arboribus rumpotinis si frumentum non inseritur, in utranq; partem uiginti pedum spatia interueniūt. At si segetibus indulgetur, in alteram partem quadraginta pedes, in alteram uiginti relinquuntur. Cætera simili ratione atq; in arbusto italicæ administrantur, ut uites longis scrobibus deponantur, ut eadē diligentia curetur, atq; in ramis deducatur, ut noui traduces omnibus annis inter se ex arboribus proximis connectantur, & ueteres decidantur. Si tradux traducem non contingit, media uirga inter eas deligetur. Cum deinde fructus pondere urgebit, subiectis adminiculis sustineatur. Hoc autem genus arbusti, cæteraq; omnes arbores quanto altius

to altius arantur, & circunfodiuntur maiore fructu exuberant, quod an expediat patrisfamilias facere cultus docet.

De generibus olearum. Cap. VII.

OMNIS tamen arboris cultus simplicior, quàm uinearū est, longeq; ex omnibus stirpibus minorē impensam desyderat olea, quæ prima omnium arborū est, nam quamuis non continuis annis sed ferè altero quoq; fructum afferat, eximia tamen eius ratio est, q̄d leui cultu sustinetur, & cum se non induit, uix ullam impensam poscit. sed & siquam recipit, subinde fructus multiplicat. neglecta compluribus annis non ut uinea deficit, eoq; ipso tempore aliquid etiam interim patrisfamilias præstat, & cum adhibita cultura est, uno anno emendatur. Quare etiā nos in hoc genere arboris diligenter præcipere cēnsuimus. Olearum, sicut uitiū, plura genera esse arbitror, sed in meam notitiam decem modo peruenerunt. Pausia, alguana, liciniana, sergia, neuia, culminia, orchis, regia, orites, murtea. Ex quibus baca iucundissima est pausiæ, speciosissima est regiæ, quæ potius escæ, quàm oleo est idonea. Pausiæ tamen oleum saporis egregij, dum uiride est, uetustate corrūpitur. Orchis quoque, & radius melius ad escam, quàm in liquorū stringitur. Oleum optimum licinia dat, plurimum sergia. omniq; olea, & maior ferè ad escam, minor oleo est aptior. Nulla ex his generibus, aut perfrigidum, aut gelidum statum cœli patitur. Itaq; æstuosis locis septentrionali colle, frigidis meridiano gaudet. Sed neq; depressā loca, neq; ardua, magisq; modicos cliuos amat, quales in Italia Sabinorū, uel tota prouincia Bætiæ uidemus. Hanc arborem pleriq; existimant ultra miliarium sexagesimum à mari, aut non uiuere, aut non esse feracem. Sed in quibusdā locis recte ualet. Optime uapores sustinet pausia, frigus sergia. Aptissimum genus terræ est oleis, cui glarea subest, si superposita creta sabulo admista est. Non minus probabile est solum, ubi pinguis sabulo est. Sed & densior terra, si umida, & læta est, commode recipit hanc arborem. Creta ex toto repudianda est, magis etiam scaturiginosa, & in qua semper uligo consistit. Inimicus est etiam ager sabulo macer, & nuda glarea. Nam & si non emoritur in eiusmodi solo, nunquam tamen cōualescit. Potest tamen in agro frumentario seri, uel ubi arbutus, aut ilex steterant. Nam quercus etiam excisa radices noxias oliueto relinquit, quarum uirus eneat oleam. Sed hæc in uniuersum de toto genere huius arboris habui uobis dicere. Nunc per partes culturam eius exequar.

De seminarijs oliuarum faciendis. Cap. VIII.

SEMINARIVM oliueto præparetur cœlo libero, terreno modicæ ualido, sed sucoso, neq; denso, neq; soluto solo, potius tamen resoluto id genus terræ ferè nigræ est, quam cum in tres pedes pastinaueris, et alta fossa circundederis, ne aditus pecori detur fermentari sinito. Tum ramos nouellos proceros, & nitidos, quos comprehẽsos manus possit circunuenire, hoc est manubrij crassitudine feracissimos arboribus adimito, & ex his quam recentissimas taleas recidito, ita ut ne corticem, aut ullã aliam partem, quim quæ serra præciderit, lædas. hoc autem facile contingit, si prius uaram feceris, & eã partem, supra quã ramum secaturus es, fœno, aut stramentis texeris, ut molliter, et sine noxa cortis taleæ supposite secentur. Taleæ deinde sex quipedales serra præcidantur, atq; earum plagæ utraq; parte falce leuentur, & rubricæ notentur, ut sic quẽadmodũ in arbore steterat ramus, ita parte ima terram, & cacumine cœlum spectans deponatur. Nam si inuersa mergatur, difficulter comprehendet, & cum ualidius conualuerit, sterilis in perpetuum erit. Sed oportebit talearum capita, & imas partes misto fimo cum cinere oblinire, & ita totas eas immergeri, ut putris terra quatuor digitis alte supueniat. Sed binis indicibus ex utraq; parte humantur. hi sunt de qualibet arbore breui spatio iuxta eas positi, & in summa parte inter se uinculo connexi, ne facile singuli deijcãtur. Hoc facere utile est propter fossorũ ignorãtiã, ut cum bidẽtibus, aut sarculis seminariũ colere institueris, depositæ taleæ non lædãtur. Quidam melius existimant hortulis excolere, & chorda simili ratione disponere. sed utrunq; debet post uernũ æquinoctium seri, & quam frequentissime seminarium primo anno sarriri, postero, & sequentibus, cum iam radiculæ seminum conualuerint, rastris excoli. Sed biennio à putatione abstineri, tertio anno singulis seminibus binos ramulos relinqui, & frequẽter sarriri seminarium conueniet. Quarto anno ex duobus ramis infirmior amputandus est, sic excultæ quinquennio arbusculæ habiles translationi sunt. Plantæ autem in olineto disponantur optime siccis, minimeq; uliginosis agris per autumnum, lætis, & humidis uerno tempore paulo ante quàm germinent. Atq; ipsis scrobes quaternum pedum præparantur anno ante. uel si tempus non largiatur, prius quàm deponantur arbores, stramentis incendãtur scrobes, ut eos ignis putres faciat, quos sol, & pruina facere debuerat. Spatiũ inter ordines minimũ esse debet pingui, & frumentario solo sexagenum pedũ in alteram partem, atq; in alterã quadragenum, macro, nec idoneo segetibus quidem

dem, & uicenum pedũ. Sed in fauonium dirigi ordines conuenit, ut æstiuo prosatu refrigerentur. Ipsæ autem arbusculæ hoc modo possunt transferri, ante quàm explantes arbusculã, rubrica notato partem eius, quæ meridiã spectat, ut eodẽ modo, quo in seminario erat, deponatur. Deinde ut arbusculæ spatiũ pedale in circuitu relinquatur, atque ita cum suo cespite planta eruatur. Qui cespes in eximendo ne resoluatur, modicos surculos uirgarum inter se connexos facere oportet, eosq; pilæ, quæ eximitur, applicare, & uiminibus ita innectere, ut constricta terra uelut incluſa teneatur. Tum subruta parte ima leuiter pilã commouere, & suppositis uirgis alligare, atq; plantam trãsferre. Quæ ante quàm deponatur, oportebit solum scrobis imum fodere bidentibus, deinde terram aratro subactam (si tamen pinguior erit summa humus (immittere, et ita ordei semina superinsternere, et si constet in scrobibus aqua, ea omnis hauriẽda est ante, q̃ demittantur arbores. deinde ingerẽdi minuti lapides, uel glarea mista pingui solo, depositisq; seminibus latera scrobis circumadenda, & aliquid stercoris interponendũ. Quod si cum ea terra planta non conuenit, tum optimum est omni fronde priuare trũcum, atq; leuatis plagis, fimoq; & cinere oblitis in scrobẽ, uel sulcum deponere. Truncus autem aptior translationi est, qui brachij crassitudinem habet. Poterit enim longe maioris incrementi, & robustioris transferri, quẽ ita conuenit poni, ut si non periculum à pecore habeat, exiguus admodũ supra scrobem emineat, lætius enim frondet. si tamen incursus pecoris aliter uituri non poterit, celsior truncus constituetur, ut sit innoxius ab iniuria pecorum. Atque etiã rigandæ sunt plantæ, cum siccitates inæsserunt, nec nisi post biennium ferro tangendæ. ac primo sarculari debent, ita ut simplex stylus altitudinem maximi scrobis excedat. deinde arando ne coxam bos, aliamue partem corporis offendat. optimum est etiam constitutas plantas circummunire caueis, deinde constitutum iam, & maturum oliuetum in duas partes diuidere, quæ alternis annis fructu induantur, neque enim olea continuo biẽnio uberat. Cum subiectus ager consitus non est, arbor colliculum agit, cum seminibus repletur, fructum affert, ita sic diuisum oliuetum omnibus annis æqualẽ reditum adfert. Sed id minime bis anno arari debet, & bidẽtibus alte circunfodiri. Nã post solstitium cum terra æstibus hiat, curandum est, ne per rimas sol ad radices arborum penetret. Post æquinoctiũ autumnale ita sunt arbores ablaqueãdæ, ut à superiore parte, si olea in cliuo sit, incilia exciantur, quæ limosam aquam ad radicem deducant. Omnis deinde soboles, quæ ex uno stirpe nata est, quotannis extirpanda est, ac tertio quoq; fimo uel pabu-

landæ sunt oleæ. Atq; eadem ratione stercorabitur oliuetum, quam in secundo libro proposui, tamen segetibus prospicietur. Ac si ipsis tantummodo arboribus satis seruaueris, singulis stercoris cæprini sex libræ stercoris sicci modij singuli, uel amurcæ in singulis congius. Stercus autumno debet inijci, ut permistum hyemi radices oleæ calefaciat. Amurcæ ualentibus infundenda est, nam per hyemem si uermes, atq; alia suberunt animalia, hoc medicamento necantur. Plerunq; etiam locis siccis, & humidis arbores muscus infestantur, quem nisi ferramento resecueris, nec fructum, nec lætam frondem olea inducet. Quinetiã compluribus interpositis annis oliuetum putandũ est. nam ueteris prouerbij meminisse conuenit. Eum, qui aret oliuetum, rogare fructum, qui stercoret, exorare, qui cædat cogere. Quod tamen satis erit octauo anno fecisse, ne fructuarij rami subinde amputentur. Solent etiam quamuis lætæ arbores fructum non afferre. Eas terebrari gallicæ tereb'a conuenit, atq; ita in foramen uiridem taleã oleastri demitti, sic uelut inita arbor fœcundo semine fertilior extat. Sed & sine ablaqueatione adiuuanda est amurcæ insulsa cum suilla, uel nostra urina uetere, cuius utriusq; modus seruatur. Nã maximæ arbori, ni tantundem aquæ misceatur, urna abunde erit. Solent etiã uitio soli fructum oleæ necare. Cui rei sic medebimur. altis gyris ablaqueamus eas, deinde calcis pro magnitudine arboris plus, minus'ue circundabimus. sed minima arbor modicum postulat. Hoc remedio si nihil fuerit effectum, ad præsidium insitionis confugiendum erit. Quemadmodum autem olea inserenda sit, postmodũ dicemus, nonnunquam etiam in olea unus ramus cæteris aliquanto est lætior, quem nisi recideris, tota arbor contristabitur. Ac de oliuetis hactenus dixisse satis est. Superest ratio pomiferarum arborum, cui rei deinceps præcepta dabimus.

De arboribus pomiferis. Cap. IX.

LOCVM pomarij, prius quàm semina seras, circũmunire macerijs oportet uel sepe, uel fossa præcipiti, ut non solum pecori, sed & homini transitum negare ualeat, quoniã si sæpius cacumina hominis manu tractata, aut à pecoribus præroſa sunt, in perpetuum semina incrementum capere nequeunt. Generatim autem disponere arbores utile est, maxime etiã ne imbecillia à ualentiore prematur, quia nec uiribus, nec magnitudine par est, imparíq; spatio temporis adolescit. Terra, quæ uitibus apta est, etiam arboribus est utilis. ante annum, q̃ seminare uoles, scrobem fodito, ita sole, pluuijs'ue macerabitur, et q̃ positum est, cito comprehendet. At si eodem anno & scrobem facere,

& arbores

& arbores serere uoles, minimum ante duos menses scrobes fodito, postea stramentis icensis calefacito. quos si latiores, patentioresq; feceris, lætiores, uberioresq; fructus percipies. Sed scrobis clibano simulis fiat, cuius imũ summo patentius est, ut laxius radices uagentur, ac minus frigoris hyeme, minusq; æstate uaporis p angustum os penetret, etiam ut cliuosis locis terra, quæ in eũ congesta est, à pluuijs non abluatur. arbores raris interuallis serito, ut cum creuerint, spatiũ habeant, quo ramos extendant. nam si spisse posueris, nec infra serere quid poteris, nec ipsæ fructuosæ erunt, nisi interuulseris. itaq; inter ordines quadragenos pedes, minimumq; tricenos relinquere conuenit. Semina lege crassa, non minus, quàm manubrium bidentis, recta, leuia, procera, sine ulceribus, integro libro, ea bene, & celeriter comprehendent. Si ex ueteribus ramis sumes, de ijs quoq; qui quotannis bonos, & uberiores fructus afferunt, eligito, ac illos magis, q̃ sunt contra solem, q̃ qui umbris, ramis, aut plantis continentur. Sed ante quàm arbusculas transferas, nota quibus uentis antea fuerant constitutæ, postea manus admoueto, ut de cliuo, & sicco in humidũ agrũ transferas. Trifurcam maxime ponito. Ea extet minime tribus pedibus. Si eodem scrobe duas, aut tres arbusculas uoles constituere curato, ne inter sese contingant, quoniã mutuo contactu aut computrescẽt, aut uermibus interibunt. Cũ semina depones, dextra, sinistraq; usq; in imum scrobem fasciculos sarmentorũ brachij crassitudinis demittito, ita ut supra terram paululum extent, per quos æstate paruo labore aquã radicibus sumministrare possis, arbores, ac semina cum radicibus autumno serito, hoc est circa Calẽdas, & Idus Octobris. Primo uere anteq̃ germinent, arbores deponito. ac ne tinea molesta sit seminibus ficulneis, in imum scrobẽ lentisci taleam inuerso cacumine demittito. Ficum frigoribus ne serito. Locat apricat, calculosa, glareosa, interdũ & saxosa amat. Eiusmodi arbor cito conualescit, si scrobes amplos, patentesq; feceris. Ficorũ genera, & si sapore, atq; habitu distant, uno modo, sed pro differentia agri seruntur. Locis frigidis autumni temporibus, & aquosis præoques ponito, ut ante pluuiã fructum deligas. Locis calidis hybernas serito. atsi uoles ficum, quamuis non natura, serã facere, tum grossulos, priorem'ue fructum decutito, iterum alterum edet, quem in hyemem differet. nonnunquam etiam, cum frondere cœperunt cacumina fici, ferro summa prodest amputare, sic firmiores arbores, & feraciores fiunt. ac semper conueniet, simulatq; folia agere cœperint ficus, rubricam amurcã diluere, & cum stercore humano ad radicem infundere. Ea res efficit uberiorem fructũ, & farctum fici pleniorem, ac meliorem. Serendæ

sunt autem præcipue liuianæ, africanæ, calidicæ, sulcæ, lydiæ, callistrutiæ, topiæ, rhodiæ, libycæ, hybernæ, omnes etiam biferæ, & triferæ flosculi. Nucem græcam serito circa Calen. Feb. quæ prima gemmascit. agrum durum, calidum, sicum desyderat. nam in locis diuersis nucem si deposueris, plerũq; putrescit. Ante q̃ nucem deponas, in aqua mulsa, nec nimis dulci macerato. ita iucundioris saporis fructum, cum adoleuerit, præbebit, & interim melius, atq; celerius frõdebit. Ternas nuces in trigonum statuito, ut nux à nuce minime palmo absit, & anceps ad fauonium spectet. Omnis autem nux unã radicem mittit, & simplici stylo prorepit. Cum ad scrobis solũ radix puenit, duritia humi coercata recuruatur, & ex summo duũ ramorũ ambas radices emittit. Nucem græcam, & auellanam tarentinam facere hoc modo poteris. In quo scrobe destinaueris nuces serere, in eo terram minutam pro modo sempedis ponito, ibiq; semen ferulæ repangito. cum ferula fuerit enata, eam findito, & in medulla eius sine putamine nucem græcam, aut auellanam abscondito, et ita adobruito, hoc ante Calen. Mar. facito, uel etiã inter nonas, & Idus Mar. Eodẽ tempore iuglandem, & pineam, & castaneã serere oportet. Malum punicũ ab eodẽ tempore usq; in Cal. Aprilis rectè seritur. quod si acidum, aut minus dulcem fructum feret, hoc modo emendabitur. Stercore suillo, & humano, urinaq; uetere radices rigato. ea res & fertilem arborẽ reddet, & primis annis fructum uinosum, & post quenniũ dulcem, & apyrenũ facit. nos exiguum ad modũ laseris uino diluimus, et ita cacumina arboris summa obleuimus. ea res emendabit acorem malorũ. Mala punicana ne in arbore rũpantur, remedio sunt lapides tres, si, cum seres arborẽ, ad radicem ipsam collocaueris. at si iã arborẽ satam habueris, scillam secundũ radicem arboris serito. Alio modo cum iam matura mala fuerint, ante q̃ rũpãtur, ramulos, quibus dependent, intorqueto, eodem modo seruabuntur incorrupte etiam toto anno. Pyrum autumno ante brumã serito, ita ut minime dies XXV. ad brumã supsint. quæ ut sit ferax, cum adoleuerit, alte eã ablaqueato, & iuxta ipsam radicem trũcum findito, & fissũrã cuneo tedæ pineæ adigito, & ibi relinquito, deinde absumpta ablaqueatione, cinerem supra terram inijcito. Curandum est autem, ut quã generosissimis pyris pomaria conseramus. Ea sunt crustumina, regia, signina, tarentina, quæ syria dicuntur, purpurea, superba, ordeacea, aniciana, neuiana, fauoniana, lateritana, dolabelliana, turraniana uolema, mulsa, præcocia, uenerea, & quædã alia, quorũ enumeratio nunc longa est. Præterea malorũ genera exq̃bus maxime scandiana, matiana, orbiculata, sextiana, pelusiana, amerina, syriaca, mulimela, cydonia, quorũ genera tria sunt struthia, chrysomeliana, mustea. Quæ omnia non solũ uoluptatem, sed etiam salubritatem afferunt. Sorbi quoq;, & armeniaci, atq; persici non minima est gratia. Et mala sorba pruna post mediam messem usq; in Idus Febr. serito Mororũ ab Idibus Feb. usq; ad æquinoctiũ uernum satio est. Sili quã græcam, quã quidã μηλόπιον uocant, & persicum ante brumã per autumnũ serito. Amygdala si parũ ferax erit, forata arbore lapidem adijcito, & ita librũ arboris inolescere sinito. Omniũ autem generũ ramos, circa Calendas Martias in hortis subacta, & stercorata terra supra puluinos arearũ disponere cõuenit. dãda est opera, ut dũ teneros ramulos habent, ueluti pãpinentur, et ad unũ stylũ primo anno semina redigantur, & cum autumnus incesserit, ante quàm frigus cacumina aduret, omnia folia decerpere expedit, & ita crassis arundinibus, quæ ab una parte nodos integros habeant, uelut pileus induere, atq; sic à frigore, & gelicidijs teneras adhuc uirgas tueri. Post uiginti quatuor deinde menses siue transferre, & disponere in ordinem uoles, siue inserere, satis tute utrunq; facere poteris.

De insitione arborum. Cap. X.

OMNIS surculus omni arbori inseri potest, si non est ei, cui inseritur, cortice dissimilis. Si uero etiã similem fructum, & eodẽ tempore affert, sine scrupulo egregie inseritur. Tria genera porrò insitionum antiqui tradiderunt. Vnum, quo resecta, & fissa arbor resectos surculos accipit. alterum, quo resecta inter librum, & materiã semina admittit, quæ utraq; genera uerni temporis sunt. tertiũ, quo ipsas gemmas cum exiguo corticis in partem sui deliberatam recipit, quam uocant agricolæ emplastrationem, uel, ut quidã, inoculationem. Hoc genus insitionis æstiuo tempore optime usurpatur, quarũ insitionum rationem cum tradiderimus, à nobis quoque repertam docebimus. Omnes arbores simulatq; gemmas agere cœperint, luna crescente inserito, oliuam autem circa æquinoctium uernum usq; in Idus Aprilis. Ex qua arbore inserere uoles, et surculos ad insitionẽ sumpturus es, uideto, ut sit tenera, & ferax, nodisq; crebris, & cum primũ germina tumebunt de ramulis anniculis, qui solus ortũ spectabũt, et integri erũt, eos legito crassitudine digiti minimi. surculi sint bifurci, uel trifurci. Arborẽ, quã inserere uoles, serra diligẽter exsecato ea parte, qua maxime nitida, et sine cicatrice est, dabisq; operã, ne librũ lædas. cum deinde truncum recideris, acuto ferramento plagam leuato deinde cuneum tenuem ferreum, uel osseum inter corticem, & materiã

ne minus digitos tres, sed cõsyderate demittito, ne lædas, aut rumpas
corticem. Postea surculos, quos inserere uoles, fálcæ acuta ex una parte
deradito tantum, quantum cuneus demissus spatij dabit, atq; ita, ne
medullas, ne'ue alterius partis corticem lædas. Vbi surculos paratos
habueris, cuneum uellito, statimq; surculos in ea foramina, quæ cu-
neo adacto inter corticem, & materiã feceris, demittito. Ea autẽ fine,
qua adraseris, surculos sic inserito, ut semipede, nec amplius de arbo
re extent, supra deinde muscum imponito, & ita ligato, ne pluuia di
labatur. Quosdã tamen magis delectat in trunco arboris locum se
minibus sera facere, insectasq; partes tenui scalpello leuare, atq; ita
surculos aptare. Si pusillam arborẽ inserere uoles, imam abscindi-
to, ita ut sexquipede è terra extet. et cum deinde præcideris, plagam
diligenter leuato, & medium truncum acuto scalpello permodicæ fin
dito, ita ut fissura digitorum trium sit in ea. deinde cuneum, quo di-
ducatur, inserito, & surculos ex utraq; parte deraſos demittito, sic ut
librũ seminis libro arboris æqualem facias. cum surculos diligenter
aptaueris, cuneũ eximito, & arborem, ut supra dixi, alligato. deinde
terram circa arborẽ adaggerato usq; ad ipsum insitum. ea res à uen
to, & calore maxime tuebitur. hoc tertiũ genus insitionis, cum sit sub
tilissimum, non omni generi arborum idoneum est, sed ferè recipiunt
talem insitionem, quæ humidum, succosumq;, & ualidum librum ha
bent, sicut ficus. nam & lactis plurimũ mittit, & corticem robustum
habet. optime itaq; inseritur caprifici ramus. Ex arbore, de qua inse
rere uoles, nouellos, & nitidos ramos eligito. in ijsdẽq; obseruato gem
mam, quæ bene apparebit, certamq; spem germinis habebit, eã duo-
bus digitis quadratis circunsignato, ut gemma media sit, & ita acu-
to scalpello circuncidito, delibratóq; diligenter, ne gemmam lædas. po-
stea item alterius arboris, quam emplastraturus es, nitidissimum ra-
mum eligito, & eiusdem spatij corticem circuncidito, & materiã deli-
brato. deinde in eam partem, quam nudaueris, pr- paratum empla
strum aptato, ita ut alteræ delibratæ parti conueniat. ubi ita hæc fece
ris, circa gemmã bene alligato, cauetóq; ne lædas ipsum germen. dein
de commissuras, & uincula luto oblinito spatio relicto, ut gemma libe
ra uinculo non urgeatur. arboris autem insitæ sobolẽ, & ramos su-
periores præcidito, nequid sit, quo possit succus euocari, aut nec ui ma-
gis, quàm insito seruiat. post. XXI. diem soluito emplastrũ. & hoc
genere optime etiã inseritur olea. Quartum illud genus insitionis iã
docuimus, cum de uitibus disputauimus. itaq; supernacuũ est hoc lo-
co repetere traditam rationem terebrationis. sed cum antiqui negaue
rint posse omne genus surculorum in omnem arborem inseri, & il-

lam quasi finitionem, qua nos paulo ante usi sumus, ueluti quandam
legem sanxerint, eos tantum surculos posse coalescere, qui sint cortice,
ac libro, & fructu cõsimiles ijs arboribus, quibus inseruntur, existi
mauimus errorem huius opinionis discutiendũ, tradendamq; poste-
ris rationem, qua possit omne genus surculi omni generi arboris in-
seri. quod ne longiore exordio legentem fatigemus, unũ quasi exem-
plum subijciemus, quo possit omne genus surculi omnibus arboribus
inseri. scrobem quoquouersus pedũ quatuor ab arbore oliuæ tam lon
ge fodito, ut extremi rami oleæ possint eã contingere. in scrobẽ dein-
de fici arbusculam deponito, diligentiamq; adhibeto, ut robusta, & ni
tida fiat. Post triennũ, cum iam satis amplũ incrementum cœperit,
ramum oliuæ, qui uidetur nitidissimus, deflecte, & ad crus arboris fi
culneæ religa, atq; ita amputatis cæteris ramulis, ea tantum cacumina,
quæ inserere uoles, relinque. tum arborẽ fici detrunca, plagamq; le-
ua, & mediã cuneo finde. cacumina deinde oliuæ, sicuti matri cohæ-
rent, ex utraq; parte abrade, et ita fissuræ fici insere, cuneumq; exi-
me, diligenterq; ramulos colliga, nequa ui reuellantur, sic interposito
triennio conualescet ficus cum olea, & tum demum quarto anno, cum
bene cœrint, uelut propagines, ramulos oliuæ à matre resecabis. hoc
modo omne genus in omnem arborem inseres. At prius quàm finem
libri faciamus, quoniam ferè species surculorum omnium persecuti su
mus, prioribus libris, de cythiso dicere nunc tempestiuum est.

De Cythiso. Cap. XI.

CYTHISVM in agro esse q̃ plurimũ maxime refert, qđ gal
linis, apibus, capris, bubus quoq;, & omni generi pecudũ utilissimus
est, quod ex eo cito pinguescit, & lactis plurimum præbet ouibus, tũ
etiam quod octo mensibus uiridi eo pabulo uti, & postea arido pos-
sis. præterea in quolibet agro, q̃uis macerrimo, celeriter cõprehen-
dit. omnem iniuriam sine noxa patitur. mulieres quidem, si lactis
inopia premuntur, cythisum aridum in aquam macerari oportet, et
cum tota nocte permaduerit, postero die expressi succi ternas hemi-
nas permiscri modico uino, atq; ita potandum dari, sic & ipsæ ua-
lebunt, & pueri abundantia lactis confirmabuntur. satio autem cy-
thisi uel autumno circa idus Octobr. uel uere fieri potest. cum terrã
bene subegeris, areolas facito, ibiq; uelut ocymi semen cythisi autu-
mno serito. plantas deinde uere disponito, ita ut inter se quoquouer-
sus quatuor pedum spatia distent. si semen non habueris, cacumina
cythisorum uere deponito, & stercoratam terrã circumaggerato. si
pluuia non inæsserit, rigato quindecim proximis diebus. simulatq

nouam frondẽ agere cœperit, sarrito, & post triẽniũ deinde cædito & pecori præbeto. Equo abunde est uiridis pondo. XV. bubus pondo uicena, cæteris q; pecoribus pro portione uiriũ. potest etiã ante Septembrem satis cõmode ramis cythisus seri, quoniã facile cõprehendit, & iniuriã sustinet. aridũ si dabis, parcius præbeto, quoniã uires maiores habet, priusq; aqua macerato, & exẽptam paleis pmisceto. cythisum cum aridũ facere uoles, circa mensem Septembrem, ubi semen eius grã descere incipiet, cædito, paucisq; horis, dum flaccescat, in sole habeto. deinde in umbra exsiccato, et ita condito. Hactenus de arboribus præcepisse abũde est, redditurо pecoris curã, et remedia sequẽti uolumine.

LVCII IVNII MODERATI COLVMELLAE DE RE RVSTICA LIBER SEXTVS.

CIO QVOSDAM publi Siluine prudentes agricolas pecoris, gregariorum q; pastorum abnuisse curam, & eam uelut inimicam professionis suæ disciplinam constantissime repudiasse, neque inficior id eos aliqua ratione fecisse, quasi sit agricolæ contrariũ pastoris propositum, cum ille quam maxime subacto, & puro solo gaudeat, hic nouali, graminoso q;, ille fructum è terra speret, hic è pecore. Ita fit, ut quod arator abominatur, contra pastor optet herbarum prouentum. sed in his tam discordantibus uotis est tamen quædam societas, atque coniunctio, quoniam & pabulum è fundo plerunq; domesticis pecudibus magis, quàm alienis depascere exusu sit, & copiosa stercoratione, quæ contingit è gregibus, terrestres fructus exuberare. nec tamen ulla regio est, in qua modo frumenta gignantur, quæ non, ut hominum, ita armentorum adiumento iuuetur, unde etiã iumenta nomen à re traxere, quod nostrum laborẽ uel onera sublectando, uel arando iuuarent. itaq; sicut ueteres romani præceperũt, ipse quoq; censeo tam pecorũ, quàm agrorũ cultum pernoscere. nam in rusticatione uel antiquissima est ratio pascendi, eadẽq; quæstuosissima. propter qđ nomina quoq; & pecuniæ, & peculij tracta uidẽtur à pecore, quoniã id solũ ueteres possederunt, & adhuc apud quasdã gentes unum hoc usurpatur diuitiarũ genus. & nunc apud nostros quidem colonos alia res uberior nulla est, ut etiam M. Cato credidit, qui consulenti quam partem rei rusticæ exercendo celeriter locuple-

tari posset, respondit, si bene pascæret. rursusq; interroganti qđ deinde facẽdo satis uberes fructus percepturus esset, affirmauit si mediocriter pascæret. cæterum de tam sapiente uiro piget dicere, quod eum quidam authores memorant, quid nam quærenti cuidam tertiũ in agricolatione quæstuosum esset, asseuerasse, si quis uel male pascæret, cum præsertim maius dispendium sequatur inertem, & insciũ pastorem, quàm prudentem, diligentem q; compendium. De secundo tamen responso, dubium non est, quin mediocrem negligentiam domini fructus pecoris exuperet. quam ob rem nos quoque hanc partem rei rusticæ Siluine, quanta ualuimus industria, maiorum secuti præcepta, posteritati mandauimus. Igitur cum sint duo genera quadrupedum, quorum alterum paramus in consortium operum, sicut bouẽ, mulam, equum, asinum. alterum uoluptatis, ac reditus, & custodiæ causa, ut ouem, capellam, suem, canem, de eo genere primũ dicemus, cuius usus nostri laboris est particeps, nec dubiũ, quin (ut ait Varro) cæteras pecudes bos honore supare debeat, præsertim autem in Italia, quæ ab hoc nuncupationem traxisse creditur, quod olim græci tauros ἰ ταλοὺς uocarent. & in ea urbe, cuius mœnibus cõdẽdus mas, & fœmina aratro terminum signauerunt, uelut pecus, qđ item Athenis Cereris, & Triptolemi fertur minister, quod inter fulgentissima sydera particeps cœli, quod deinde laboriosissimus adhuc hominis socius in agricultura, cuius tanta fuit apud antiquos ueneratio, ut tam capitale esset bouem necasse, quàm ciuem. ab hoc igitur promissi operis capiamus exordium.

De bubus parandis, atq; emendis, earumq; forma. Cap. I.

QVAE IN emendis bubus sequenda, quæq; uitanda sint, non ex facili dixerim, cum pecudes progenitus, cœliq; statu & habitum corporis, & ingenium animi, & pili colorẽ gerant. aliæ formæ sunt asiaticis, aliæ gallicis, epiroticis aliæ. nec tantum diuersitas prouinciarum, sed ipsa quoque Italia partibus suis discrepat. campania plerunque boues progenerat albos, & exiles, labori tamen, & culturæ patrij soli non inhabiles. Vmbria uastos, & albos, eademq; rubros, nec minus probabiles animis, quàm corporibus. Hetruria, & Latiũ compactos, sed ad opera fortes. Apenninus duriſſimos, omnemq; difficultatem tolerantes, nec ab aspectu decoros. quæ cum tam uaria, & diuersa sint, tamen quædam quasi communia, & certa præcepta in emendis iuuencis arator sequi debet. eaq; Mago Carthaginiensis ita prodidit, ut nos deinceps memorabimus. parandi sunt boues nouelli, quadrati, grandibus membris, cornibus proceris, ac nigrantibus,

& robustis, fronte lata, & crispa, hirtis auribus, oculis & labijs nigris, naribus resimis, patulisq; ceruicę longa & torosa, palearibus amplis, & penè ad genua promissis pectore magno, armis uastis, capaci, & tanquam implente utero, lateribus porrectis, lumbis latis, dorso recto, planoq; uel etiam subsidente, clunibus rotundis, cruribus compactis ac rectis, sed breuioribus potius, quàm longis, nec genibus improbis, unguls magnis, caudis longissimis, & setosis, pilosisq;, corpore denso, breuiq;, colore rubeo, uel fusco, tactu corporis mollissimo.

De bubus domandis. Cap. II.

TALIS notæ uitulos oportet, cum adhuc teneri sunt, consuescere, manu tractari, ad præsepia religari, ut exiguus in domitura labor eorum, & minus sit periculi. uerum neq; ante tertium, neq; post quintum annum iuuencos domari placet, quoniã illa ætas adhuc tenera est, hæc iam prædura. eos autem, qui de grege feri comprehẽduntur, sic subigi conuenit. Primũ omnium spatiosum stabulum præparetur, ubi domitor facile uersari, & unde digredi sine periculo possit. Ante stabulum nullæ angustiæ sint, sed aut campus, aut uia late patens, ut cum producentur iuuenci, liberum habeant excursum, ne pauidi aut arboribus, aut obiacenti cuilibet rei se implicent, noxamq; capiant. In stabulo sint ampla præsepia, supraq; transuersi asseres in modum iugorũ à terra septem pedibus elati configantur, ad quos religari possint iuuenci. diem deinde, quo domituram auspiceris, libe rum à tempestatibus, & à religionibus matutinum eligito. canabinisq; funibus cornua iuuencorum ligato. sed iaculi, quibus copulantur, lanatis pellibus inuoluti sint, ne tenera fronte sub cornua lædantur. cum deinde buculos comprehenderis, extra stabulum producito, & ad stipites religato ita, ut exiguum laxamenti habeant, distentq; inter se aliquanto spatio, ne in colluctatione alter alteri noceat. si nimis asperi erunt, patere unum diem, noctemq; desæuiant, simulatq; iras contuderint, manu producantur, ita ut & aliquis ante, & à tergo complures, qui sequantur, retinaculis eos contineant, & unus cum claua salignea procedens modicis ictibus subinde impetus eorũ coerceat. sin autem placidi, & quieti boues erunt, uel eodem die, quo alligaueris, ante uesperum licebit producere, & docere per mille passus composite, ac sine pauore ambulare. cum domum perduxeris, arcte ad stipites religato, ita nè capite moueri possint. tum demum ad alligatos boues, neq; à posteriore parte, neque à latere, sed aduersus plaride, & cum quadam uocis adulatione uenito, ut accedentem consuescant

scant aspicere. deinde nares perfricato, ut hominem discant odorari. Mox etiam conuenit tota tergora & tractare, & respergere mero, quo familiariores bubulcę fiant. uentri quoq; & sub fœmina manum subijcere, ne ad eiusmodi tactum postmodum pauescant, & ut ricini, qui plerunq; fœminibus inhærent, eximantur. itaq; cum sit à lactere domitor stare debet, ne calcę cõtingi possit. Post hæc deductis malis, educato linguam, totumq; eorũ palatum sale defricato, libralesq; offas in præsulsæ adipis liquamine tinctas, lingula demittito, ac uini singulos sextarios per cornu faucibus infundito. nam per hæc blandimenta triduo ferè mansuescunt, iugumq; quarto die accipiunt, cui ramus illigatur, & temonis uice trahitur. interdum & põdus aliquod iniungitur, ut maiore nisu laboris exploretur patientia, post eiusmodi experimenta nacuo plostro subiungendi, et paulatim longiùs cum oneribus producendi sunt. Sic perdomiti mox ad aratrum instituantur, sed in subacto agro ne statim difficultatem operis reformident, neue adhuc tenera colla, dura prosciissione terræ contundant. quemadmodum autem bubulcus in arando bouem instituat, primo præcepti uolumine curandum nè in domitura bos calcę, aut cornu quenquã contingat. nam nisi hæc caueantur, nunq; eiusmodi uitia, quæ subacta, eximi poterunt. Verum ista sic agenda præcipimus, si ueteranũ pecus non aderit. nam si aderit, expeditior, tutiorq; ratio domandi est, quam nos in nostris agris sequimur. nam ubi plaustro, aut aratro iuuencum consuescimus, ex domitis bubus ualentissimum, eundemq; placidissimũ cum indomito iungimus, qui & procurrẽtem retrahat, & cunctantem producat. si uero nõ pigeat iugum fabricare, quo tres iungantur, hac machinatione cõsequemur, ut etiam contumaces boues grauissima opera non recusent. nam ubi piger iuuẽcus medius inter duos ueteranos iungitur, aratroq; iniuncto terram moliri cogitur, nulla est imperium respuendi facultas. siue enim efferatus prosilit, duorum arbitrio inhibetur, seu consistit, duobus gradientibus etiã obsequitur, seu conatur decumbere, à ualẽtioribus subleuatus trahitur. propter quæ undiq; necessitate contumaciam deponit, & ad patientiam laboris paucissimis uerberibus perducitur. est etiam post domituram mollioris generis bos, qui decumbit in sulco. eum nõ sæuitia, sed ratione cenſeo emendandum. nam qui stimulis, aut ignibus, aliisq; tormentis id uitium eximi melius iudicant, ueræ rationis ignari sunt, qm̃ pertinax contumacia plerunq; sæuiẽtem fatigat. Propter quod utilius est citra corporis uexationem fame potius, & siti cubitorem bouem emendare. nam eũ uehementius afficiunt naturalia desyderia, quàm plagæ. Itaq; si bos decubuit, utilissimũ est sic pedes eius uinculis obli

gari,ne aut insistere,aut progredi,aut pasci possit. quo facto inedia, & siti compulsus deponit ignauiam,quæ tamen rarissima est in pecore uernaculo.longéq; omnis bos indigena melior est,quàm peregrinus.nam neq; aquæ,nec pabuli,nec cœli mutatione tentatur,neq; infestatur conditione regionis, sicut ille,qui ex planis,et campestribus locis,in montana, & aspera perductus est,uel ex montanis in campestria.itaq; etiam,cum cogimur ex longinquo boues arcessere,curandũ est,ut ex similibus patrijs locis traducantur.item custodiendum est,ne in corporatione,uel statura,uel uiribus impar cum ualentiore iungatur.nam utraq; res inferiori celeriter affert exitium.mores huius pecudis probabiles habentur,qui sunt propiores placidis,quàm concitatis.sed non inertes,qui sunt uerentes plagarum,& acclamationum, sed fiducia uirium,nec auditu,nec ictu pauidi,nec ad ingrediẽda flumina,aut pontes formidolosi,multi cibi edaces,uerum in eo conficiendo lenti,nam hi melius concoquunt.ideoq; robora corporũ citra maciẽ conseruant,qui ex commodo,quàm qui festinanter mandunt.Sed tã uitiũ est bubuli pinguem,quàm exilem boucm reddere.humilis eni, & modica corporatura pecoris operarij debet esse,neruisq; & musculis robusta.non adipibus obesa,ut nec sui tergoris mole,nec labore operis degrauetur, sed quoniam quæ sequenda sunt in emendis, domandisq; bobus tradidimus,tutelam eorum præcipiamus.

De boum cura,& cibarijs. Cap. III.

BOVES calore sub diuo,frigoribus intra tectum manere oportet.itaq; hybernæ stabulationi eorũ præparanda sunt stramẽta,quæ mense Augusto intra dies triginta sublatæ messis præcisa,in aceruũ extrui debent.horum desectio cum pecori,tum agro est utilis.liberãtur arua sentibus,qui æstiuo tempore per caniculæ ortum recisi, plerunque radicitus intereunt,& stramentis pecoris subiecti plurimum stercoris efficiunt.hæc cum ita curauerimus,tum & omne genus pabuli præparabimus,dabimusq; operã,ne penuria cibi macrescat pecus.Boues autem recte pascendi non una ratio est. nam si ubertas regionis uiride pabulum suministrat,nemo dubitat,quin id genus cibi cæteris præponendum sit. quod tamen nisi riguus, aut rosidus locus non contingit.itaque in ijs ipsis uel maximum commodum est,quod sufficit una opera duobus iugis,quæ eodem die alterna temporum uice uel arant,uel pascuntur.siccioribus agris ad præsepia boues alendi sunt,quibus pro conditione regionum cibi præbẽtur.eosq; nemo dubitat,quin optimi sint uicia in fascem ligata,& cicercula, itemq; prætense fœnum.minus commode tuemur armentum paleis,quæ ubique

& quibusdam regionibus solæ præsidio sunt,ea probantur maxime ex milio,tum ex ordeo,mox etiam ex tritico.sed iumentis iustam operam reddentibus,ordeum præter has præbetur.bobus autem protẽporibus anni pabula dispensantur.Ianuario mense singulis fresi,& aqua macerati erui quaternos sextarios mistos paleis dare conuenit, uel lupini macerati modios,uel cicerculæ maceratæ semodios, & suphæc affatim paleas,licet etiam si sit leguminum inopia & eluta,& siccata uinacia,quæ de lora eximuntur,cum paleis miscere.Nec dubiũ est,quin ea longe melius cum suis folliculis ante,quàm eluantur,præberi possint.nam & cibi,& uini uires habent,nitidumq; & hilare, & corpulentum pecus faciunt.si grano abstinemus,frondis aridæ corbis pabulatoria modiorum uiginti sufficit,uel fœni põdo triginta,uel si non,modius uiridis laureæ,& ilignææ frondis, sed his si regionis copia permittat,glans adijcitur,quæ nisi ad satietatem detur, scabiem parit.potest etiam si prouentus uilitatem facit, semodius fabæ fresæ præberi,mense Februario plerunq; eadẽ cibaria sufficiunt.Martio, & Aprili debet ad fœni pondus adijci,quia terra proscinditur. sat autem erit pondo quadragena singulis dari.ab idibus tamen mensis Aprilis usq; in Idus Iunias uiride pabulum recte secatur. potest etiã in Calen.Iulias frigidioribus locis idem præstari. à quo tempore in Calen.Nouembres tota æstate,& deinde autumno satientur fronde, quæ in non ante est utilis, quàm cum maturuerit uel imbribus, uel assiduis roribus.probaturq; maxime ulmea,post fraxinea,et ab hac populnea ultimæ sunt ilignea,& quernea,& laurea,sed post æstatem necessarie deficientibus cæteris, possunt etiam & folia ficulnea probe dari,si sit eorum copia,aut stringere arbores expediat.ilignea tamen uel melior est quernea,sed eius generis,quod spinas nõ habet. nam id quoq; uti iuniperus respuitur à pecore propter aculeos. Nouembri mense,ac decembri per sementem quantum appetit bos,tantum præbendum est. plerunq; tamen sufficiunt singulis medij glandis,& paleæ ad satietatem datæ,uel lupini macerati modij,uel erui aqua conspersi sextarij. VII.permisti paleis, uel cicerculæ similiter conspersæ sextarij. XII.misti paleis,uel singuli modij uinaceorum,si ijs,ut supra dixi,large paleæ adijciantur.uel si nihil horum est, per se fœni pondo quadraginta.

De uicijs boum,& medicinis. Cap. IIII.

SED non proderit cibis satiari pecora,nisi omni adiuuentur diligentia,ut salubri sint corpore,uiresq; conseruent. quæ utraq; custodiuntur large dato per triduum medicamento,quod cõponitur pari põ

dere triti lupini, cupressíq; & cum aqua, nocte una sub diuo habito. idq; quater anno fieri debet ultimis temporibus ueris, æstatis, autumni, hyemis sæpe etiam langor, & nausea discutitur, si integrum galli naceum crudum ouum ieiunis faucibus inseras, ac postero die spicas ulpici, uel alij cum uino conteras, & in naribus infundas. neque hæc tantum remedia salubritatem faciunt. Multi & largo sale miscent pabula. quidam marrubium dederunt cum oleo, & uino, quidam porri fibras, alij grana thuris, alij sabinam herbã, rutamq; cum mero diluunt. Eaq; medicamenta potanda præbent. Multi caulibus uitis albæ, & ualuulis erui bubus medentur. nonnulli pellem serpẽtis obtritam cum uino miscent. Est etiam remedio, cum dulci uino tritum serpyllum, & concisa, & in aqua macerata scylla. Quæ omnes prædictæ potiones trium heminarum singulis diebus per triduum datæ, aluum purgant, depulsisq; uitijs, recreant uires, maxime tamen habetur salutaris amurca, si tantundem aquæ misceas, & ea pecus insuescas. quæ protinus dari non potest, sed primo cibi asperguntur. deinde exigua portione medicatur aqua, mox pari mensura mista datur ad satietatem.

Quæ sint, quibus pestilentia ingruit gregi, & quæ remedia adhibenda. Cap. V.

NVLLO autem tempore, & minime æstate utile est boues in cursum concitari, nam ea res aut cit aluum, aut mouet febrem. Cauẽdum quoque est, ne ad præsepia sus, aut gallina perrepat. nam hoc, quod decidit, immistum pabulo, bubus affert necem, & id præcipue, quod egerit sus ægra, pestilentiam facere ualet, quæ cum in gregem incidit, confestim mutandus est cœli status, & in plures partes distributo pecore longinquæ regiones petendæ sunt, atq; ita segregandi à sanis morbidi, nequis interueniat, qui contagione cæteros labefaciat. Itaq; cum ablegabuntur, in ea loca perducendi sunt, quibus nullum impascitur pecus, ne aduentu suo etiam illis tabem afferant. Euincendi sunt autem quamuis, pestiferi morbi, & exquisitis remedijs propulsandi. Tunc panacis, & eryngij radices fœniculi seminibus miscendæ, & cum defruti, ac moliti tritici farinã, candẽtíq; aqua conspergendæ, eoq; medicamine saliuandum ægrotum pecus. Tum paribus cassiæ myrrhæq;, & thuris ponderibus, ac tantundem sanguinis marinæ testudinis miscetur potio, cum uini ueteris sextarijs tribus, & ita per nares infunditur. Sed ipsum medicamentum ponderis sex unciæ diuisum, portione æqua per triduum cum uino dediſſe sat erit. Præsens etiam remedium cognouimus radiculæ, quam pastores consiligi-

nem uocant. Ea in marsis montibus plurima nascitur, omniq; pecori maxime est salutaris, Leua manu effoditur ante solis ortum, sic enim lecta maiorem uim creditur habere. Vsus eius traditur talis, æneæ subula pars auriculæ latissima circunscribitur, ita ut manante sanguine tanquam o literæ ductus appareat orbiculus. Hoc & intrinsecus, & ex superiore parte auriculæ cum factum est, media pars descripti orbiculi eadem subula transuitur, & facto foramini prædicta radicula inseritur, quam cum recens plaga comprehendit, ita continet, ut elabi non possit. in eam deinde auriculam omnis uis morbi, pestilensq; uirus elicitur, donec pars, quæ subula circunscripta est, demortua excidat, et minimæ partis iactura caput conseruatur. Cornelius Celsus etiã uisci folia cum uino trita per nares infundere iubet. Hæc faciendo, si gregatim pecora laborant. illa deinceps, si singula.

Quod remedium adhibetur boui cruditate laboranti. Cap. VI.

CRVDITATIS signa sunt crebri ructus, ac uentris sonitus, fastidia cibi, neruorũ intentio, hebetes oculi. Propter quæ bos neque ruminat, neq; lingua se deterget. Remedio erunt aquæ calidæ duo congij, & mox triginta brassicæ caules modice cocti, & ex aceto dati. sed uno die abstinendum est alio cibo. Quidam clausum intra tecta continent, ne pasci possit. tum lentisci, oleastríq; cacuminum pondo. IIII. & libra mellis una trita permiscent aquæ congio, quam nocte una sub dio habent, atq; ita faucibus infundunt. deinde interposita hora macerati erui quatuor libras obijciunt, aliaq; potione prohibent. Hoc per triduum fieri, dum omnis causa langoris discutiatur. Nam si ne glecta cruditas est, & inflatio uentris, & intestinorum maior dolor insequitur, qui nec capere cibos sinit, gemitus exprimit, locoq; stare non patitur, sæpe decumbere, & agitare caput, caudamq; crebrius agere. Manifestum remedium est proximam clunibus partem caudæ uinculo uehemẽter obstringere, uiniq; sextarium cum olei hemina fauci bus infundere, atq; ita citatum per mille & quingentos passus agere. Si dolor permanet, ungulas circunsecare, & uncta manu per anum inserta fimum extrahere, rursusq; agere currentem. Si nec hæc profuit res, caprifici aridæ conteruntur, & cum dodrante aquæ calidæ dantur. Vbi nec medicina processit, myrti syluestris foliorum duæ libræ deliguntur, totidemq; sextarij calidæ aquæ misti per uas ligneum faucibus infunduntur. Atq; ita sub cauda sanguis emittitur, qui cum satis profluxit, inhibetur papyri ligamine. Tum concitate agitur pecus eousq; dum anhelet. Sunt & ante detractionem sanguinis illa remedia tribus heminis uini, tres unciæ pinsiti allij permiscentur,

& post eam potionem currere cogitur. Vel salis sextans, cum cepis decem conteritur, & admisto melle decocto collyria immittuntur aluo, atque ita citatus bos agitur.

Quo remedio sedatur dolor uentris, & intestinorum pecoris. Cap. VII.

VENTRIS quoq; et intestinorum dolor sedatur usu nantiũ, & maxime anatis, quã si conspexerit, cui intestinum dolet, celeriter tormento liberatur. Eadem anas maiore profectu mulos, & equinum genus conspectu suo sanat. Sed interdum nulla prodest medicina. Sequitur torminum uitium. quorum signum est cruenta, & mucosa uentris proluuies. Remedia sunt cupressini quindecim coni, totidẽq; gallæ, & utrorũq; ponderum uetustissimus cæseus, q̃bus in unum tunsis admiscentur austeri uini quatuor sextarij, q̃ pari mensura p quatriduum dispensari dantur. nec desine lentisci, myrtiq;, & oleastri ea cumina uiridis. aluus corpus, ac uires carpit, operiq; inutilẽ reddit. quæ cum acciderint, prohibendus erit bos potione per triduum, primoq; die cibo abstinendus. Sed mox cacumina oleastri, & arundinis, item baccæ lentisci, & myrti dandæ, nec potestas aquæ, nisi quãparcissime facienda est. Sunt qui teneræ laurus cauliũ libram, cum abrotani macerati pari portione dent, cum aquæ calidæ duobus sextarijs, atq; ita faucibus infundant, eademq; pabula, ut supra diximus, obijciant. Quidam uinaceorum duas libras torrefaciunt, & ita conterũt, & cum totidem sextarijs uini austeri, potandum medicamentum præbent, omniq; alio humore prohibent, nec minus cacumina prædictarum arborum obijciunt. Quod si neq; uentris restiterit citatu proluuies, neq; intestinorum, ac uentris dolor, ciboq; respuet, & prægrauato capite, si sæpius, quàm consueuit, lachrymæ ab oculis, & pituita à naribus profluent, usq; ad ossa frons media uratur, auresq; ferro scindantur. Sed uulnera facta igne, dum sanescunt, defricare bubula urina conuenit. At ferro rescissa melius picæ, & oleo curantur.

De uitiosis incrementis lingua. Cap. VIII.

SOLENT etiam fastidia cibo afferre uitiosa incrementa linguæ quas ranas ueterinarij uocant. Hæc ferro reciduntur, & sale cum allio pariter trito uulnera defricantur, donec lacessita pituita decidit. Tum uino perluitur os, & interposito urinæ horæ spatio uirides herbæ, uel frondes dantur, dum facta ulcera cicatrices ducant. Si neq; ranæ fuerint, neq; aluus citata, & nihilo minus cibos non appetet, proderit allium pinsitum cum oleo per nares infundere, uel sale, uel cumela defricare fauces, uel eandem partem allio tunso, & hallecula liuire. Sed hæc his solum fastidium est.

De febre boum. Cap. VIII.

FEBRICITANTI boui conuenit abstineri cibo uno die. Postero deinde exiguũ sanguinem ieiuno sub cauda emitti, atq; interposita hora modicæ magnitudinis coctos brassicæ caliculos triginta ex oleo, & garo saluiati more demitti, eamq; escam per quinque dies ieiuno dari. Præterea cacumina lentisci, aut oleæ, uel tenerrimã quãq; frondem, aut pampinos uitis obijci, tum etiam spongia labra detergeri, & aquam frigidam ter die præberi potandam. quæ medicina sub tecto fieri debet, nec ante sanitatem bos emitti. Signa febricitantis, manantes lachrymæ, grauatum caput, oculi compressi, fluidum saliuis os, longior, & cum quodam impedimento tractus spiritus, interdum & cum gemitu.

De tussi boum. Cap. IX.

RECENS tussis optime saluiato farinæ ordeaceæ discutitur. Interdum magis prosunt gramina concisa, & his admista fresa faba. Lentes quoq; ualuulis exemptæ, & minutæ molitæ, miscentur aquæ calidæ Sextarij duo, factaq; sorbitio per cornu infunditur. Veterem tussim sanant duæ libræ hyssopi macerati sextarijs aquæ tribus. nã id medicamentum teritur, & cum lentis minutæ, ut dixi, molitæ sextarijs quatuor more saluiati datur, ac postea aqua hyssopi per cornu infunditur. Porri etiam sucum oleo, uel ipsa fibra cum ordeacea farina contrita remedio est. Eiusdem radices diligenter lotæ, & cum farre triticeo pinsitæ, ieiunoq; datæ uetustissimam tussim discutiunt. Facit idem pari mensura eruum sine ualuulis cum torrefacto ordeo molitum, & saluiati more in fauces demissum.

Suppurationis remedia. Cap. X.

SVPPVRATIO melius ferro rescinditur, quàm medicamẽto. Expressus deinde sinus ipse, qui eã continebat, calida bubula urina eluitur, atque linamentis picæ liquidæ, & oleo imlutis colligatur. Vel si collui ea pars non potest, lamina candenti seuum caprinum, aut bubulum instillatur. Quidam, cum uitiosam partem inusserunt, urina uetere eluunt, atque ita æquis ponderibus inacta picæ liquida cum uetere axungia linunt.

Claudicanti boui quod remedium adhibeatur. Cap. XI.

SANGVIS dimissus in pedes claudicationem affert. quod cũ accidit, statim ungula inspicitur. Tactus autem feruorem demonstrat. nec bos uitiatam partem uehementius premi patitur. Sed si sanguis adhuc supra ungulas in cruribus est, fricatione assidua discutitur. uel cum ea nihil profuit, scarificatione demitur. At si iã in ungulis est, inter duos ungues cultello leuiter aperies. Postea linamẽta sale, atq; aceto imbuta applicãtur, ac solea spartea pes induitur, maximéq; datur opera, ne in aquam pedem mittat, & ut sicce stabuletur. Hic idẽ sanguis nisi emissus fuerit, saniem creabit, qui si suppurauerit, tarde procurabitur. ac primo ferro circumcisus, & expurgatus, deinde pãnis aceto, & sale, & oleo madentibus inculcatis, mox axungia uetere, & seuo hircino pari pondere decoctis, ad sanitatem perducitur. Si sanguis in inferiore parte ungulæ est, extrema pars ipsius unguis ad uiuum resecatur, & ita emittitur, ac linamẽtis pes inuolutus spartea munitur. Mediam ungulam ab inferiore parte non expedit aperire, nisi eo loco iam suppuratio facta est. Si dolore neruorum claudicat, oleo, & sale genua, poplitesq;, & crura confricanda sunt, donec sanetur. Si genua intumuerunt, calido aceto fouenda sunt, & lini semen. aut milium detritum, conspersumq; aqua mulsa imponendum. spongiæ quoq; feruenti aqua imbutæ, & expressæ, atq; melle litæ recte genibus applicãtur, ac fasceis circundãtur. Quod si tumori subest aliquis humor, fermentum, uel farina ordeacea ex passo, aut aqua mulsa decocta imponitur. & cum maturuerit suppuratio, rescinditur ferro. eaq; emissa, ut supra docuimus, linamentis curatur. Possunt etiam (ut Cornelius Celsus præcipit) lilij radix, aut scylla cum sale, uel sanguinalis herba, quam κονύζον græci appellant, uel marrubium ferro recluſa sanare. Ferè autem omnis dolor corporis, si sine uulnere est, recens melius fomentis discutitur. uetus uritur, & supra ustum, butyrum, uel cæprinus instillatur adeps.

Ad scabiem remedia, & ad morsum rabiosi canis, uel lupi, nec non & ad coriaginem. Cap. XII.

SCABIES extenuatur trito allio defricto. eodemq; remedio curatur rabiosæ canis, uel lupi morsus, q tamen & ipse imposito uel neri uetere salsamento, æque bene sanatur. Et ad scabiẽ præsentior alia medicina est, cunila bubula, et sulfur conterũtur, admistaq; amurca cum oleo, aqua, aceto incoquuntur. deinde tepefactis scissum alumen tritum spargitur. Id medicamẽtum candẽte sole illitum maxime

prodest. Vlceribus gallæ tritæ remedio sunt. nec minus sucus marrubij cum fuligine. Est & infesta pestis bubulo pecori, coriaginem rustici appellant, cum pellis ita tergori adhæret, ut apprehensa manibus deduci à costis non possit. Ea res non aliter accidit, quàm si bos aut ex langore aliquo ad maciem perductus est, aut sudans in opere faciendo refrixit, aut si sub onere pluuia madefactus est. Quæ quoniam pernicioſa sunt, custodiendum est, ut cum ab opere boues redierint, adhuc æstuantes, anhelanteſq; uino aspergantur, & offæ adipis faucibus eorum inserantur. Quod si prædictum uitium inhæserit, proderit decoquere laurum, & ea calda fouere terga, multóq; oleo, & uino confestim subigere, ac per omnes partes apprehendere, & attrahere pellem. idq; optime fit sub dio sole feruente. Quidam fraces uino, & adipe commiscent, eoq; medicamento post fomenta prædicta utuntur.

Ad exulcerationem pulmonis, & palati, atq; cruicis tumorem. Cap. XIII.

EST etiam illa grauis pernicies, cum pulmones exulcerantur. in de tussis, & macies, & ad ultimum phthisis inuadit. Quæ ne mortem afferant, radix coryli inusta ita, ut supra docuimus, perforatæ auriculæ inseritur, tum porri sucus instar heminæ pari olei mẽsuræ miscetur, & cum uini sextario potandus datur diebus compluribus. Interdum & tumore palati cibos respuit, crebrumq; suspirium facit & hãc speciẽ præbet, ut bos in latus pendere uideatur. Ferro palatum opus est sauciare, ut sanguis profluat, & exemptum ualuulis eruum maceratum, uiridemq; frondẽ, uel aliud molle pabulum, dũ sanetur, præbere. Si in opere collum contusum erit, præsentissimũ est remedium sanguis de aure emissus. aut si id factum non erit, herba, quæ uocatur auia, cum sale trita, & imposita. Si cruix mota, et deiecta est, consyderabimus quam in partem declinet, & ex diuersa auricula sanguinem detrahemus. Ea porrò uena, quæ in aure uidetur esse ãplissima, sarmento prius uerberatur. deinde cum ad ictum intumuit, cultello soluitur. & postero die iterum ex eodem loco sanguis emittitur, ac biduo ab opere datur uacatio. Tertio deinde die leuius iniungitur labor, & paulatim ad iusta perducitur. Quod si cruix in neutram partem deiecta est, mediaq; intumuit, ex utraque auricula sanguis emittitur, qui cum intra biduum, quàm bos uitium cœpit, emissus non est, intumescit collum, neruiq; tenduntur, & inde nata duricies iugum non patitur. Tali uitio comperimus aureum esse medicamentum ex picæ liquidæ, & bubula medulla, & hircino seuo, et

uetere oleo æquis ponderibus compositum, atq; incoctum. Hac compositione sic utendum est, cum disiungitur ab opere in ea piscina, ex qua bibit tumor ceruicis aqua madefactus subsiccatur, prædictoq; medicamento defricatur, & illinitur. Si ex toto propter ceruicis tumorem iugum recuset, paucis diebus requies ab opere danda est. Tum ceruix aqua frigida defricanda, & spuma argenti illinenda est. Celsus quidem tumenti ceruici herbam, quæ uocatur auia, ut supra dixi, contundi, & imponi iubet. Clauorum, qui ferè ceruicem infestant, minor molestia est. nam facile operanti lucerna instillatur. Pocior tamen ratio est custodiendi, ne nascantur, ne'ue colla caluescant, quæ non aliter glabra fiunt, nisi cum sudore, aut pluuia ceruix in opere madefacta est. itaq; cum id accidit, ueteri lateri later conteritur, eoq; intrito prius quàm disiungantur, colla conspergi oportet. deinde cum id siccum erit, subinde oleo imbui.

Ad talum, seu ungulam læsam remedia. Cap. XIIII.

SI TALVM, aut ungulam uomer læserit, picem duram, & axungiam cum sulfure, & lana succida inuolutam candente ferro supra uulnus inurito. Quod idem remedium optime facit exempta stirpe, si forte surculum calcauerit, aut acuta testa, uel lapide ungulam pertuderit, quæ tamen si altius uulnerata est, latius ferro circunciditur, & ita inuritur ut supra præcepi. deinde spartea calceata per triduum suffuso aceto curatur. Item si uomer crus sauciarit, marina lactuca quam græci τιθύμαλλον uocant, admisto sale imponitur. Subtriti pedes eluuntur calefacta bubula urina. deinde sasce sarmentorum incenso, cum iam ignis in fauillam recidit, feruentibus cineribus cogitur insistere, ac pice liquida cum oleo, uel axungia cornua eius linuntur. Minus tamen claudicabunt armenta, si opere disiunctis multa frigida lauentur pedes. & deinde suffragines, coronæ, ac discrimẽ ipsum, quo diuisa est bouis ungula, uetere axungia defricetur.

Ad conuulsos armos, & cornua præfracta. Cap. XV.

SAEPE etiam uel grauitate longioris, uel cum in proscindendo, aut duriori solo, aut obuiæ radici obluctatus conuellit armos. Quod cum accidit, è prioribus cruribus sanguis mittendus est, si dextrum armum læsit, in sinistro, si leuum, in dextro, si uehementius utrunq; uitiauit, item in posterioribus cruribus uenæ soluentur. Præfractis cornibus linteola sale, atq; aceto, & oleo imbuta superponuntur, ligatisq; per triduum eadem infunduntur. Quarto demum axungia pari pondere cum pice liquida, & cortice pineo, leuigatoq; imponi-

tur. Et ad ultimum cum iam cicatricem ducunt, fuligo infricatur. Solent etiam neglecta ulcera scatere uermibus, qui si mane perfunduntur aqua frigida, rigore contracti decidunt. uel si hac ratione nõ possunt eximi, marrubium, aut porrum conteritur, & admisto sale imponitur. id celerrime necat prædicta animalia. Sed expurgatis ulceribus, confestim adhibenda sunt linamenta cum pice, & oleo, uetereq; axungia. et extra uulnera eodem medicamento circunliniẽda, ne infestentur à muscis, quæ ubi ulceribus insederunt, uermes creant.

Ad ictus serpentis, & noxiorum animalium. Cap. XVI.

EST etiam mortifer ijs serpentis ictus, est et magnorum animalium noxium uirus, nam & uipera, et cæcilia sæpe cum in pascua bos improuide supercubuit, lacessita onere morsum imprimit. Musq; araneus, quem græci σκυτάλην appellant, quamuis exiguis dẽtibus non exiguam pestem molitur. Venena uiperæ depellit super scarificationem ferro factam herba, quam uocant personatam, trita, & cum sale imposita. Plus etiam eiusdem radix contusa prodest. uel symonianum trifolium, quod inuenitur confragosis locis, efficacissimum traditur, odoris grauis, neq; absimilis bitumini, et iccirco græci eam ἀσφάλτιον appellant, nostri autem propter figuram uocant acutum trifolium. nam longis, & hirsutis folijs uiret, caulemq; robustiorem facit, quàm pratense. Huius herbæ succus uino mistus infunditur faucibus, atq; ipsa folia, cum sale trita malagmatis more, scarificationi intenditur. uel si hanc herbam uiridem tempus anni negat, semina eius collecta, & leuigata cum uino dantur potanda, radicesq; cum suo caule tritæ, & farina, et sale commistæ ex aqua mulsa scarificationi superponuntur. Est etiam præsens remedium, si conteras fraxini tenera cacumina quinq; librarum cum totidem uini, & duobus sextarijs oleĩ, expressumq; succum faucibus infundas. Itemq; cacumina eiusdem arboris cum sale trita læsæ parti superponas. Cæciliæ morsus tumorẽ, suppurationemq; molitur. Idem facit etiam muris aranei. Sed illius sanatur noxa subula ænea, si locum læsum compungas, cretaq; cimolia ex aceto linas. Mus perniciem, quam intulit, suo corpore luit. nam animal ipsum oleo mersum necatur, & cum imputruit, conteritur, eoq; medicamine morsus muris aranei linitur. Vel si id nõ adest, humorq; ostendit iniuriam dentium, cuminum conteritur, eique adijcitur exiguum picis liquidæ, & axungiæ, ut lentorem malagmatis habeat. Id impositum perniciem commouet. Vel si anteq̃ tumor discutiatur, in suppurationem conuertitur, optimum est ignea lamina conuersionem resecare, et q̃cquid uitiosi est inurere, atq; ita li-

quida picæ cum oleo linire. solet etiam ipsum animal uiuum cretæ figulari circundari. quæ cum siccata est, collo boum suspenditur. ea res innoxium pecus à morsu muris aranei præbet. Oculorum uitia plerunq; melle sanantur. nam siue intumuerũt, aqua mulsa triticeæ farinæ conspergitur, & imponitur, siue album in oculo est, montanus sal, hispanus, uel ammoniacus, uel etiam cappadocus minute tritus, et immistus melli uitium extenuat. facit idem trita sepiæ testa, & per fistulam ter die oculo inspirata. facit & radix, quam græci σίλφιον uocant, uulgus autem nostra consuetudine laserpitium appellat. huius quantocunq; ponderi decem partes salis ammoniaci adijciuntur, eaq; pariter tritæ oculo similiter infunduntur, uel eadem radix contusa, et cum oleo lentisci inuncta uitium expurgat. epiphoram supprimit polenta consperſa mulsa aqua, & in superalia, genasq; imposita, pastinacæq; agrestis semina, & succus armoraceæ, cum melle conlinitæ oculorum sedant dolorem. sed quotiescunque mel, aliusue succus remedijs adhibetur, circunliniendus erit oculus picæ liquidæ cum oleo, ne à muscis infestetur. nam & ad dulcedinem mellis, aliorumq; medicamentorum non hæ solæ, sed & apes aduolant.

Remedia ad haustam hirudinem. Cap. XVII.

MAGNAM etiam perniciem sæpe affert hirudo hausta cum aqua. ea adhærens faucibus sanguinem ducat, & incremento suo transitum cibis præcludit. si tã difficili loco est, ut manu detrahi nõ possit, fistulam, uel arundinem inserito, et ita călidum oleum infundito. nam eo contactu animal confestim decidit. Potest etiam per fistulam deusti cimicis nidor immitti, qui ubi superponitur igni, fumũ emittit, & conceptum nidorem fistula usq; ad hirudinem perfert, usq; nidor depellit hærentem. si tamen uel stomachum, uel intestinum tenet, călido aceto per cornu infuso necatur. has medicinas quamuis bubus adhiberi præceperimus, posse tamen ex his plurima etiam omni maiori pecori conuenire nihil dubium est.

De machina facienda, qua clausa, iumenta curentur. Cap. XVIII.

SED ET machina fabricanda est, qua clausa, iumenta, bouesq; curentur, ut & propior accessus ad pecudẽ medẽtibus sit, nec in ipsa curatione quadrupes reluctando remedia respuat. est autem talis machinæ forma roboreis axibus compingitur solũ, quod habet in longitudinem pedes nouem, et in latitudinem pars prior dupondiũ semissem, pars posterior quatuor pedes. huic solo septenum pedũ stipites recti ab utroq; latere quaterni applicantur. ij aũt in ipsis quatuor angulis affixi sunt, omnesq; transuersi sex temonibus quasi uacerræ inter se ligantur, ita ut à posteriore parte, quæ latior est, uelut in căueã qua drupes possit induci, nec exire alia parte prohibẽtibus aduersis axiculis. primis autẽ duobus stauminibus imponitur firmũ iugũ, ad quẽ iumenta căpistrantur, uel boum cornua religantur, ubi possunt etiam numelli fabricari, ut inserto căpite descendentibus per foramina regulis ceruix teneatur. cæterum corpus laqueatum, & distentum temonibus obligatur, sicq; immotum aĩal medentis arbitrio est expositum. hæc ipsa machina communis erit omnium maiorum quadrupedum.

De tauri forma. Cap. XIX.

QVONIAM de bubus satis præcepimus, oportune de tauris, uaccisq; dicemus. Tauros maxime membris amplissimis, moribus placidis, media ætate probandos censeo. cætera ferè eadem omnia in his obseruabimus, quæ i bubus eligendis. neq; n. alio distat bonus taurus à castrato, nisi q̃ huic torua facies est, uegetior aspectus, breuiora cornua, torosior ceruix, et ita uasta, ut sit maxima portio corporis, uẽtre paulo substrictiore, q̃ magis rectus, et ad ineũdas fœminas habilis sit.

De forma uaccæ. Cap. XX.

VACCAE quoq; probantur altissimæ formæ, longæq;, maximis uteris, frontibus latissimis, oculis nigris, & patentibus cornibus, uenustis, & leuibus, & nigrantibus, pilosis auribus, compressis malis, palearibus, & caudis amplissimis, unguli modicis, & modicis cruribus. cætera quoq; ferè eadem in fœminis, quæ et in maribus desyderantur, et præcipue ut sint nouellæ, quoniã, cum excessirint annos decem, fœtibus inutiles sunt. Rursus minores bimis iniri nõ oportet. Si ante tamen conceperint, partum earum remoueri placet, ac per triduum, ne laborent, ubera exprimi, postea mulctra prohiberi.

Quotannis delectus faciendus. Cap. XXI.

SED & curandum est omnibus annis in hoc æque atq; in reliquis gregibus pecoris, ut delectus habeatur. nã & enixæ, et uetustæ, quæ gignere desierunt, summouendæ sunt, & utiq; tauræ, quæ locum fœcundarum occupant, ablegandæ, uel aratro domandæ, quoniã laboris, & operis non minus quàm iuuenca propter uteri sterilitatem patientes sunt. Eiusmodi armentum maritima, et apricà hyberna desyderat, æstate, opacissima nemorum, ac montium alta magis quàm plana pascua. nam melius nemoribus herbidis, et fruticis, & cæticis, quàm lapidosis locis durãtur ungulæ. nec tam fluuios, riuosq; desyde

rãt, quàm lacus manu factos, quoniã fluuialis aquã, quæ ferè frigidior est, partũ abigit, et cœlestis iucundior est. Omnis in extremi frigoris tolerantior equo armento uacca est, ideoq; facile sub dio hybernat.

De cõseptis, & stabulis faciendis. Cap. XXII.

SED laxo spatio cõsepta facienda sunt, ne in angustijs cõceptũ altera alterius elidat, & ut inualida fortioris ictus effugiat. stabula sunt optima saxo, aut glarea strata, non incõmoda tamen etiã sabulo sa. illa, quod imbres respuant, hæc, quod celeriter sorbeant, transmittantq;. sed utraq; deuexa sint, ut humorem effundant, spectentq; ad meridiem, ut facile sicentur, & frigidis uentis non sint obnoxia. Cuius autem cura pascui est. nam ut lætior herba cõsurgat, ferè ultimo tempore æstatis incenditur. ea res & teneriora pabula recreat, et sentibus ustis fruticem surrecturũ in altitudinẽ cõpescit. ipsis uero corporibus affert salubritatem iuxta cõseptum saxu, et canalibus sal superiectus, ad quẽ saturæ pabulo libenter recurrunt, cum pastorali signo quasi receptui canitur. nã id quoq; sẽp crepusculo fieri debet, ut ad sonum bucinæ pecus, si quod in syluis substiterit, septa repetere consuescat. sic. n. recognosci grex poterit, numerusq; cẽseri, si ueluti ex militari disciplina intra stabularij castra manserint. sed non eadem in tauros exercentur iperia, q; freti uiribus p nemora uagantur, liberosq; egressus, reditusq; habẽt, nec reuocãtur, nisi adcitus fœminarũ.

Quæ ætas idonea ad admissuram. Cap. XXIII.

EX HIS, QVI quadrimis minores sunt, maioresq; quàm duodecim annorum, prohibentur admissura. illi, quoniam quasi puerili ætate seminãdis armentis parum habentur idonei, hi, quia senio sunt effoeti. Mense Iulio fœminæ marilus plerunq; permittendæ, ut eo tẽpore cõceptos proximo uere adultis iam pabulis edant. nam decem mensibus uentrem perferunt, neq; ex imperio magistri, sed sua spõte marem patiuntur. atq; in id ferè, quod dixi tempus, naturalia congruunt desyderia, quoniam nimietate uerni paluli pecudes exhilaratæ lasciuiunt. quod si aut fœmina recusat, aut non appetit taurus, eadẽ ratiõe, qua fastidientibus egs mox præcipiemus. Elicitur cupiditas odore genitaliũ admoto naribus. sed et pabulũ circa tẽpus admissuræ subtrahitur fœminis, ne eas sterriles reddat nimia corporis obesitas, & tauris adijcitur, quo fortius ineant unumq; marẽ quindecim uaccis sufficere alunde est. qui ubi iuuencam superuenit, certis signis cõprehendere licet, quem sexũ generauerit, quoniã si parte dextra desiliit, marem seminasse manifestum est, si leua fœminam. id tamen ue-

rum esse non aliter apparet quàm ubi post unum cõitum forda non admittit taurum. quod & ipsum raro accidit. nam q̃us plena fœtu non expletur libidine, adeo ultra naturæ terminos etiam in pecudibus plurimum pollent blandæ uoluptatis illecebræ. sed non dubium est, ubi pabuli sit lætitia, posse omnibus ãnis partum educari. at ubi penuria est, alternis summitti. qđ maxime i operarijs fieri placet, ut et uituli annui temporis spatio lacte satientur, nec forda simul operis, et uteri grauetur onere, quæ cũ partũ edidit, nisi cibis fulta est, q̃us bona nutrix labore fatigata nato subtrahit alimentũ. itaq; et fœtæ cythisus uiridis, et torrefactum ordeũ, maceratumq; eruũ præbetur, uel tenero olere cõmisto, torrido, mollitoq; milio, et per unam noctem lacte macerato saluiatur. melius etiã i hos usus altinæ uaccæ probãtur, quas eius regionis incolæ cæuas appellant. eæ sunt humilis staturæ lactis abundantes, propter quod remotis earũ fœtibus, generosum pecus alienis educatur uberibus. uel si hoc præsidium non adest, faba fresa, & uinũ recte tolerat, idq; præcipue in magnis gregibus fieri oportet.

Remedia ad lumbricos uitulorum. Cap. XXIIII.

SOLENT autem uitulis nocere lumbrici, q̃ ferè nascuntur cruditatibus. itaq; moderandum est, ut bene cõcoquant. aut si iã taliutio laborant, lupini semicrudi conteruntur, & offæ saluiati more fabis ingeruntur. potest etiam cum arida fico, & eruo conteri herba santonica, & formata in offam, sicut saluiatum demitti. facit idem axũgiæ pars una tribus partibus hyssopi permista. Marrubij quoq; suauis, & porri ualet eiusmodi necare animalia.

De castrandis uitulis. Cap. XXV.

CASTRARE uitulos Mago censet, dũ adhuc teneri sunt, neq; id ferro facere, sed fissa ferula comprimere testiculos, & paulatim cõfringere. idq; optimum genus castrationũ putat, quod adhibetur ætati teneræ sine uulnere. nam ubi iã induruit, melius bimus, quàm anniculus castratur. idq; facere uel autumno Luna decrescente præcipit, uitulumq; ad machinam deligare. deinde prius quàm ferrũ admoueas, duabus angustis ligneis regulis (ueluti forcipibus) apprehendere testium neruos, quos græci κρεμαστῆρας ab eo appellant, quod ex illis genitales partes dependent, quibus cõprehensis, statim testes ferro resecare, & expressos ita rescindere, ut extrema pars eorum adhærens prædictis neruis relinquatur. nam hoc modo nec eruptione sanguinis periclitatur iuuencus, nec in totum effœminatur adẽpta omni uirilitate, formaq; seruata maris, generandi uim deposuit,

quam tamen ipsam non protinus amittit. nam si patiaris eũ à recenti curatione fœminam inire, constat ex eo posse generari. sed minime id permittendum, ne profluuio sanguinis intereat. uerum uulnera eius sarmentitio cinere cum argenti spuma linenda sunt, abstinendusq; eo die ab humore, & exiguo cibo alendus. Sequenti triduo uelut æger cacuminibus arborum, & defecto uiridi pabulo oblectandus, prohibendusq; multa potione. placet etiam picæ liquida, et cinere, cum exiguo oleo ulcera ipsa post triduum linire, quo & celerius cicatricẽ ducant, nec à muscis infestentur. Hactenus de bubus dixisse abunde est.

De equis. Cap. XXVI.

QVIBVS cordi est educatio generis equini, maxime conuenit prouidere authorem industrium, & pabuli copiam, quæ utraq; uel mediocra possint alijs pecoribus adhiberi. summã sedulitatẽ, et largam satietatem desyderat equinũ pecus. quod ipsum tripartito diuiditur. est. n. generosa materies, quæ circo, sacrisq; certaminibus equos præbet. est mularis, quæ precio fœtus sui comparatur generoso. est et uulgaris, quæ mediocres fœminas, maresq; progenerat. ut quæq; est præstantior, ita ubere campo pascitur. gregibus autem spatiosa, et pa lustria, necnon montana pascua eligenda sunt, rigua, nec ut quã siccanea, uacuáue magis, quàm stirpibus impedita, frequenter mollibus potius quàm proceris herbis abundantia. uulgaribus equis passim maribus, ac fœminis pasci permittitur, nec admissuræ certa tempora seruantur. generosis circa uernum æquinoctium mares iungentur, ut eodem tempore, quo conceperint, iam lætis, et herbidis campis post animisserit parto cum labore fœtum educent. nam mense duodecimo partum edunt. maxime itaq; curandum est prædicto tempore anni, ut tam fœminis, quàm admissarijs desyderantibus coeundi fiat potestas, quoniam id præcipue armentum si prohibeas, libidinis extimulatur furijs, unde etiam ueneno inditum est nomen ἱππομανες, quod equinæ cupidini similem mortalibus amorem accendat. nec dubium, quin aliquot regionibus tanto flagrent ardore coeundi fœminæ, ut etiam si marem non habeant, assidua, & nimia cupiditate figurantes sibi ipsæ uenerem (cohortalium more auium) ũcto concipiãt. Quæ enim poeta licentius dicit.

Scilicet ante omnes furor est insignis equarum.
Et mentem Venus ipsa dedit, quo tempore glauci
Potniades malis membra absumpsere quadrigæ,
Illas ducit amor trans gargara, transq; sonantem
Asçanium, superant montes, & flumina tranant,
Continuoq;

Continuoq; auidis ubi subdita flamma medullis,
Vere magis, quia uere cælor redit ossibus, illæ
Ore omnes uersæ in zephyrum stant rupibus altis,
Exceptantq; leues auras, & sæpe sine ullis
Coniugijs, uento grauidæ (mirabile dictu)
Saxa per & scopulos, & depressas conualles
Diffugiunt, non Eure tuos, neq; solis ad ortus
In Boream, Caurumq;, aut unde nigerrimus auster
Nascitur, & pluuio contristat frigore cælum.

Cum sit notissimum etiam in sacro monte Hispaniæ, qui procurrit in occidentem iuxta oceanum, frequenter equas sine coitu uentrem pertulisse, fœtumq; educasse, qui tamen inutilis est, quod triẽnio prius quàm adolescat, mortem absumitur. quare, ut dixi, dabimus operam, ne circa æquinoctiũ uernum equæ desyderijs naturalibus angantur. Equos autem pretiosos relinquo tẽpore anni remouere oportet à fœminis, ne aut cum uolẽt, ineant, aut si id facere prohibeantur, cupidine solicitati noxam contrahant. itaq; uel in longinqua pascua marẽ placet ablegari, uel ad præsepia contineri. eoq; tempore, quo uocatur à fœminis, roborandus est largo cibo, & appropinquante uere ordeo, eruoq; sagnãdus, ut ueneri supsit, quantoq; fortior uierit, firmiora semina præbeat futuræ stirpi. quidam etiam præcipiunt eodẽ ritu, quo mulos, admissariũ saginare, ut hac sagina hilaris plurimis fœminis sufficiat. ueruntamen nec minus, quàm quindecim, nec rursus plures, quàm uiginti, unus debet implere. usq; admissuræ potest trimus adhiberi, & usq; ad annos uiginti plerunq; idoneus esse. quod si admissarius ineris in uenerem est, odore perfricatur detersis spongia fœminæ locis, et admotis naribus equi. Rursus si equa marẽ nõ patitur, detrita scylla naturalia eius linuntur, quæ res accendit libidinem. nonnunquam iugo bilis quoq; uulgaris elicit cupidinem coeundi. nam ubi admotus ferè tentauit obsequium, fœmina abducitur, & iam patientiori generosior equus imponitur, inde maior prægnantibus adhibenda cura est, largoq; pascuo firmandæ. quod si frigore hyemis herbæ defecerint, tecto contineantur, ac neq; opere, neq; cursu exerceantur, neq; frigori cõmittantur, nec in angusto, clausoue, ne aliæ aliarũ conceptus elidant, nã hæc omnia incommoda fœtum abigunt. quod tamen si aut partu, aut abortu equa laborauit, remedio erit filicula trita, et aqua tepida permista, datáq; per cornu. sin autem prospere cessit, minime manu contingendus pullus erit. nam læditur etiam leuissimo contactu. tantum cura adhibebitur, ut et amplo, et cælido loco cum matre uersetur, ne aut frigus adhuc infirmo nocẽat, aut mater in angustijs eum obterat. pau-

latim deinde producendus erit, prouidendumq; ne stercore ungulas adurat. mox cũ firmior fuerit, in eadẽ pascua, in qbus mater est, dimittendus, ne desyderio partus sui laboret equa. nam id præcipue genus pecudis amore natorũ, nisi fiat potestas, noxã trahit. nulqari fœminæ solẽne ẽ oĩbus annis parere, generosã cõuenit alternis cõtinere, quo firmior pullus lacte materno laboribus certaminũ præparetur.

De ætate admissarij, & quis pullus generetur. Cap. XXVII.

MAREM putant minorem trimo nõ esse idoneum admissuræ, posse uero usq; ad uigesimum annum progenerare, fœminam bimam recte concipere, ut post tertiũ annum enixa fœtum educat, eamq; post decimum non esse utilem, quod ex annosa matre tarda sit, atq; iners proles. quæ siue ut fœmina, siue ut masculus concipiatur, nostri arbitrij fore Democritus affirmat, qui præcipit, ut cum progenerari marem uelimus, sinistrum testiculum admissarij lineo funiculo, alióue quolibet obligemus, cum fœminam, dextrum. idemq; in omnibus penè pecudibus faciendum censet.

De indole, & forma equi. Cap. XXVIII.

CVM uero natus est pullus, confestim licet indolẽ æstimare, si hilaris, si intrepidus, si neq; cõspectu, nouæq; rei auditu terretur, si ante gregem procurrit, si lasciuia, & alacritate, interdum et cursu ceteros æquales exuperat, si fossam sine cunctatione transilit, pontem, flumenq; transcendit. Hæc erunt honesti animi documenta. Corporis uero forma constabit exiguo capite, nigris oculis, naribus apertis, breuibus auriculis, & arrectis, cæruice molli, latáq;, nec longa, densa iuba, & per dextram partem profusa, lato, & musculorum toris numeroso pectore, grãdibus armis, & rectis, lateribus inflexis, spina duplici, uentre substricto, testibus paribus, & exiguis, latis lumbis, & subsidentibus, cauda longa, & setosa, crispáq;, æqualibus, atque altis, rectisq; cruribus, tereti genu, paruoq;, neque introrsus spectanti, rotundis clunibus, fœminibus torosis, ac numerosis, duris ungulis & altis, & concauis, rotundisq;, quibus coronæ mediocres superpositæ sunt. sic uniuersum corpus compositum, ut sit grãde, sublime erectũ, ab aspectu quoq; agile, et ex longo, quantum figura permittit, rotundum. Mores autem laudantur, qui sunt ex placido, & ex concitato mistissimi. nam hi & ad obsequia reperiuntur habiles, & ad certamina laborũ patientissimi. equus bimus ad usum domesticum recte domatur, certaminibus autem expleto triennio, sic tamen ut post quartum demum annum labori committatur. annorũ notæ cum corpore mutantur.

mutantur. nam dum bimus & sex mensium est, medij dentes superiores, & inferiores cadunt, cum quartum agit annum, ijs, qui caninj appellantur, deiectis, alios affert. intra sextum deinde annum, molares superiores cadunt. sexto anno, quos primos mutauit, ex æquat. Septimo omnes explentur æqualiter, et ex eo cauatos gerit. nec postea quot annorum sit, manifesto comprehẽdi potest. Decimo tamen anno tempora cauari incipiunt, & supercilia nonnunquam canescere, & dentes prominere. hæc, quæ ad animum, & mores, corpusq;, & ætatem pertinent, dixisse satis habeo. nunc sequitur curam recte, & minus ualentium demonstrare.

De cura, & medicina equorum. Cap. XXIX.

SI sanis ẽ macies, celerius torrefacto tritico, quàm ordeo reficitur. sed & uini potio danda est, ac deinde paulatim eiusmodi cibi substrahendi immistis ordeo furfuribus, dum consuescat faba, & puro ordeo ali. nec minus quotidie corpora pecudum, quàm hominum defricanda sunt. ac sæpe plus prodest pressa manu subegisse tergus, quàm si largissime cibos præbeas, multum autem refert robur corporis, ac pedum seruare. quod utrunque custodiemus, si idoneis temporibus ad præsepia, ad aquam, ad exercitationem pecus duxerimus, curaq; fuerit, ut stabulentur sicco loco, ne humore madescant ungulæ. quod facile euitabimus, si aut stabula roboreis axibus constrata, aut diligenter subinde emundata fuerit humus, & paleæ superiectæ. plerunque iumenta morbos concipiunt lassitudine, & æstu, nonnunquam & frigore, & cum suo tempore urinam non fecerint, uel si sudant, et à concitatione confestim biberint, uel si cum diu steterint, subito ad cursum extimulata sunt. lassitudini quies remedio est, ita ut in fauces oleum, uel adeps uino mista infundatur. frigori fomẽta adhibẽtur, caputq;, & spina, tepenti adipe, uel uino liniuntur. si urinam nõ facit, eadem ferè remedia sunt. nam oleum immistum uino super ilia, & renes infunditur, & si hoc parum profuit, melle decocto, & sale collyrium tenue inditur foramini, quò meat urina, uel musca uina, uel thuris micat, uel de bitumine collyrium inseritur naturalibus. Hæc eadem remedia adhibentur, si urina genitalia deusserit. Capitis dolorem indicant lachrymæ, quæ profluunt, aures q; flaccidæ, et cæruix cum capite agrauata, & in terram summissa. Tum rescinditur uena, quæ sub oculo ẽ, et os calda fouetur, caboq;, abstinetur primo die. In postero autẽ potio ieiuno tepidæ aquæ præbetur, ac uiride gramen, tum uetus fœnum, uel molle stramentum substernitur, crepusculoq; aqua iterũ datur, parũq; ordei cũ uiciæ libris. IIS. ut pexigua portione cibi ad in-

sta perducatur. Si equo maxillæ dolent, calido aceto fouẽdæ, et axungia uetere confricandæ sunt, eademq; medicina tumentibus adhibenda est. Si armos læserit, aut sanguinem demiserit, medio fere in utroq; crure uenæ soluantur, et thuris polline cum eo, qui profluit, sanguine immisto, arma linantur, & ne plus iusto exinaniatur, stercus ipsius iumenti fluẽtibus uenis ad motum fascijs obligetur. Postero quoq; die ex ijsdẽ sanguis detrahatur, eodemq; modo curetur, ordeoq; abstinetur exiguo fœno dato. Postridie deinde usq; in diem sextum porri succus instar trium cyathorum mistus cum olei hemina faucibus per cornu infundatur. Post sextum diem lente ingredi cogatur, & cum ambulauerit, in piscinam demitti eum conueniet, ita ut natet. sic paulatim firmioribus cibis adiutus ad iusta perducetur. At si bilis molesta iumento est, uenter intumescit, nec emittit uentos. Manus uncta in feritur aluo, & obsessi naturales exitus aperiuntur, exẽptoq; stercore posita cunila bubula, & herba pædicularis cum sale trita, & decocta melli miscentur, atque ita facta colyria subijciuntur, quæ uentrem mouent, bilemq; omnem deducunt. Quidã myrrhæ tritæ quadrantem cum hemina uini faucibus infundunt, & anum liquida picẽ oblinunt. Alij marina aqua lauant aluum, alij recenti muria. Solent etiam uermes quasi lũbrici nocere intestinis, quorum signa sunt, si iumenta cum dolore crebro uolutantur, si admouent caput utero, si caudam sæpius iactant. Præsens medicina est, ita ut supra scriptum est, inserere manum, et fimum eximere. deinde aluum marina aqua, uel muria dura lauare, postea radicem capparis tritam cum sestario aceti faucibus infundere. nam hoc modo prædicta intereũt animalia.

Ad tussim. Cap. XXX.

OMNI autem imbecillo pecori alte substernendũ est, quo mollius cubet. Recens tussis celeriter sanatur, pinsita lente, & à ualuulis separata, minuteq; mollita. Quæ cum ita facta sunt, sestarius aquæ calidæ in eandem mensuram lentis miscetur, & faucibus infunditur. similiq; medicina triduo adhibetur, ac uiridibus herbis, cacuminibusq; arborũ recreatur ægrotum pecus. Vetus aũt tussis discutitur porri succo trium cyathorum cum olei hemina faucibus infuso, ijsdemq;, ut supra monuimus, cibis præbitis. Impetigines, & quicquid scabies occupat aceto, & alumine defricantur. Nonnunquam, si hæc permanent, paribus ponderibus permistis nitro, & sisso alumine, cũ aceto linuntur. Papulæ feruentissimo sole usque eò strigile raduntur, quoad eliciatur sanguis. tum ex æquo miscentur radices agrestis herbæ, sulfurq;, & pix liquida cum alumine. Et eo medicamine prædicta uitia

cta uitia curantur.

Ad intertrigines, & scabiem. Cap. XXXI.

INTER trigo bis in die subluitur aqua calida. Mox decocto, ac trito sale cum adipe defricatur, dum sanies inde emanat. Scabies mortifera huic quadrupedi est, nisi celeriter succurritur. quæ, si leuis est, inter initia candenti sub sole uel cædria, uel oleo lentisci liniter, uel urticæ semine, & oleo detritis, uel unguine ceti, uel quod in lanicibus salitus thynnus remittit. Præcipue tamen huic noxæ salutaris est adeps marini uituli. sed si iam inueterauerit, uehemẽtioribus opus est remedijs, propter quod bitumen, & sulfur, & ueratrum pici liquidæ, axungiæq; ueteri commista pari pondere incoquuntur, atq; ea compositione curantur, ita ut prius scabies ferro erasa, perluatur urina. Sæpe etiam scalpello usq; ad uiuum resecare, & amputare scabiem profuit, atque ita factis ulceribus mederi liquida picẽ, atq; oleo, quæ expurgant, & replent uulnera æque. quæ cum expleta sunt, ut celerius cicatricem, & pilum ducant, maxime proderit fuligo ex aheno ulceri infricata.

Ad muscas, & oculorum dolores. Cap. XXXII.

MVSCAS quoq; uulnera infestantes summouebimus picẽ, & oleo, uel unguine mistis, & infusis, cætera erui farina recte curantur. Cicatrices oculorũ ieiuna saliua, & sale defricatæ extenuantur. uel cum fusili sale trita sepiæ testa, uel semine agrestis pastinacæ pinsito, & per linteum super oculos expresso. Omnisq; dolor oculorum inunctione succi plantaginis, cum melle attico, uel si id non est, utiq; thymo celeriter leuatur. nonnunquam etiam per nares profluuium sanguinis periculum attulit. Idq; repressum est infuso naribus uiridis coriandri succo.

Ad fastidia ciborum, & labẽ pestiferam remedia. Cap. XXXIII.

INTERDVM & fastidio ciborum languescit pecus. Eius remedium est genus seminis, quod git appellatur. Cuius duo cyathi triti adiunguntur olei cyathis tribus, & uini sextario, atq; ita faucibus infunduntur. Et nausea discutitur, etiam si caput alij tritum cum uini hemina sæpius potandum præbeas. Suppuratio mellius ignea laminа, quàm frigido ferramento referatur, et expressa postea linamẽtis curatur. Est etiam illa pestifera labes, ut intra paucos dies equæ subita macie, & deinde morte corripiantur. quod cum accidit, quaternos sextarios gari singulis p nares infundere utile est, si minoris for

mæ sunt, nam si maioris etiam cõgios. Ea res omnem pituitam per nares elicit, & pecudem expurgat.

De equarum rabie. Cap. XXXIIII.

RARA quidem, sed et hæc est equarum nota rabies, ut cum in aqua imaginem suam uiderint, amore inani cãpiantur. Et per hunc oblitæ pabuli, tabe cupidinis intereant. Eius uesaniæ signa sunt, cum per pascua ueluti extimulatæ cõcursant, subinde ut circunspicientes requirere, ac desyderare aliquid uideãtur. Mentis error discutitur, si deducas ad aquam. Tum demum speculatæ deformitatem suam prisinæ imaginis abolent memoriam. Hæc de uniuerso equarum genere satis dicta sunt. Illa proprie præcipienda sunt ijs, quibus mularũ greges curæ est submittere.

De Mulis. Cap. XXXV.

IN educando genere mularum antiquissimum est diligenter exquirere, atque explorare parentem futuræ prolis fœminam, & marem, quorum si alter non est idoneus, labat etiam quod ex duobus fingitur. Equam conuenit in annos decem, quousque amplissime, atq; pulcherrimæ formæ sit, membris fortibus patientissimam laboris eligere, ut discordantem utero suo generis alieni stirpem insitam facile recipiat, ac perferat, & ad fœtum non solum corporis bona, sed & ingenij conferat. nam cum difficulter iniecta genitalibus locis amittur semina, tum etiam cõcepta diutius in partum adolescunt, ut quæ peracto anno mense tertiodecimo uix eduntur, natisq; inhæret plus socordiæ paternæ, quàm uigoris materni. Veruntamen ut equæ dictos in usus minore cura reperiuntur, ita maior est labor eligendi maris, quoniam sæpe iudicium probantis frustretur experimentum. Multi admissarij specie tenus mirabilissimam sobolẽ forma, uel sexu progenerant. Nam siue parui corporis fœminas fingant, siue etiam specioſi, plures mares, quàm fœminas, reditum patris familiæ minuunt. At quidam contempti ab aspectu pretiosissimorum seminum feraces sunt, nonnunquam aliqui generositatem suam natis exhibent, sed hebetes uoluptate, rarissime solicitantur ad uenerem. Huiusmodi mari sensim magistri subadmouere debent generis eiusdem fœminam, quoniam similia similibus familiariora fecit natura. Ita eni efficitur, ut eius obiectu, cum mas etiam superiectu eblanditus est, uelut incensus, & obcæcatus cupidine, subtracta, quam petierat, fastiditæ imponatur equæ.

Ad temperandum sæuitiam admissarij in libidinem furentis. Cap. XXXVI.

EST & alterrũ genus admissarij furentis in libidinem, quod ni si astu inhibeatur, affert gregi pernicem. Nam & sæpe uinculis abruptis grauidas inquietat, & cum admittitur, ceruicibus, dorsisq; fœminarum imprimit morsus. quod ne faciat, paulisper ad molam uinctus amoris sæuitiã labore temperat, &, sic ueneri modestior admittitur. Nec tamen aliter admittendus est etiam clementioris libidinis, quoniam multum refert naturaliter sopitum pecudis ingenium modicã exercitatione concuti, atq; excitari, uegetioremq; factum marem fœminæ iniungi, ut tacita quadam ui semina ipsa principijs agilioribus figurentur. Mula autem non solum ex equa, et asino, sed ex asina, et equo, itemq; onagro, & equa generatur. Quidam uero non dissimulandi authores, ut Marcus Varro, & ante eum Dionysius, ac Mago prodiderunt, mularum fœtus regionibus Africæ adeo non prodigiosos haberi, ut tam similiares sint incolis partus earum, quàm sint nobis equarum. Neq; tamen ullum est in hoc pecore, aut animo, aut forma præstantius, quàm quod seminabit asinus. quanquam possit huic aliquatenus cõparari, quod progenerat onager, nisi & indomitum, & seruitio contumax syluestri more, strigosum, patris præferat habitum. Itaque eiusmodi admissarius nepotibus magis, quàm filijs utilior est. nam ubi asina, et onagro natus admittitur equæ, per gradus infracta feritate quicquid ex eo prouenit, paternam formam, et modestiam, fortitudinem, celeritatemq; auitam refert. Qui ex equo, & asina cõcepti generantur, quamuis à patre nomen traxerint, quod hinni uocãtur, matri per omnia magis similes sunt. Itaq; cõmodissimũ est asinum destinare mularũ generi seminando, cuius (ut dixi) species experimento est specioſior. Veruntamen ab aspectu non aliter probari debet, quàm ut sit amplissimi corporis, ceruice ualida, robustis, ac latis cõstis, pectore musculoso, & uasto, fœminibus lacertosis, cruribus compactis, coloris nigri, uel maculoſi. nam murinus cum sit in asino uulgaris, tum etiã non optime respondet in mula. neq; nos uniuersa quadrupedis species decipiat, si qualem probamus, cõspicimus. Nam quemadmodum arietum, quæ sunt in linguis, & palatis maculæ, plerunq; in uelleribus agnorum deprehenduntur, ita si discolores pilos asinus in palpebris, aut auribus gerit, sobolem quoq; frequenter facit diuersi coloris, qui & ipse etiam si diligentissime in admissario exploratus est, sæpe tamen dominum decipit. nam interdum etiam citra prædicta signa dissimiles sui mulas fingit. quod acide-

re non aliter reor, quàm ut auitus color primordijs seminis mistu red
datur nepotibus. Igitur qualem descripsi asellũ, cum est à partu sta-
tim genitus, oportet matri statim subtrahi, et ignoranti equæ subijci,
ea optime tenebris fallitur. Nam obscuro loco partu eius amoto, præ-
dictus quasi ex ea natus alitur. Cui deinde cum decem diebus insue
uit equa, semper postea destinanti præbet ubera. Sic nutritus admis-
sarius equas diligere condiscit. Interdum etiam, quamuis materno la
cte sit educatus, potest à tenero conuersatus equis familiariter earum
consuetudinem appetere. Sed nõ oportet minorem, quàm trimũ ad-
mitti. Atq; id ipsum si concedatur, uere fieri conueniet, cum & dese-
cto uiridi pabulo, & largo ordeo firmandus, nonnunquam etiam sa
liuandus erit. Nec tamen teneræ fœminæ committetur. nam nisi prius
ea marem cognouit, adsilientem admissarium calcibus proturbat, &
iniuria depulsum etiam cæteris equis reddit inimicum. Id ne fiat, de
gener, & uulgaris asellus admouetur, qui solicitet obsequia fœminæ.
neque is tamen inire sinitur. Sed, si iam est equa ueneris patiens, conse
stim ab acto uiliore, pretioso mari iungatur. Locus est ad hos usus ex-
tructus (machinam uocant rustici) qui duos parietes aduerso cliuulo
inædificatos habet, & angusto interuallo sic inter se distantes, ne fœ-
mina conluctari, aut admissario ascendenti auertere se possit. Aditus
est ex utraque parte, sed ab inferiore clatris munitus, ad quæ capi-
strata imo cliuo constituitur equa, ut & prona melius ineuntis semi-
na recipiat, & facilem sui tergoris ascensum ab editori parte minori
quadrupedi præbeat, quæ cum ex asino conceptum edidit, partum
sequenti anno uacua nutrit, id enim utilius est, quàm quod quidam
faciunt. ut & fœtum nihilo minus admisso equo impleant. Annicu-
la mula recte à matre repellitur, & amota montibus, aut feris locis
pascitur, ut ungulas duret, sitq; postea longis itineribus habilis. nam
clitellis aptior mullus, illa quidem agilior. sed uterque sexus & uiam
recte graditur, & terram commode proscindit, nisi pretium quadru
pedis rationem rustici oneret, aut campus graui gleba robora boum
deposcat.

De medicinis eorum. Cap. XXXVII.

MEDICINAS huius pecoris plerunque iam in alijs generi
bus edocui. propria tamen quædam uitia mularũ non omittam, quo-
rum remedia subscripsi. Febrienti mulæ cruda brassica datur. Suspi
riosæ sanguis detrahitur, & cum sextario uini, atq; olei thuris semũ
cia, marrubij succus instar heminæ mistus infunditur. Suffraginosæ
ordeacea farina imponitur, mox suppuratio ferro recluſa linamẽtis
curatur.

curatur. uel gari optimi sextarius cum libra olei per narem sinistrã
demittitur. Admiscetur q; huic medicamini trium, uel quatuor ouo-
rum albus liquor separatis uitellis. Fœmina secari, & interdum in-
uri solent. Sanguis demissus in pedes, ita ut in equis emittitur. uel si
est herba, quam ueratrũ uocant rustici, pro pabulo cædit. Est ὑοσκύα-
μος, cuius semen detritum, & cum uino datum prædicto uitio mede-
tur. Macies, & langor submouetur sæpius data potione, quæ recipit
semunciam triti sulfuris, ouumq; crudum, & tritæ myrrhæ pondus
denarij. Hæc tria uino admiscentur, atque ita faucibus infunduntur.
Sed & tussi, doloriq; uentris eadem ista æque medentur. Ad maciem
nulla res tantum quantum medica potest. ea herba uiridis, nec tarde
tamen arida fœni uice saginat iumenta uerum modicè danda, ne ni-
mio sanguine stranguletur pecus. Lassæ, & æstuanti mulæ adeps in
fauces demittitur, merumq; in os suffunditur. Cætera exequemur in
mullis, sicut prioribus huius uoluminis partibus tradidimus, quæ cu
ram boum, equarumq; continent.

LVCII IVNII MODERATI COLVMELLAE DE RE RVSTICA LIBER SEPTIMVS.

De Asello. Cap. I.

d

E MINORE pecore dicturus P. Siluine prin
cipium tenebit minor Arcadiæ, utilis hic, uulga-
risq; asellus, cuius plerique rusticarum rerum au-
thores in emendis, tuendisq; iumentis præcipuam
rationem uolunt esse, nec iniuria. Nam etiam eo
rure, quod pascuo caret, contineri potest exiguo, et
qualicunque pabulo contentus. Quippe uel foliis, spinisq;, uel perticis
salignis alitur, uel obiecto fasce sarmentorum. Paleis uero, quibus pe-
nè omnes regiones abundant, etiam gliscit. Tum imprudentis custo-
dis negligentiam fortissime sustinet. plagarum, et penuriæ tolerantis-
simus, propter quæ tardius deficit, quàm ullum aliud armentum. Nã
laboris, & famis maxime patiens, raro morbis afficitur. Huius ani-
malis tam exiguæ tutelæ plurima, & necessaria opera supra portio
nem respondent, tum & facilè terram qualis in Bætica, totaq; Libye
sit leuibus aratris proscindat, & non nimio pondere uehicula tra-
hat. Sæpe etiam, ut celeberrimus poeta memorat, Tardi costas agita-

tor aselli.

Vilibus aut onerat pomis, lapidemq; reuertens
Incussum, aut atræ massam picis urbe reportat.

Iam uero molarum, & conficiendi frumenti penè solennis est huius pecoris labor. Quare omne rus tanquam maxime necessarium desyderat asellum, qui, ut dixi, pleraque utensilia & uehere in urbem, & reportare colo, uel dorso commode potest. Qualis autem species eius uel cura probatissima sit, superiore libro, cum de pretioso præciperetur, satis dictum est.

De Ouibus emendis, tuendisq;. Cap. II.

POST maiores quadrupedes ouilli pecoris secunda ratio est, quæ prima sit, si ad utilitatis magnitudinem referas. nã id præcipue nos contra frigoris uiolẽtiã protegit, corporibusq; nostris liberaliora præbet uelamina. Tum etiam casei, lactisq; abundantia non solũ agrestes saturat, sed etiam elegantium mensas iucundis, & numerosis dapibus exornat. Quibusdã uero nationibus frumenti expertibus uictum commodat, ex quo Nomadum, Getarumq; plurimi γαλακτοφάγοι dicuntur. Igitur id pecus, quãuis mollissimum sit, ut ait prudentissime Celsus, ualetudinis tutissimæ est, minimeq; pestilentia laborat. Verum tamen eligendum est ad naturam loci. quod semper obseruari non solum in hoc, sed etiam in tota ruris disciplina Virgilius præcipit, cum ait.

Nec uero terræ ferre omnes omnia possunt.

Pinguis, & campestris situs proceras oues tolerat, gracilis, et colinus quadratas, syluestris, et montosus exiguas, pratis, planisq; noualibus tectum pecus commodissime pascitur. idq; non solum generibus, sed etiam coloribus plurimum refert. Generis eximij mileſias, calabras, appulasq; nostri existimabãt, earumq; optimas tarentinas. Nũc gallicæ pretiosiores habentur, earumq; præcipuæ altinates. Item quæ circa Parmam, & Mutinam macris stabulãtur campis. Color albus cũ sit optimus, tum etiam est utilissimus, quod ex eo plurimi fiunt, neq; hic ex alio. Sunt etiam suapte natura pretio commendabiles pullus, atque fuscus, quos præbent in Italia Pollentia, in Bætica Corduba. Nec minus Asia rutillos, quos uocant ἐρυθρούς. Sed et alias uarietates in hoc pecoris genere docuit usus exprimere. nam cum in municipiũ gaditanum ex uicino Africæ mari coloris syluestres, ac feri arietes, secut aliæ beſhæ muneratijs deportarẽtur. M. Columella patruus meus acris uir ingenij, atque illustris agricola quosdam mercatus in agros transtulit, & mansuefactos tectis ouibus admisit. Eæ primum hirtos,

sed paterni coloris agnos ediderunt, qui deinde et ipsi tarentinis ouibus impositi, tenuioris uelleris arietes progenerauerũt. Ex his rursus quicquid conceptum est, maternam molliciem, paternum, et auitum retulit colorem. Hoc modo Columella dicebat, qualẽcunq; speciem, quæ fuerit in bestijs, per nepotum gradus mitigata feritate, redijsse. Ad propositũ reuertar. Ergo duo genera sunt ouilli pecoris, molle, & hirsutum. sed in utroq; uel emendo plura communia, quædã tamen sunt propria generosi, quæ obseruari conueniat. Cõmunia in emendis gregibus ferè illa, si candor lanæ maxime placet, nunquam candidissimos mares legeris, quoniã ex albo sæpe fuscus editur partus, ex erythræo, uel pullo nunquam generatur albus.

De arietibus eligendis. Cap. III.

ITAQVE non solũ ea ratio est probandi arietis, si uellere candido uestitur, sed etiam si palatum, atq; lingua concolor lanæ est. Nã cũ hæ corporis partes nigræ, aut maculosæ sunt, pulla uel etiã uaria nascitur proles. idq; inter cætera eximie talibus numeris significauit. idemq;, qui supra,

Illum autem, quamuis aries sit candidus ipse,
Nigra sub est udo tantum cui lingua palato,
Reijce, ne maculis infuscet uellera pullis
Nascentum. –

Vna eademq; ratio est in erythræis, et nigris Arietibus, quorum similiter (ut iam dixi) neutra pars esse debet discolor lanæ, multoq; minus ipsa uniuersitas tergoris maculis uariet. ideo nisi lanatas oues emi non oportet, quo melius unitas coloris appareat. quæ nisi præcipua est in arietibus, paternæ notæ plerũq; natis inhærent. Habitus autem maxime probatur, cum est altus, atque procerus uentre promisso, atque lanato, cauda longissima, densaq; uelleris, fronte lata, testibus amplis, intortis cornibus, non quia magis hic sit utilis (nam est melior mutilus aries) sed quia minime nocent. Intorta potius quàm surrecta, & patula cornua. quibusdam tamen regionibus, ubi cœli status uuidus, uentosusq; est, capros, & arietes optauerimus uel amplissimis cornibus, quod ea porrecta, altaq; maximam partem capitis à tempestate defendant. Itaq; si plerunque est atrocior hyems, hoc genus eligemus, si clementior, mutilum probabimus marem, quoniam est illud incõmodum incornuto, quod cum sentiat se uelut quodam naturæ loco capitis armatum, frequenter inpugnã procurrit, et fit in fœminas quoq; procacior. nam rivalem (quamuis solus admissuræ non sufficiat) uiolentissime persequitur. nec ab alio tempestuum patitur iniri gregem, nisi cum est fatigatus libidine. mutilus autem, cum

se tanquam exarmatum intelligat, nec ad rixam promptus est, & in uenere mitior. itaque capri, uel arietis petulci sæuitiam pastores hac astutia repellunt, mensuræ pedalis robustam tabulam configunt aculeis, et aduersam fronti cornibus religant. ea res ferum prohibet à rixa, cum stimulatum suo ictu ipsum se sauciat. Epicharmus autem syracusanus, qui pecudum medicinas diligentissime conscripsit, affirmat pugnacem arietem mitigari terebra secundũ auriculas foratis cornibus, qua curuantur in flexu. Eius quadrupedis ætas ad progenerandum optima est trima. nec tamen inhabilis usq; in annos octo. Fœmina post bimatum maritari debet. Inuenisq; habetur quinquennis. satisfacit post annum septimum. igitur ut dixi, mercaberis oues intonsas, uariam, & canam comam improbabis, quod sit incerti coloris. Maiorem trima dẽte minacem sterilem repudiabis. eliges bimam uasti corporis, ceruicę prolixa, prolixi uilli, nec asperi, lanosi, & ampli uterinam uitandus est glaber, & exigus. atque hæc ferè communia sunt. in comparandis ouibus. Illa etiam tuendis humilia facere stabula, sed in longitudinem potius, quàm in latitudinem porrecta, ut simul hyemem calida sint, nec angustiæ fœtus oblidant. ea poni debent contra medium diem. nanque id pecus, quamuis ex omnibus animalibus uestitissimum, frigoris tamen impatientissimum est, nec minus æstui naporis. itaque cohors clausa sublimi macerie præponi uestibulo debet, ut sit in eam tutus exitus æstuandi. deturq; opera, nequis humor subsistat, ut semper quamaridissimis filicibus, uel culmis stabula constrata sint, quo purius, et mollius incubent fœtæ. sint quala mundissima, nequa earum ualetudo, quæ præcipue custodienda est, infestetur uligine. omni autem pecudi larga præbenda sunt alimenta. nam uel exiguus numerus, cum pabulo satiatur, plus domino reddit, quàm maximus grex, si senserit penuriam. sequeris autem noualia non solum herbida, sed quæ plerunque uidua sunt spinis, utamurq; sæpius authoritate diuini carminis.

Si tibi lanitium curæ est, primum aspera sylua,
Lappæq; tribuliq; absint.

Quoniam ea res, ut ait idem, scabras oues reddit, cum tonsis illotus adhæsit sudor, & hirsuti secuerunt corpora uepres. tum etiam quotidie minuitur lana, quæ quanto prolixior in pecore concrescit, tanto magis obnoxia est rubis, quibus uelut hamis inuncata à pascentium tergoribus auellitur. molle uero pecus etiã uelamen, quo protegatur, amittit, atque id non paruo sumptu reparatur. inter authores ferè constat primum esse admissuræ tempus uernum parilibus si sit ouis matura, sin uero fœta circa Iuliũ mensem. Prius tamen haud dubie probabilius, ut messem uindemia. fructum deinde uineaticum fœtura pecoris excipiat, & totius autumni pabulo satiatus agnus ante mœstitiam frigorum, atque hyemis ieiunium confirmetur. nam melior est autumnalis uerno, sicut ait uerissime Celsus, quia magis ad rem pertinet, ut ante æstuum quàm hybernum solstitium conualescat. solusq; ex omnibus animalibus bruma commode nascitur. ac si res exigit, ut plurimi mares progenerandi sint, Aristoteles uir calidissimus rerum naturæ præcipit admissuræ tempore obseruare sicus diebus halitus septentrionales, ut contra uentum gregem pascamus, & eum spectans admittatur pecus. at si fœminæ generandæ sunt, austrinos flatus captare, ut eadem ratione matricæ ineantur. nam illud, quod priore libro docuimus, ut admissarij dexter, uel etiam sinister uinculo testiculus obligetur, in magnis gregibus operosum est. Post fœturam deinde longinquæ regionis pascua petiturus opilio, ferè omnem sobolem pastioni reseruet suburbanæ, uillicus enim teneros agnos, dum adhuc herbe sunt, expertes lanio tradit, quoniam & paruo sumptu deuehuntur, et ijs summotis, fructus lactis ex matribus non minor percipitur. Summitti tamen etiam in uicinia urbis quandoq; oportebit. nam uernaculum pecus peregrino longe est utilius. nec committi debet, ut totus grex effœtus senectute dominum destituat. cum præsertim boni pastoris uel prima cura sit annis omnibus in demortuarum, uitiosarumq; ouium locum totidem, uel etiam plura capita substituere, quoniam sæpe frigorum, atque hyemis sæuitia pastorem decipit, & eas oues interimit, quas ille tempore autumni ratus adhuc esse tolerabiles, nõ summouerat. quo magis etiam propter hos casus, nisi ualidissima, quæ non comprehendatur hyeme, nouaq; progenie repleatur numerus. quod qui faciet seruare debebit, ne minori quadrimæ, neue ei, quæ excessit annos octo, prolem submittat. neutra enim ætas ad educandum est idonea. tum etiam quod ex uetere materia nascitur, plerunque congeneratum parentis senium refert. nam uel sterile, uel imbecillum est. Partus uero incipientis pecoris non secus, quàm obstetricum more custodiri debet, neque enim aliter hoc animal, quàm muliebris sexus enititur, sæpiusq; etiam quanto est omnis rationis ignarum, laborat in partu. quare ueterinariæ medicinæ prudens esse debet pecoris magister, ut si res exigat, uel integrum conceptum, cum transuersus hæret locis genitalibus, extrahat. uel ferro diuisum citra matris perniciem partum educat, quod græci uocant ἐμβρύου ἀναίρεσιν. Agnus autem, cum est editus, erigi debet, atque uberibus admoueri, tum etiam eius diductum os pressis humectare papillis, ut condiscat maternum trahere alimentum, sed prius quàm hoc fiat, exiguum

emulgendum est, quod pastores colostram uocant. ea nisi aliquatenus emittitur, nocet agno, qui biduo quo natus est, cum matre clauditur, ut & ea partum suum foueat, & ille matrem agnoscere condiscat. Mox deinde quandiu non lasciuit obscuro, & calido septo custodiatur. postea luxuriantem uirgea cum comparibus area claudi oportebit, ne uelut puerili nimia exultatione macescat. cauendúq; est, ut teneriora separetur à ualidioribus, quia robustus angit imbecillum. satisq; est mane prius quàm grex procedat in pascua. deinde etiam crepusculo redeuntibus saturis ouibus admiscere agnos qui cum firmi esse cœperint, pascendi sunt intra stabulum cythiso, uel medica, tum etiã fierfuribus, aut si permittit annona, farina ordei, uel eruideinde, ubi conualuerint, circa meridiem pratis, aut noualibus uillæ contiguis matres admouendæ sunt, & à septo emittendi agni, ut condiscat foris pasci. De genere pabuli, ut et ante diximus, & nunc eorum, quæ omissa sunt, meminerimus, iucundissimas herbas esse, quæ aratro proscissis aruis nascantur, deinde quæ pratis uliginе carenti bus, palustres, syluestresq; minie idoneas haberi. nec tamẽ ulla sunt tam blanda pabula, aut etiã pascua, quorũ gratia non exolescat usu continuo, nisi pecudũ fastidio pastor occurrerit præbito sale, quod ue lut ad pabuli condimentum per æstatem canalibus lignis impositum cum è pastu redierint oues, lambunt, atque eo sapore cupidinem bibendi, pascendiq; concipiunt. at contra penuriæ hyemis sucurritur obiectis intra tectum per præsepia cibis. aluntur autem commodissime repositis ulmeis, uel ex fraxino frondibus, uel autumnali fœno, quod cordum uocatur. nam id mollius, & ob hoc iucundius est, quàm maturum. cythiso quoq; & satiua uicia pulcherrime pascuntur. necessariæ tamen, ubi cætera defecerunt, etiam ex leguminibus paleæ. nã p se ordeũ, uel fresa cũ suis ualuulis fãba, uel cicercula sumptuosior est, quàm ut suburbanis regionibus exiguo pretio possit præberi. sed si uilitas permittit, haud dubie sunt optima. De tpibus aũt pascẽdi, et ad aquã ducendi p æstatẽ nõ aliter sentio, quàm ut prodidit Maro.

Luciferi primo cum sydere frigida rura
Carpamus, dum mane nouum, dum gramina canent,
Et ros in tenera pecori gratissimus herba.
Inde ubi quarta sitim cœli collegerit hora,
Ad puteos, aut altæ greges ad stagna- perducamus, medioq;
die, ut idem, ad uallem,
Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus
Ingentes tendit ramos, aut sicubi nigrum
Illicibus crebris sacra nemus accubat umbra.

Rursus deinde iam mitigato uapore compellantur ad aquam, etiam per æstatem id faciendum, & iterum ad pascua producendum
Solis ad occasum, cum frigidus aera uesper
Temperat, & saltus reficit iam rosida luna.

Sed obseruandum est sydus æstatis per emersum canículæ, ut ante meridiẽ grex in occidentem spectans agatur, & in eam partem progrediatur, post meridiem in orientem. siquidem plurimum refert, ut pascentium capita sint obuersa soli, qui plerunq; nocet animalibus oriente prædicto sydere. Hyeme, et uere matutinis tẽporibus intra septa contineantur, dũ dies aruis gelicidia detrahat. nã pruinosa ijs diebus herba pecudi grauedinẽ creat, uentremq; proluit. quare etiam frigidis, humidisq; tpibus anni semel tm̃ ei potestas aquæ faciẽda est. tũ q sequitur gregem circunspectus, ac uigilãs (id quod omnibus, et omnium quadrupedum custodibus præcipitur) magna clementia modere tur. Idemq; duci propior quàm domino, & in cogendis, recipiendisq; ouibus ad clamatione, ac baculo minetur. nec unquam telum emittat in eas. neq; ab his longius recedat. nec aut recubet, aut consideat. nã nisi procedit, stare debet, quoniam grex quidẽ custodis officiũ, sublimem, celsissimamq; oculorum ueluti speculam, desyderat, ut neq; tardiores, & grauidas, dum cunctantur, neq; agiles, & fœtas, dum procurrũt, separari à cæteris sinat, ne fur, aut bestia hallucinantem pastorem decipiat. sed hæc communia ferè sunt in omni pecore ouillo. nũc quæ sunt generosi propria dicemus.

De ouibus tectis. Cap. IIII.

GRAECVM pecus, quod pleriq; tarentinum uocant, nisi cum domini præsentia est, uix expedit haberi. siquidem & curam, & cibum maiorem desyderat. nã cum sit uniuersum genus lanigerum cæteris pecudibus mollius, tum ex omnibus tarentinum est mollissimum, quod nullam domini, aut magistrorum inertiam sustinet, multoq; minus auaritiam, nec æstus, nec frigoris patiens. Raro foris, plerunq; domi alitur, & est auidissimum cibi, cui si detrahitur fraude uillica, clades sequitur gregem. singula capita per hyemem recte pascuntur ad præsepia tribus ordei, uel fresæ cum suis ualuulis fabæ, aut cicerculæ quatuor sextarijs, ita ut et aridã frõdem præbeat, aut siccam, uel uiridem medicam, cythisum'ue, tum etiã cordi seni septena pondo, aut leguminum paleas adsatim. Minimus agnis uendundus in hac pecude, nec ullus lactis reditus haberi potest. nam et q suimoueri debent, paucissimos post dies quàm editi sunt, immaturi ferè mactantur, orbæq; natis suis matres alienæ sobolí præbent ubera. quippe singuli

agni binis nutricibus summittuntur, nec quicquã subtrahi summissis expedit, quo saturior lactis agnus celeriter confirmetur, & parta nutrici consociata minus laboret in educatione fœtus sui. quam ob causam diligenti cura seruandum est, ut et suis quotidie matribus, et alienis non amantibus, agni subrumentur. Plures autem in eiusmodi gregibus, quàm in hirtis masculos enutrire oportet. nam prius quàm fœminas inire possint mares castrati, cum bimatum expleuerint, enecãtur. & pelles eorũ propter pulchritudinẽ lanæ maiore pretio, quàm alia uellera mercantibus traduntur. liberis autem campis, et omni succulo, ruboq; uacantibus ouem græcam pascere memineribus, ne, ut supra dixi, & lana carpatur, et tegumen. nec tamen ea minus sedulam curam foris, quia non quotidie procedit in pascua, sed maiorem domesticam postulat. nam sæpius detergenda, & refrigeranda est. sæpius eius lana diducenda, uinoq;, & oleo insuccanda. nonnunquam et tota est eluenda, si diei permittit apricitas. idq; ter anno fieri sat est. stabula uero frequenter euerrenda, & purganda, humorq; omnis urinæ deuerrendus est, qui commodissime sicatur perforatis tabulis, quibus ouilia consternuntur, ut grex supercubet. nec tantũ cœno, aut stercore, sed exitiosis quoq; serpentibus tecta liberentur, quod ut fiat,

Disce & odoratam stabulis incendere cædrum,
Galbaneoq; agitare graues nidore chelydros.
Sæpe sub immotis præsepibus aut mala tactu
Vipera delituit, cœlumq; exterrita fugit,
Aut tecto assuetus coluber. - Quare, ut idem iubet.
Cape saxa manu, cape robora pastor,
Tollentemq; minas, & sibila, colla tumentem
Deijce - Vel ne istud cum piculo facere necesse sit, muliebres capillos, aut ceruina sæpius ure cornua. quorũ odor maxime nõ patitur stabulis prædictam pestem consistere. Tõsuræ certum tempus anni p omnes regiones seruari non potest, quoniã nec ubiq; tarde, nec celeriter æstas ingruit. & est modus optimus considerare tempestates, quibus ouis, neq; frigus, si lanam detraxeris, neq; æstum, si non dum detonderis, sentiat. uerum ea quandocunq; detonsa fuerit, ungi debet tali medicamine. succus excocti lupini, ueteris q; uini fex, & amurca pari mensura miscentur, eoq; liquamine tonsa ouis imbuitur, atq; ubi p triduum delibuto tergore medicamina perbiberit, quarto die si est uicinia maris, ad litus deducta mersatur, si minus est, cœlestis aqua subdio salibus in hunc usum durata, paulum decoquitur. eaq; grex perluitur. hoc modo curatum pecus toto anno scabrũ fieri non posse Celsus affirmat. nec dubium est, quinetiam ob eam rem lana quoq; mollior atq;

lior, atq; prolixior renascatur.

Medicinæ pecoris ouilli. Cap. V.

ET QVONIAM recensuimus cultum, curamq; recte ualentium, nunc quemadmodum uitijs, aut morbo laborantibus subueniendum sit, præcipiemus, quanquam pars hæc exordij penè tota iam exhausta sit, cum de medicina maioris pecoris priore libro disputare mus, quia cum sit ferè eadẽ corporum natura minorum, maiorumq; quadrupedum, paucæ, paruæq; morborum, & remediorum differentiæ possunt inueniri. quæ tamen quantulæcunque sint, non obmittentur à nobis. Si ægrotat uniuersum pecus, ut & ante præcepimus, & nunc (quod remur esse maxime salutare) iterum adseueramus in hoc casu, quod est remedium præsentissimum. pabula mutemus, & aquationes totius regionis, et aliũ quæramus statum cœli. curemusq;, si ex calore, et æstu cõcepta pestis inuasit, ut opaca rura, si inuasit frigore, ut eligantur apricæ. sed modicæ, ac sine festinatione persequi pecus oportebit, ne imbecillitas eius longis itineribus aggrauetur, nec tamen in totum pigre, ac segniter agere. nam quemadmodum fessas morbo pecudes uehementer agitare, et extendere non conuenit, ita conducit mediocriter exercere, & quasi torpentes excitare, nec pati ueterno consenescere, atq; extingui. cum deinde grex ad locum fuerit perductus in lacinias colonis distribuatur. nam particulatim facilius quàm uniuersus conualescit, siue quia ipsius morbi halitus minor est in exiguo numero, seu quia expeditius cura maior adhibetur paucioribus. Hæc ergo, & reliqua (ne nunc eadem repetamus) quæ superiore exordio percensuimus, obseruare debemus, si uniuersæ laborabunt, illa, si singulæ. Oues frequentius, quàm ullum aliud animal infestantur scabie, quæ ferè nascitur, sicut noster memorat poeta,

- Cum frigidus imber
Altius ad uiuum persedit, & horrida cano
Bruma gelu. - Vel post tonsuram, si remediũ prædicti mediaminis non adhibeas, si æstuum sudorem mari, uel flumine non abluas, si tonsum gregem patiaris syluestribus rubis, ac spinis sauciari. si stabulo utaris, in quo mulæ, aut equi, aut asini steterunt. præcipue tamen exiguitas cibi macrem, macies autem scabiem facit. hæc ubi cœpit irrepere, sic intelligitur, uitiosum locum pecudes, aut morsu scalpunt, aut cornu, uel ungula tundunt, aut arbori adfricant, parietibus ue detergent. quod ubi aliquam facientem uideris, comprehendere oportebit, & lanam diducere, nam subest aspera cutis, & uelut quædam prurigo, cui primo quoque tempore occurrendum est, ne totum proge-

niem cõinquinet, & quidem celeriter, cum & alia pecora, tum præci
pue oues contagione uexẽtur. sunt autem cõplura medicamina, quæ
icirco enumerabimus, non quia cunctis uti necesse sit, sed quoniã non
nullis regionibus quædã reperiri nequeunt, ex pluribus aliquod in=
uentum remedio sit. Facit autem cõmode primũ ea cõpositio, quã
paulo ante demõstrauimus, si ad fecem, et amurcam, sucumq; decocti
lupini misceas portione æqua detritũ albũ elleborũ. potest etiam scã=
briciem tollere sucus uiridis cicutæ. quæ uerno tempore, cum iã cau=
lem nec adhuc semina facit, decisa contunditur, atq; expressus humor
eius fictili uase reconditur, duabus urnis liquoris, admisto salis torri=
di semodio. quod ubi factum est, oblitum uas in sterquilinio defoditur,
ac toto anno fimi uapore concoctum, mox promitur. tepefactumq; me
dicamentum linitur scabræ parti, quæ prius aspera testa, uel pumice
defricta reddcerator. eidem remedio est amurca duabus partibus de
cocta, item uetus hominis urina testis candentibus inusta. quidam ta=
men hanc ipsam subiectis ignibus quinta parte minuunt, admiscentq;
pari mensura sucum uiridis cicutæ. Deinde figularibus tritis, & pi
cis liquidæ, & fricti salis singulos sextarios infundunt. facit etiam
sulfuris triti, & picis liquidæ modus æqualis igne lento coactus. sed
georgicum carmen affirmat, nullam esse præstantiorem medicinam.

Quam si quis ferro potuit rescindere summum
Vlceris os, alitur uitium, uiuitq; tegendo.

Itaq; reseruandum est, & ulcera medicamentis curãdum subijcit de=
inde æque prudẽter febricitantibus ouibus, de talo uel inter duas un=
gulas sanguinem emitti oportere. nam plurimum id quidem

Profuit incensos æstus auertere, & inter
Ima ferire pedis salientem sanguine uenam.

Nos etiam sub oculis & de auribus sanguinem detrahimus. clau
quoq; dupliciter infestant ouem, siue cum subluuies, atque intertrigo
in ipso discrimine unguiæ nascitur, seu cum idem locus tuberculum
habet, cuius media ferè parte canino similis extat pilus, eiq; subest
uermiculus. Subluuies, & intertrigo picæ per se liquida, uel alumine
& sulfure, atque aceto mistis rite eruentur, uel tenero punico malo,
prius quàm grana faciat, cum alumine pinsito, superfusoq; aceto uel
æris ærugine infriata, uel combusta galla cum austero uino leuigata,
& superposita. tuberculũ, cui subest uermiculus, ferro quamcautissi=
me circunsecari oportet, ne, dum amputatur etiam, quod infra est ani
mal uulneremus. id enim cum sauciatur, uenenatam saniẽ mittit, qua
respersum uulnus ita insanabile facit, ut totus pes amputandus sit. &
cum tuberculum diligenter circunciderís, candens ferrum uulneri per

ardentem

ardentem tedam instillato. Quem pulmonariam similiter ut suem cu
rari conuenit, inserta per auriculam, quam ueterinarij consiliginem
uocant. de ea iam diximus, cum maioris pecoris medicinam tradidi=
mus. sed is morbus æstate plerunque concipitur, si defuit aqua, pro=
pter quod uaporibus omni quadrupedi largius bidẽdi potestas dãda
est. Celso placet, si est in pulmonibus uitium, acris aceti tantum dare,
quantum ouis sustinere possit, uel humanæ ueteris urinæ tepefactæ
triũ heminarũ instar per sinistram narẽ corniculo infundere, atq;
axũgiæ sextantem faucibus inserere. Est etiã insanabilis sacer ignis,
quam pusulã uocant pastores. ea nisi compescitur intra primam pe=
cudẽ, quæ tali malo correpta est, uniuersum gregem contagione pro=
sternit. sic quidem quod nec medicamentorum, nec ferri remedia pa=
titur. nam penè ad omnem tactum excandescit. sola tamen ea fomen
ta non aspernatur lactis caprini, quod infusum tantum uelet, ut &
blandiatur igneam sæuitiam, differens magis occidionem gregis, quã
prohibens. Sed ægyptiæ gentis author memorabilis Dolus mendesius,
cuius commenta, quæ appellantur græce ὑπομνήματα sub nomine
Democriti falsò produntur, censet propter hanc sæpius, ac diligenter
ouium terga perspicere, ut si forte sit in aliqua tale uitiũ deprehen=
sum, confestim scrobem defodiamus in limine stabuli, & uinam pe=
cudem, quæ fuerit pusulosa, resupinam obruamus, patiamurq; super
obrutam meiere totum gregem, quod eo facto, morbus propulsetur. Bi
lis æstuo tempore non minima pernicies potione depellitur humanæ
ueteris urinæ, quæ ipsa remedio est etiam pecori arcuato. At si mole
sta pituita est, cunelæ bubulæ, uel nepetæ syluestris surculi lana inuo=
luti naribus inseruntur, uersanturq;, donec sternuat ouis. Fracta pe=
cudũ non aliter, quàm hominum crura sanãtur, inuoluta lanis oleo,
atq; uino insuccatis, & mox circundatis ferulis conligata. Est etiam
grauis pernicies herbæ sanguinariæ, quam si pasta est ouis, toto uẽtre
distenditur, contrahiturq;, & spumam quandã tenuem tetri odoris
expuit. Celeriter sanguinem mitti oportet sub cauda in ea parte, quæ
proxima est clunibus, nec minus in labro superiore uena soluendæ
est. Suspirioso laborantibus, auriculæ ferro rescindendæ, mutandæq;
regiones, quod in omnibus morbis, ac pestibus fieri debere censemus.
Agnis quoq; succurrendũ est uel febricitantibus, uel ægritudine aliæ
affectis, qui ubi morbo laborant, admitti ad matres non debent, ne in
eas perniciem transferant. Itaque separatim mulgendæ sunt oues, &
cœlestis aqua pari mensura lacti miscenda est, atq; ea potio febricitan
tibus danda. multi lacte caprino ijsdem medentur, quod per corniculum infunditur faucibus. Est etiam mentigo, quam pastores osti gnem

uocant, mortifera lactentibus. Ea plerunq; fit, si per imprudentiã pastoris emissi agni, uel etiam hœdi rosidas herbas depauerint, quod minime committi oportet. sed cum id factum est, uelut ignis sacer, os, atque labra fœdis ulceribus obsidet. Remedio sunt hyssopus, & sal æquis ponderibus contrita. nam ea mistura palatum, atque linguam totum q; os perfricatur. Mox ulcera lauantur aceto, & tunc picẽ liquida, cum adipe suillo perliuntur. Quibusdam placet æruginis tertiã partem duabus ueteris axungiæ portionibus commiscere, tepefactoq; uti medicamine. Nonnulli folia cupressi trita miscent aquæ, & ita perluunt ulcera, atque palatum. Castrationis autem ratio iam tradita est. neque enim alia in agnis, quàm in maiore quadrupede seruatur.

De caprino pecore. Cap. VI.

ET quoniã de ouiarico satis dictum est, ad caprinum pecus nũc reuertar. Id autem genus dumeta potius, quàm campestrẽ situm desyderat. asperisq; etiam locis, ac syluestribus optime pascitur. nam nec rubos auersatur, nec uepribus offenditur, & arbusculis, frutetisq; maxime gaudet. Ea sunt arbutus, atque alaternus, cythisusq; agrestis. nec minus ilignei, querneiq; frutices, qui in altitudinem non prosiliunt. Caper, cui sub maxillis binæ uerruculæ collo dependent, optimus habetur, amplissimi corporis, cruribus crassis, plena, et breui ceruice, flaccidis, & prægrauantibus auribus, exiguo capite, nigro, densoq;, & nitido, atq; longissimo pilo. Nam & ipse tunditur Vsum in castrorum, ac miseris uelamina nautis.

Est autem mensium septem satis habilis ad procreandum, quoniam immodicus libidinis, dum adhuc uberibus alitur, matrẽ stupro superuenit, & ideo celeriter, & ante sex annos consenescit, quod immatura ueneris cupidine primis pueritiæ temporibus exhaustus est. Itaque quinquennis parum idoneus habetur fœminis implendis. Capella præcipue probatur simillima hirco, quem descripsimus, si etiã est uberis maximi, & lactis abundantissimi. Hanc pecudem mutilam parabimus quieto cœli statu. nam procelloso, atque imbrifero cornuta semper. nam & omni regione maritos gregum mutilos esse oportebit, quoniam cornuti ferè pernicioſi sunt propter petulantiam. Sed numerum generis huius maiorem, quàm centum capitum sub uno clauso non expedit habere, cum lanigeræ mille pariter commode stabulentur. Atque ubi capræ primum comparantur, melius est unum gregem totum, quàm ex pluribus particulatim mercari, ut nec in pastione separatim laciniæ deducantur, & in aprili maiore concordia

re concordia quiete consistant. Huic pecudi nocet æstus, sed magis frigus, & præcipue fœtæ, quæ geliadio hyemis conceptum fecit. nec tamen ea sola creant abortus, sed etiã glans cum atra satietatem data est. Itaque nisi potest affatim præberi, non est gregi permittenda. Tempus admissuræ per autumnum ferè ante mensem Decembrem præcipimus, ut propinquante uere gemmantibus frutetis, cum primum syluæ noua germinant fronde, partus edatur. Ipsum uero caprile uel naturali saxo, uel manu constratum eligi debet, quoniam huic pecori nihil substernitur. Diligensq; pastor quotidie stabulum conuerrit, nec patitur stercus, aut humorem consistere, lutum'ue fieri, quæ cuncta sunt capris inimica. Parit autem, si est generosa proles, frequenter duos, nonnunquam trigeminos. Pessima est fœtura cum matres bimæ, ternos hœdos efficiunt. Qui ubi editi sunt, eodem modo, quo agni educantur, nisi quod magis hœdorum lasciuia compescenda, & arctius cohibenda est. Tum super lactis abundantiam sumera, uel cythisus, aut edera præbenda, uel etiam cacumina lentisci, aliaq; tenues frondes obiiciendæ sunt. Sed ex geminis singula capita, quæ uidentur esse robustiora, in supplementum gregis reseruantur, cætera mercantibus traduntur. Anniculæ, uel bimæ capellæ (nam utraque ætas partum edit) submitti hœdum non oportet. neq; enim educare, nisi trima debet. sed anniculæ confestim depellenda soboles, bimæ tandiu admittenda, dum possit esse uendibilis. nec ultra octo annos matres seruandæ sunt, quod assiduo partu fatigatæ steriles existunt. Magister autem pecoris acer, durus, strenuus, laboris patientissimus, alacer, atq; audax esse debet, & qui per rupes, per solitudines, per uepres facile uadat, & non ut alterius generis pastores sequatur, sed plerunq; ut antecedat gregem. Quare eum esse maxime strenuum opus est, Capellæ, dum dumeta pascunt, capris cedunt, subinde quæ cedit compesci debet, ne procurat. sed placide, ac lente pabuletur, ut & largi sit uberis, & non strigosissimi corporis.

De medicina caprarum. Cap. VII.

ALIA nanq; genera pecorum, cum pestilentia uexantur, prius morbo, & langoribus macescunt, solæ capellæ quamuis opimæ, atq; hilares subito concidunt, uelut aliqua ruina gregatim prosternantur. Id accidere maxime solet ubertate pabuli. Quamobrem statim cum unam, uel alteram pestis perculit, omnibus sanguis detrahendus. Nec tota die pascendæ, sed mediis quatuor horis intra septa claudendæ. Sin alius langor infestat, pabulo medicantur arundinis, & albæ

spinæ radicibus, quas cum ferreis pilis diligenter contuderimus, admiscemus aquam pluuialem, solamq; potandam pecori præbemus. Quod si eares ægritudinem non depellit, uẽdenda sunt pecora. uel si neque id contingere potest, ferro necanda, sallendaq;. Mox interposito spatio conueniet alium gregem reparare. nec tamen ante quàm pestilens tempus anni, siue id fuit hyemis uertatur æstate, siue autumni, uere mutetur. Cum uero singulæ domo laborabunt, eadẽ remedia, quæ etiam ouibus adhibebimus. Nã cum distendetur aqua cutis, quod uitium græci uocant ὑδρώπα, sub armo pellis leuiter incisa perniciosum transmittet humorem, tum factum uulnus picæ liquidæ curetur. Cum effœtæ loca genitalia tumebunt, aut secundæ non respondebunt, de fruti sextarius, uel cum id defuerit, boni uini tantundẽ faucibus infundatur, & naturalia cerato liquido repleantur. Sed ne nunc singula persequar, sicut in ouillo pecore prædictum est, caprino medebimur.

Casei faciendi ratio. Cap. VIII.

CASEI quoq; faciẽdi non erit omittenda cura utiq; longinquis regionibus, ubi mulctram deuehere non expedit. Is porrò si tenui liquore conficitur, quamcelerrime uendendus est, dum adhuc uiridis suæum retinet. si pingui, & opimo, longiorem patitur custodiam, sed lacte fieri debet syncero, & quamrecentissimo. nã requietum, uel mistum celeriter acorem concipit. Id plerunque cogi agni, aut hœdi coagulo, quamuis possit & agrestis cardui flore conduci, et seminibus geneti, nec minus siculneo lacte, quod emittit arbor, si eius uirentem saucies corticem. Verum optimus caseus est, qui exiguum medicaminis habet. Minimum autem coagulum recipit sinum lactis argentei pondus denarij. nec dubium, quin fici ramulis glaciatus caseus iucundissime sapiat. Sed mulctra, cum est repleta lacte, non sine tepore aliquo debet esse. nec tamen admouenda est flammis, ut quibusdam placet, sed haud procul igne constituenda, & confestim cum concreuit, liquor in fiscellas, aut in calathos, uel formas transferendus est. nam maxime refert primo quoque tempore serum percolari, & à concreta materia separari. Quam ob causam rustici nec patiuntur quidem sua sponte pigro humore defluere, sed cum paulo solidior caseus factus est, pondera superponunt, quibus exprimatur serum. deinde ut formis, aut calathis exẽptus est, opaco, ac frigido loco, ne possit uitiari, quamuis mundissimis tabulis componitur, aspergitur tritis salibus, ut exudet acidum liquorem. Atque ubi duratus est, uehementius premitur, ut conspissetur. Et rursus torrido sale contingitur, rursusq;

susq; ponderibus condensatur. Hoc cum per dies nouem factum est, aqua dulci eluitur, & sub umbra cratibus in hoc factis, ita ordinatur, ne alter alterũ caseus contingat, & ut modice siccetur. deinde quo tenerior pmaneat, clauso neq; uẽtis obnoxio loco stipatur per cõplura tabulata. Sic neq; fistulosus, neq; salsus, neq; aridus prouenit. Quorum uitiorum primum solet accidere, si parum pressus, secundum, si nimio sale imbutus, tertium, si sole exustus est. Hoc genus casei potest etiã trans maria permitti. nam is, qui recens intra paucos dies absumi debet, leuiore cura conficitur, quippe fiscellis exemptus in salem, muriam q; demittitur, & mox in sole paulum siccatur. Nõnulli ante quàm pecus numellis inducant, uirides pineas nuces in mulctram demittunt, & mox super eas emulgent, nec separant, nisi cum transmiserint in formas coactam materiã. Ipsos quidã uirides conterunt nucleos, & lacti permiscent, atq; ita congelant. Sunt qui thymum conteritum, cribroq; colatum cum lacte cogant. Similiter qualiscunq; uelis saporis efficere possis, adiecto quod elegeris, condimento. Illa uero notissima est ratio faciundi casei, quẽ dicamus manu pressum. nanq; is paulum gelatus in mulctra dum est tepefactus, rescinditur, & feruente aqua perfusus, uel manu figuratur, uel buxeis formis exprimitur. Est etiam non ingrati saporis muria perduratus, atq; ita malini ligni, uel culmi fumo coloratus. Sed iam redeamus ad originem.

De suibus, & eorum medicinis. Cap. IX.

IN omni genere quadrupedũ species maris diligenter eligitur, quoniam frequenter patri similior est progenies, quàm matri. Qua re etiam in suillo pecore probandi sunt totius quidã corporis amplitudine eximij, & qui quadrati potius, quàm qui longi, aut rotundi sunt, uentre promisso, clunibus nastis, nec perinde cruribus, aut unguli procerus, amplæ, & glanduloſæ cervicis, rostris breuibus, & resupinis. Maximeq; quod ad rem pertinet, quam salacissimos oportet esse mares, qui & ab annicula ætate commode progenerant, dũ quadrimatum agant, possunt tamen etiã semestres implere fœminã. Scrofæ probãtur longissimi status, & ut sint reliquis membris similes descriptis uerribus. Si regio frigida, & pruinosa est, quamdurissimæ, densæq;, & nigræ setæ grex eligendus est. Si temperata, atq; aprica, glabrum pecus, uel etiam pristinale album potest pasci. Fœmina sus habetur ad partus edẽdos idonea ferè usq; in annos septem, quæ quanto fœcundior est celerius senescit. Annicula non improbe concipit, sed iniri debet mense Februario. Quatuor quoque mensibus fœ-

tu, quinto parere, cum iam herbæ solidiores sunt, ut & firma lactis maturitas porcis contingat, & cum desierint uberibus ali, stipula pascantur, cæteris q; leguminum cæducis frugibus. Hoc autem fit longinquis regionibus, ubi nihil nisi submittere expedit. Nã suburbanis lactens porcus ære mutandus est. sic enim mater non educando, labori subtrahitur, celeriusq; iterum conceptum partum edet. Id q; bis anno faciet. Mares uel cum primum ineunt semestres, aut cum sæpius progenerauerunt, trimi, aut quadrimi castrãtur, ut possint pinguescere. Fœminis quoque uuluæ ferro exulcerantur, & cicatricibus claudantur, ne sint genitales. Quod facile non intelligo, quæ ratio compellat, nisi penuria cibi. nam ubi est ubertas pabuli, submittere prolem semper expedit. Omnem porrò situm ruris pecus hoc usurpat. nam & montibus, & campis commode pascitur, melius tamen palustribus agris, quàm sitientibus. Nemora sunt conuenientissima, quæ uesciuntur quercu, subere, fago, cerris, ilicibus, oleastris, tamaricibus, corylis, pomiferisq; syluestribus, ut sunt albæ spinæ, græcæ siliquæ, iuniperus, lotos, pinus, cornus, arbutus, prunus, et paliurus, atq; achræ des pyri. Hæc enim diuersis temporibus mitescunt, ac penè toto anno gregem saturant. At ubi penuria est arborum, terrenum pabulum consectabimur, & sicco limosum præferemus, ut paludem rimentur, effodiantq; lumbricos, atque in luto uolutentur, quod est huic pecori gratissimum, quin etiã aut aquis abuti possint. nanq; & id fecisse maxime per æstatem profuit, & dulcem eruisse radiculas aquatilis syluæ, tanquam scyrpi, iunciq;, & degeneris arũdinis, quam uulgus cannam uocat. nam quidem cultus ager opimas reddit sues, cum est graminosus, & pluribus generibus pomorum consitus, ut per anni diuersa tempora, mala, pruna, pyrum, multiformes nuces, ac ficum præbeat. nec tamen propter hæc parcetur horreis. nam sæpe de manu dandum est, cum foris deficit pabulum, propter quod plurima glans uel ásternis in aquam, uel fumo tabulatis recondenda est. Fabæ quoq;, & similium leguminum, cum uilitas permittit, facienda est potestas, & utique uere, dum adhuc lactant. Viridia pabula suibus plerunque nocent. itaque mane priusquam procedant in pascua, conditiuis cibis sustinendæ sunt, ne immaturis herbis citetur aluus. Eoq; uitio pecus emacietur. nec ut cæteri greges uniuersi claudi debent, sed per porticus haræ faciendæ sunt, quibus aut à partu, aut etiam prægnantes includantur. nam præcipue sues cæteruatim, atque incondite, cum sint pariter inclusæ, super alias aliæ cubant, & fœtus elidunt. Quare, ut dixi, iunctæ parietibus haræ construendæ sunt in altitudinem pedum quatuor, ne sus transilire septa queat. nam contegi nõ debet,

debet, ut à superiore parte custos numerum porcorum recenseat, & siquem decumbens mater oppresserit, cubanti subtrahat. Sit autem ui glans, impiger, industrius, nauus omniũ, quas pascit. Et matricum, & iuniorum meminisse debet, ut uniuscuiusque partum consyderet. Semper obseruet enitentem, claudatq; ut in hara fœtum edat. Tum denotet protinus quotq;, & quales sint nati, & curet maxime nequis sub nutrice aliena educetur. nam facillime porca, si euaserint hara, miscent se, & scrofa cum decubuit, æque alieno, ac suo præbet ubera. Itaque porculatoris maximum officium est, ut unanquanque cum sua prole claudat, qui si memoria deficitur, quo minus agnoscat cuiusque progeniem, picæ liquida eandem notam scrofæ, & porcis imponat, & siue per literas, siue per alias formas unumquenque fœtum cum matre distinguat. nam in maiore numero diuersis notis opus est, ne confundatur memoria custodis. Attamen quia id facere gregibus amplis uidetur operosum, commodissimum est haras ita fabricare, ut limen earum in tantam altitudinem consurgat, quantum possit nutrix euadere, lactens autem supergredi non possit. Sic nec alienus irrepit, & in cubili suam quisque matrem nidus expectat, qui tamen non debet octo capitum numerum excedere. Non quin ignorem fœcunditatem scrofarum maioris esse numeri, sed quia celerime fatiscit, quæ plures educat. Atq; eæ, quibus partus summittitur, octo sunt ordeo sustinendæ, ne ad maciem summam perducantur, et ex ea ad aliquam perniciem. Diligens autem porculator frequenter suille conuerrat, & sæpius haras. nam quamuis prædictum animal in pabulationem spurcæ uersetur, mundissimum tamen cubile desyderat. Hic ferè cultus est suilli pecoris recte ualentis.

De medicina suum. Cap. X.

SEQVITVR ut dicamus, quæ sit cura uitiosi. Febricitantium signa sunt, cum obstipæ sues transuersa capita ferunt, ac per pascua subito cum paululum procurrerunt, consistunt, & uertigine correptæ concidunt. Earum notanda sunt capita, quam in partem proclinentur, ut ex aduersa parte de auricula sanguinem mittamus. Item sub cauda duobus digitis à clunibus intermissis uenam feriamus, quæ est in eo loco satis ampla, eamq; sarmento prius oportet uerberari, deinde ab ictu uirgæ tumentem ferro roscindi, detractoq; sanguine colligi ri saligneo libro, uel etiam ulmeo. Quod cum fecerimus uno, aut altero die sub tecto pecudem continebimus, & aquam modicè cálidam quantam uolent, farinæq; ordeaceæ singulos sextarios præbebimus. Strumosis sub lingua sanguis mittendus est, qui cum profluxerit, sale

trito cum farina triticea confricari totum os conueniet. Quidam præsentius putant esse remedium, cum per cornu singulis ternos cyathos gari demittunt. deinde fissas taleas ferularũ lineo funiculo religant. & ita collo suspendunt, ut strumæ ferulis contingantur. Nauseantibus quoque salutaris habetur eburnea scobis sale fricto, & fabæ minutæ fresæ commista, ieiuniq; prius quàm in pascua prodeant obiecta. Solet etiã uniuersum pecus ægrotare ita, ut emacietur, nec cibos capiat, productumq; in pascua medio campo procumbat, & quodam ueterno pressum somnos æstuo sub sole captet. Quod cum facit, totus grex tecto clauditur stabulo, atque uno die abstinetur potione, & pabulo. postridie radix anguinei cucumeris trita, & cõmista cum aqua datur sitientibus. quam cum pecudes biberunt, nausea correptæ uomitant, atque expurgantur, omniq; bile depulsa cicercula, uel faba, dura muria conspersa, deinde (sicut hominibus) aqua calida potanda permittitur. sed cum omni quadrupedi per æstatem sitis sit infesta, tum suillo maxime est inimica, quare non ut capellam, uel ouem, sic & hoc animal bis ad aquã duci præcipimus, sed si fieri potest, iuxta flumen, aut stagnum per ortum caniculæ detineri, quia cum sit æstuosissimum, non est contentum potione aquæ, nisi obesam illuuiem, atq; distentam pabulis aluum demerserit, ac refrigerauerit. nec ulla re magis gaudet, quàm riuis, atque cœnoso lacu uolutari. Quod si locorum situs repugnat, ne ita fieri possit, puteis extracta, & large canalibus immissa præbenda sunt pocula, quibus nisi affatim satientur pulmonariæ fiunt. Isq; morbus optime sanatur auriculis insertu consiligine. de qua radicula diligenter, ac sæpius iam locuti sumus. Solet etiam uitiosi splenis dolor eas infestare, quod accidit, cum siccitas magna prouenit, & (ut Bucolicon loquitur poema),

Strata iacent passim sua quæq; sub arbore poma.

Nam pecus insatiabile est, sues enim, dum dulcedinem pabuli consectantur, supra modum æstate splenis incremento laborant. Cui succurritur, si fabricentur canales ex tamaricibus, & rusco, repleãturq; aqua, & deinde sitientibus admoueantur. Quippe ligni sucus medicabilis, epotus intestinum tumorem compescit.

De castratione suum. Cap. XI.

CASTRATIONIS autem in hoc pecore duo tẽpora seruantur, ueris, & autumni. & eius administrandæ duplex ratio. Prima illa, quam iam tradidimus. cum duobus uulneribus impressis p unanquanq; plagam singuli exprimuntur testiculi. altera est speciosior, sed magis periculosa, quam tamen non omittam. cum uirilẽ par-

tem unam ferro resectam detraxeris, per impressum uulnus scalpellum inserito, & mediam quasi cutem, quæ interuenit duobus mẽbris genitalibus, rescindito. atq; uncis digitis alterum quoq; testiculum educto sic fiet una cicatrix adhibitis cæteris remedijs, quæ prius docuimus. Illud autem, quod pertinet ad religionem patrumfamilias, non reticendum putaui. sunt quædã scrofæ, quæ mandunt fœtus suos. quod cum fit, non habetur prodigium. nam sues ex omnibus pecudibus impatientissimæ famis sunt, ita ut aliquando, si indigeant pabuli, nõ tantum alienam (si licæat) sobolem, sed etiam su consumant. De armentis, cæteris q; pecudibus, & magistris, per quos quadrupedum greges humana solertia domi, foris q; curãtur, atque obseruantur (nisi fallor) satis accurate disserui.

De canibus. Cap. XII.

NVNC, ut exordio priore sum pollicitus, de mutis custodibus loquar, quãquam canis falsò dicitur mutus custos. nam quis hominum clarius, aut tanta uociferatione bestiã, uel furem prædicat, quàm iste latratu? quis famulus amantior domini? quis fidelior comes? quis custos incorruptior? quis excubitor inueniri potest uigilantior? quis denique ultor, aut uindex constantior? quare uel in primis hoc animal mercari, tueriq; debet agricola, quod & uillam, & fructus, familiamq;, et pecora custodit. eius autem parandi, tuendiq; triplex ratio est. nanq; unum genus aduersus hominum insidias eligitur, & id uillã, quæq; iuncta sunt uillæ custodit. at alterũ propellendis iniurijs hominum, ac ferarum, & id obseruat domi stabulum, foris pecora pascentia. Tertium uenandi gratia comparatur, idq; non solum nihil agricolã iuuat, sed et auocat, desidẽq; ab opere suo reddit. de uillatico igitur, & pastorali dicendum est. nam uenaticus nihil pertinet ad nostram professionem. Villæ custos eligendus est amplissimi corporis, uasti latratus, canoriq;, ut prius auditu maleficum, deinde etiam conspectu terreat, & tamen nonnunquam, ne uisus quidem horribili fremitu suo fugiet insidiantem. sit autem coloris unius, isq; magis eligatur albus in pastorali, niger in uillatico. nam uarius in neutro est laudabilis. pastor album probat, quoniam est feræ dissimilis, magnoq; opus interdum discrimine est in propulsandis lupis sub obscuro mane, uel etiam crepusculo, ne si non sit albo colore conspicuus, pro lupo canem feriat. Villaticus, qui hominũ maleficijs opponitur, siue luce clara fur aduenerit, terribilior niger conspicatur, siue nocte, ne conspicitur quidẽ propter umbræ similitudinem, quamobrem tectus tenebris canis tutiorem accessum habeat ad insidiantem. probatur quadratus potius,

quàm lõgus, aut breuis, capite tam magno, ut corporis uideatur pars maxima, deiectis, & propendentibus auribus, nigris, uel glaucis oculis acri lumine radiantibus, amplo, uillosóq; pectore, latis armis, cruribus crassis, & hirtis, cauda breui, uestigiorũ articulis, & unguibus amplissimis, qui græce ὄρθακες appellantur. Hic erit uillatici canis status præcipue laudandus. mores autem neq; mitissimi, neq; rursus truces, atq; crudeles, quod illi furem quoque adulantur, hi etiam domesticos inuadunt. satis est seueros esse, nec blandos, ut nonnunquã etiam cõseruos iratus intueantur, semper exandescant in exteros. Maxime autem debent in custodia uigilaces cõspici, nec erronei, sed assidui, & circunspecti magis, quàm temerarij. nam illi nisi quod cõtum cõpererunt, non indicant. hi uano strepitu, & falsa suspicione concitantur. Hæc icirco memoranda credidi, qa non natura tantum, sed etiã disciplina mores facit, ut cum emendi potestas fuerit, eiusmodi probemus, & cum educabimus domi natos, talibus institutis formemus. Nec multum refert an uillatici cõporibus graues, et parũ ueloces sint. plus enim cõminus, & in gradu, quam eminus, et in spatioso cursu facere debent. nam semper circa septa, & intra ædificiũ cõsistere, immo ne longius quidẽ recedere debent, satisq; pulchre funguntur officio, si & aduenientem sagaciter adoriũtur, & latratu conterrent. nec patiũtur propius accedere, uel cõstantius appropinquantem uiolenter inuadunt. Primum est enim nõ adtentari, secundum est lacessitum fortiter, & perseueranter uindicari. atq; hæc de domesticis custodibus, illa de pastoralibus. Pecuarius canis neque tam strigosus, aut pernix debet esse, quàm qui damas, ceruosq; et uelocissima sectatur animalia, nec tam obesus, aut grauis, quàm uillæ, horreiq; custos, sed & robustus nihilo minus, & aliquatenus promptus, ac strenuus, quoniam & ad rixam, & ad pugnam, nec minus ad cursum cõparatur, cum & lupi repellere insidias, & raptorem ferrũ cõsequi fugientem, prædamq; excutere, atq; auferre debeat. quare status eius longior, productiorq; ad hos casus magis habilis est, quàm breuis, aut etiam quadratus, quoniam (ut dixi) nonnunquam necessitas exigit celeritate bestiam cõsectandam. cæteri artus similes membris uillatici canis æque probãtur. Cibaria ferè eadẽ sunt utriq; generi præbenda. nam si tam laxa rura sunt, ut sustineant pecorũ greges, omnes sine discrimine canes ordeacea farina, cum sero cõmode pascit. Sin autem surculo cõsitus ager sine pascuo est, farreo, uel triticeo pane satiandi sunt, admisto tamen liquore cocta fabæ, sed tepido, nam feruens rabiem creat. huic quadrupedi neq; fœminæ, neque mari, nisi post annum permittenda uenus est, quæ si teneris cõceditur, carpit & corpus, & uires, animosq; degenerat. Primus effœtæ partus amouendus est, quoniã tiruncula nec recte nutrit, & educatio totius habitus aufert incrementum. Mares iuueniliter usq; in annos decem progenerant. post id tempus ineundis fœminis non uidẽtur habiles, quorum seniorum pigra soboles existit. Fœminæ concipiunt usque in annos nouẽ, nec sunt utiles post decimum. Catulos sex mensibus primit, dum corroborentur, emitti non oportet nisi ad matrem lusus, ac lasciuiæ causa. postea & cathenis per diem continendi, & noctibus soluendi, nec unquam eos, quorum generosam uolumus indolem cõseruare, patiemur alienæ nutricis uberibus educari, quoniam semper & lac, & spiritus maternus longe magis ingenij, atq; incrementa corporis auget. quod si effœta lacte deficitur, cæprinum maxime conueniet præberi catulis, dum fiant mensiũ quatuor. nominibus autem nõ longissimis appellandi sunt, quo celerius quisq; uocatus exaudiat, nec tamen breuioribus, quàm quæ duabus syllabis enuntientur, sicuti græcum est σκύλαξ, latinum ferox, græcum λάιων latinum celer. uel fœmina, ut sunt græca ταυσὼπις. ἄλκη. φῶμις, latina, lupa cerua, tigris. Catulorum caudas post diem quadragesimum, quàm sint editi, sic castrare conueniet. neruus est, q per articulos spinæ prorepit, usque ad ultimam partem caudæ. is morsicus cõprehensus, & aliquatenus eductus abrumpitur. quo facto neq; in longitudinem cauda fœdũ capit incrementum, & (ut plurimi pastores affirmant) rabies arcetur letifer morbus huic generi.

De morbis, & medicinis canum. Cap. XIII.

FERÈ autẽ p æstatem sic muscis aures canum exulcerãtur, sæpe ut totas amittant. qđ ne fiat amaris nucibus cõtritis liniẽdæ sunt. qđ si ulceribus iã præoccupatæ fuerint, cocta picẽ liquidã suillæ adipi uulneribus stillari conueniet. hoc eodem medicamine contacti ricini decidunt. nam manu non sunt uellendi, ne ut ante prædixeram, faciant ulcera. Pulicosæ canis remedia sunt, fume cyminum tritum pari pondere, cum ueratro, aquaq; mistum, & inlitum, seu cucumeris anguinei sucum. uel si hæc non sunt, uetus amurca per totum corpus infusa. Si scabies infestabit, cythisi, & sisami tantundem conterito, & cum pice liquida permisceto, uitiosamq; partem linito. quod medicamentum putatur etiam hominibus esse conueniens. eadem pestis, si fuerit uehementior, cedrino liquore abolebitur. reliqua uitia sicut in cæteris animalibus præcepimus, curanda sunt. Hactenus de minore pecore. mox de uillaticis pastionibus, quæ continent uolucrũ, piscium q;, & syluestriũ quadrupedum curã, sequenti uolumine præcipiemus.

LVCII IVNII MODERATI COLVMELLAE DE RE RVSTICA LIBER OCTAVVS.

De uillaticis pastionibus. Cap. I.

QVAE FERE consumabant publi siluine ruris exercendi, colendiq; scientiam, quæq; pecuariæ negotiationis exigebat ratio, septem numeraui libris. hic nunc sequentis numeri titulum possidebit, nec quia, proximam propriamq; rusticæ curam desyderent ea, quæ dicturi sumus, sed quia non alio loco, quàm in agris, aut uillis debeant administrari, et tamen agrestibus magis, quàm urbanis prosint. quippe uillaticæ pastiones, sicut pecuariæ non minimam colono stipem conferunt, cum & auium stercore macerrimis uineis, & omni surculo, atq; aruo medeantur, & eisdem familiarem focum, mensamq; pretiosis dapibus opulentent. postremo uenditorum animalium pretio uillæ reditum augent. quare de hoc quoq; genere pastionis dicendum censui. est autem id ferè uel in uilla, uel circa uillã. in uilla est, quod appellãt græci ὀρνιθῶνας, καὶ περιστερεῶνας, atq; etiam cum datur liquoris facultas ἰχθυοτροφεῖα sedula cura exercentur. Ea sunt omnia, ut latine potius loquamur, sicut auium cohortalium stabula nec minus earum, quæ conclauibus septæ stagnantur, uel aquatilium animaliũ receptacula. rursus circa uillam ponũtur μελιαρῶνας καὶ κνηφοφεῖα, quin etiam λαγοτροφεῖα studiose administrantur, quæ nos similiter appellamus apum cubilia, apiaria uel nantium uolucrum, quæ stagnis, piscinisq; lætantur, auiaria. uel etiã pecudum syluestrium, quæ ne moribus clausis custodiuntur, uiuaria.

De gallinarum generibus, gallis cohortalibus parandis, & nutriendis. Cap. II.

PRIVS IGITVR de his præcipiã, quæ intra septa uillæ pascuntur, ac de aliis quidem forsitan ambigitur, an sint agrestibus possidenda gallinarum uero plerunq; agricolæ cura solennis est. Earum genera sunt uel cohortalium, uel rusticarum, uel africanarũ. Cohortalis est auis, quæ uulgo per omnes ferè uillas conspicitur. Rusticæ, quæ non dissimilis uillaticæ per aucupem decapitur. eaq; plurima est in insula, quam nautæ in ligustico mari sitam producto nomine

alitis gallinariã uocitauerunt. Africana est, quam pleriq; numidicam dicunt, meleagridi similis, nisi quod rutilam galeã, & cristam capite gerit, quæ utraq; sunt in meleagride cærulea. sed ex his tribus generibus cohortales fœminæ propriæ appellantur gallinæ. mares autem galli. semimares, capi, qui hoc nomine uocantur, cum sint castrati, libidinis abolendæ causa. nec tamen id patiuntur amissis genitalibus, sed ferro candẽte calcaribus inustis, quæ cũ ignea ui consumpta sunt, facta ulcera dum consanescant, figulari creta linuntur. Huius igitur uillatica generis nõ spernendus est reditus, si adhibeatur educandi scientia, quam pleriq; græcorũ, & præcipue celebrauere Deliaci. sed et ij, quoniam procera corpora, & animos ad prælia pertinacis requirebant, præcipue tanagricum genus, & rhodiũ probabant, nec minus chalcidicum, & medicum, quod ab imperito uulgo litera mutata melicum appellatur. nobis nostrum uernaculũ maxime placet. omissõ tamen illo studio græcorum, qui ferocissimum quenque alitem certaminibus, & pugnæ præparabant. nos enim censemus instituere uectigal industrij patrisfamilias, non rixosarum auium lanistæ, cuius plerunq; totum patrimoniũ pignus aleæ uictor gallinaceus pyctes abstulit. igitur cui placebit seq; nostra præcepta, consyderet oportet primum quàm multas, et cuiusmodi parare debeat matrices. deide qualiter eas tueri, & pascere. mox quibus anni temporibus earũ partus excipere. tum demum ut incubent, & excludant efficere. Postremo ut commode pulli educentur operã dare. his enim curis, et ministeriis exercetur ratio cohortalis, quam græci uocant ὀρνιθοτροφίαν. Parandi autem modus est, ducentorum capitum, quæ pastoris unius curam dispendant, dum tamen anus sedula, uel puer adhibeatur custos uagantium, ne obsidijs hominum, aut insidiosorum animalium diripiãtur. mercari porrò nisi fœcundissimas aues nõ expedit. eæ sint rubicũdæ, uel fuscæ plumæ, nigrisq; pennis. ac si fieri poterit, omnes huius, et ab hoc proximi coloris eligantur. sin aliter, euitentur albæ, quæ ferè cum sint molles, ac minus uiuaces, tam ne fœcundæ quidẽ facile reperiuntur, atq; etiam conspicuæ, propter quod insigne candoris ab accipitribus, & aquilis sæpius abripiũtur. sint ergo matrices probi coloris, robusti corporis, quadratæ, pectorosæ, magnis capitibus, rectis, rutilisq; cristulis, albis auribus, & sub hac specie quam amplissimæ, nec paribus ungulis, generosissimæq; creduntur, quæ quinos habent digitos, sed ita ne cruribus emineant trãsuersa calcaria. nam quæ hoc uirile gerit insigne, cuncta max ad concubitum dedignatur admittere marem, raroq; fœcunda, etiam cum incubat, calcis aculeis ouа pfringit. Gallinaceos mares nisi salacissimos habere nõ expedit. atq; in his

quoque sicut in fœminis, idem color, idemq; numerus unguium. sta-
tus altior quæritur. sublimes, sanguineæq; nec obliquæ cristæ ruuidi,
uel nigrantes oculi. breuia, & aduncæ rostra. maxime, candidissi-
mæq; aures. paleæ ex rutilo albicantes, quæ uelut incanæ barbæ de-
pendent. iubæ deinde uariæ, uel ex auro flauæ per colla, ceruicesq; in
humeros diffusæ. tum latæ, & musculosa pectora, lacertos æque simi-
les brachijs. alæ tum procerissimæ. caudæ duplici ordine singulis u-
trinq; prominentibus pinnis inflexæ. quinetiã uasta fœmina & fre-
quenter horrentibus plumis hirta. robusta crura, nec longa, sed infe-
sus uelut fudibus nocenter armata. Mores autem quamuis non ad pu
gnam, neq; ad victoriæ laudem præparentur, maxime tamen gene-
rosi probantur, ut sint elati, alacres, uiglaces, & ad sæpius canendũ
prompti, nec qui facile terreãtur. nam interdum resistere debent, &
protegere coniugalem gregem. quĩ attolentem minas serpentem, uel
aliud noxiũ animal interficere. talibus autem maribus quinæ singu
lis fœminæ comparãtur. nam Rhodij generis, aut medici propter gra
uitatem, neque patres nimis salaces, nec fœcundæ matres, quæ tamen
ternæ singulis maritantur. & cum paucæ oua posuerunt, inertes ad
incubandum, multoq; magis ad excludendum raro fœtus suos edu-
cant. itaque quibus cordi est ea genera propter corporum speciẽ pos-
sidere, cum exceperunt oua generosarum, uulgaribus gallinis subijci-
unt, & ab his exclusi pulli nutriuntur. tanagrici plerunque rhodi-
is, & medicis amplitudine pares, non multum moribus à uernaculis
distant, sicut & chalcidici. Omnium tamen horum generum nothi
sunt optimi pulli, quos conceptos ex peregrinis maribus, nostrates edi
derunt. nam & paternam speciem gerunt, & salacitatem fœcundita
temq; uernaculam retinent. pumiliones aues, nisi quẽ humilitas ea-
rum delectat, nec propter fœcunditatem, nec propter alium reditum
nimium probo, tam hercule, quàm nec pugnacem, nec rixosæ libidi-
nis marem. nam plerunque cæteros infestat, & non patitur iniri fœ
minas, cum ipse pluribus sufficere non queat. impedienda est itaque
procacitas eius ampullaceo corio, quod cum in orbiculum formatum
est, media pars eius rescinditur, & per excisam partem galli pes in
seritur. eaq; quasi compede cohibentur feri mores. sed, ut proposui,
iam de tutela uniuersi generis præcipiam.

De gallinarijs constituendis. Cap. III.

GALLINARIA Constitui debent parte uillæ, quæ hy-
bernum spectat orientem. iuncta sint ea furno, uel culinæ, ut ad a-
uem perueniat fumus, qui est huic generi præcipue salutaris. Totius
autem

autem officinæ, ideſt ornithonis tres continuæ extruuntur cellæ, quã-
rum, sicuti dixi, perpetua frons orienti sit obuersa. in ea deinde fro
te exiguus detur unus omnino aditus mediæ cellæ, quæ ipsa tribus
minima esse debet in altitudinem, & quoquouersus pedes septem. in
ea singuli dextro, leuoq; pariete aditus ad utranque cellam faciendi
sunt, iuncti parieti, qui est intrantibus aduersus. Huic autem focus
applicetur tam longus, ut nec impediat prædictos aditus, et ab eo fu
mus perueniat in utranq; cellam. eaq; longitudinis, & altitudinis
duodenos pedes habeãt, nec plus latitudinis, quàm media sublimitas.
diuidantur tabulatis, quæ supra se quaternos, et infra septenos libe-
ros pedes habeant, quoniam ipsa singulos caupant. utraq; tabulata
gallinis seruire debent, & ea parus ab oriẽte singulis illuminari fe
nestellis, quæ & ipsæ matutinum exitum præbeant auibus ad cohor
tem, nec minus uespertinum introitum, sed curandum erit, ut semper
noctibus claudantur, quo tutius aues maneant. intra tabulata maio
res fenestræ aperiantur. & eæ clatris muniantur, ne possint noxia
irrepere animalia. sic tamen, ut illustria sint loca, quo commodius ha
bitent, auiariusq; subinde debet speculari aut incubantis, aut partu
rientis fœtus. nam etiam in ijs ipsis locis ita crassos parietes ædifica-
re conuenit, ut excisa per ordinem gallinarũ cubilia recipiant. in q=
bus aut ouа edantur, aut excludantur pulli. hoc enim & salubrius,
et elegantius est, quàm illud, quod quidam faciunt, ut palis in parietes
uehementer actis, uimineos qualos superimponant. siue autem pariе-
tibus, ita, ut diximus, cauatis, aut qualis uimineis, præponẽda erũt ue
stibula, per quæ matrices ad cubilia uel pariendi, uel incubandi cau-
sa perueniant. neque enim debent ipsis nidis inuolare, ne dum adsili
unt, pedibus ouа confringant. ascensus deinde auibus ad tabulata per
utranq; cellã datur iunctis parieti modicis asseculis, qui paulũ for-
matis gradibus asperantur, ne sint aduolantibus lubrica. sed ab cohor
te forinsecus prædictis fenestellis scandulæ similiter iniungantur, qui
bus irrepant aues ad regẽ nocturnam. maxime autem curabimus,
ut & hæc auiaria, & cætera, de quibus mox dicturi sumus, intrin-
secus, & extrinsecus poliantur opere tectorio, ne ad aues feles habe
ant, aut coluber accessum, & æque noxiæ prohibeantur pestes. tabu-
latis insistere dormientem auem non expedit, ne suo lædatur sterco
re, quod cum pedibus unas adhæsit, podagram creat. ea pernices ut
euitetur, perticæ dolantur in quadrum, ne teres leuitas earum super
silientem uolucrem non recipiat. conquadratæ deinde foratis duobus
aduersis parietibus induuntur, ita ut à tabulato pedalis altitudinis,
& inter se sipedalis latitudinis spatio distent. hæc erit cohortalis

officinæ dispositio. cæterum cohors ipsa, per quam uagantur, non tam sterc̃ore, quàm uligine careat. nã plurimum refert aquam nõ esse in ea nisi uno loco, quam bibant, eamq; mundissimam. nam sterc̃orosa pituitam concitat. puram tamen seruare non possis, nisi clausam uasis in hunc usum fabricatis. sunt autem, q̃ aut aqua replentur, aut cibo plũbei canales, quos magis utiles esse ligneos, aut fictiles compertum est. hi superpositis operculis claudũtur, & à lateribus super mediam partem altitudinis per spatia palmaria modicis forantur cauis, ita ut auiũ capitæ possint admittere. nã nisi operculis muniantur, q̃tulumcunq; aquæ, uel ciborum ineſt, pedibus euertitur. sunt qui à superiore parte foramina ipsis operculis imponant. quod fieri non oportet. nam superſiliens auis proluuie uentris cibos, & aquam conspurcat.

De cibarijs gallinarum. Cap. IIII.

CIBARIA gallinis præbentur optima, pinsitum ordeum, & uicia, nec minus cicercula, tum etiã milium, aut panicum. sed hæc ubi uilitas annonæ permittit. ubi uero ea est carior excreta tritici minute commode dantur. nam per se id frumentum, etiam quibus locis uilissimum est, non utiliter præbetur, quia obest auibus. potest etiam lolium decoctum obijci, nec minus furfures modicæ à farina excreti, qui si nihil habent farris, non sunt idonei, nec tantum appetuntur. Ieiunis cythisi folia, seminaq; maxime probantur, et sunt huic generi gratissima. neq; est ulla regio, in qua nõ possit huius arbusculæ copia esse uel maxima. Vinaceæ quamuis tolerabiliter pascant, dari non debent, nisi quibus temporibus anni aues fœtus non edit. nam & partus raro, & oua faciunt exigua. Sed cum planè post autumnũ cessant à fœtu, possunt hoc cibo sustineri. attamen quæcunq; dabitur esca per cohortem uagantibus die incipiente, & iam in uesperum declinante bis diuidenda est, ut & mane non protinus à cubili latius euagentur, & ante crepusculum propter cibi spem temporius ad officinam redeãt, possitq; numerus capitum sæpius recognosci. nam uolatile pecus facile pastoris custodiam decipit. Sicus etiam puluis, & cinis ubicunq; cohortem porticus, uel tectum protegit, iuxta parietes reponendus est, ut sit, quo aues se perfundant. nam his rebus plumam, pinnasq; emundant. si modo credimus Ephesio Heracleto, qui ait sues cœno, cohortales aues puluere, uel cinere lauari. Gallina post primam emitti, & ante horam diei undecimam claudi debet. cuius uagæ cultus hic, quẽ diximus, erit. nec tamen alius clausæ, nisi quod ea non emittitur, sed intra ornithonem ter die pascitur maiore mensura. nam singulis capitibus quaterni cyathi diurna cibaria sunt, cum uagis terni, uel bini

præbeantur. Habere etiam clausam oportet amplum uestibulum, quò prodeat, & ubi apricetur. idq; sit retibus munitum, ne aquila, uel accipiter inuolet. quas impensas, & curas nisi locis, quibus harum rerum uigent precia, non expedit adhiberi. Antiquissima est autem cũ in omnibus pecoribus, tum in hoc fides pastoris, qui nisi eam domino seruat, nullus ornithonis quæstus uincet impensas. De tutela satis dictum est. nunc reliquum ordinem prosequemur.

De seruandis, & supponendis ouis. Cap. V.

CONFECTA bruma parere ferè id genus auium consueuit. atq; earum, quæ sunt fœcundissimæ, locis tepidioribus. circa Calendas Ianuarias oua edere incipiunt, frigidis autem regionibus eodem mense post Idus. Sed cibis idoneis fœcunditas earum eliciendæ est, quo maturius partum edant. Optime præbetur ad satietatem ordeum semicoctum. nam & maius facit ouorum incrementum, & frequentiores partus. Sed is cibus quasi condiendus est interiectis cythisi folijs, ac semine eiusdem, quæ utraq; maxime putantur augere fœcunditatem auium. Modus autem ciboriorum sit, ut dixi, magis binorum cyathorum ordei, aliquid tamen admiscendum erit cythisi, uel si id non fuerit, uiciæ, aut milij. Curæ autem debebit esse custodi, cum parturient aues, ut habeant quammundissimis paleis constrata cubilia, eaq; subinde conuerrat, & alia stramenta quamrecentissima reponat. nam pulicibus, alijsq; similibus animalibus replentur, quæ secum affert auis, cum ad idẽ cubile reuertitur. Assiduus autem debet esse custos, & speculari parientes, quod se facere gallinæ testantur crebris singultibus interiecta uoce acuta. Obseruare itaq; dum edãt oua, & confestim circumire oportebit cubilia, ut quæ nata sunt recolligantur, notenturq; quæ quoq; die sint edita, ut quamrecentissima supponantur glocientibus. sic enim rustici appellant aues eas, quæ uolunt incubare. Cætera uel reponantur, uel ære mutentur. Aptissima porrò sunt ad excludendum recentissima quæq. Possunt tamen etiã requietæ supponi, dum ne uetustiora sint, quàm dierum decem. Ferè autem, cum primũ partum consumauerint, gallinæ incubare cupiunt ab Idibus Ianuarijs, quod facere non omnibus permittendum est, quoniam quidem nouellæ magis edendis, quàm excubandis ouis utiliores sunt. Inhibeturq; cupiditas incubandi pinnula per nares traiecta. Veteras igitur aues ad hanc rem eligi oportebit, quæ iam sæpius id fecerint, moresq; earum maxime pernosci, quoniã aliæ melius excubãt, aliæ editos pullos cõmodius educant. At è contrario quædam & sua, & aliena oua cõmminuunt, atque cõsumunt, quod facientem proti-

nus submouere conueniet. Pulli autem duarum, aut trium auium excluſi, dum adhuc teneri ſunt, ad unam, quæ ſit melior nutrix, transferri debent, ſed primo quoq; die, dū mater ſuos, & alienos propter ſimilitudinem dignoſcere non poteſt. Veruntamen ſeruare oportet modum. neq; enim debet maior eſſe, quàm triginta capitum. negant enim hoc ampliorem gregem poſſe ab una nutriri. Numerus ouorum, quæ ſubijciuntur, impar obſeruatur, nec ſemper idem. nam primo tempore, ideſt menſe Ianuario quindecim, nec unquam plura ſubijci debēt, Martio XIX. nec his pauciora, unum & uigenti Aprili, tota deinde æſtate uſq; in Calendas Octobris totidem. Poſtea ſuperuacua eſt huius rei cura, quod frigoribus excluſi pulli plerunque intereant. Pleriq; tamen etiam ab æſtiuo ſolſtitio non putant bonam pullationem, quod ab eo tempore etiam ſi facilem educationem habent, iuſtum tñ non capiunt incrementum. Verum ſuburbanis locis, ubi à matre pulli non exiguis precijs ueneunt, nec plerunque intereunt, probanda eſt æſtiua educatio. Semper autem, cum ſupponuntur ouа, conſyderari debet, ut luna creſcente à decima uſque ad quintamdecimam id fiat. nā & ipſa ſuppoſitio per hos ferè dies eſt commodiſſima, & ſic adminiſtrandum eſt, ut rurſus cum excluduntur pulli, luna creſcat, diebus quibus animantur ouа, & in ſpeciem uolucrum conformantur. Ter ſeptenis opus eſt gallinaceo generi. At pauonino, et anſerino paulo amplius ter nouenis, quæ ſiquando fuerint ſupponenda gallinis, prius eas incubare decem diebus fœtibus alienigenis patiemur. Tū demum ſui generis quatuor ouа, nec plura quàm quinq; fouenda recipient. Sed & hæc quammaxima. nam ex puſillis aues minutæ naſcuntur. Cum deinde quis uolet quamplurimos mares excludi, longiſſima quæq;, & acutiſſima ouа ſubijciet, & rurſus cum fœminas, quārotundiſſima. Supponendi autem conſuetudo tradita eſt ab ijs, qui religioſius hæc adminiſtrant eiuſmodi. Primum quāſecretiſſima cubilia eligunt, ne incubantes matrices ab alijs auibus inquietentur. deinde ante quàm conſternant ea, diligenter emundant, paleaſq; quas ſubſtraturi ſunt, ſulfure, & bitumine, atq; ardente teda perluſtrant, & expiatas cubilibus inijciunt, ita factis concauatis nidis, ne ab aduolantibus, aut etiam deſilientibus euoluta decidant ouа. Plurimi etiam infra cubilium ſtramenta graminis aliquid, & ramulos lauri, nec minus allij capita cum clauis ferreis ſubijciunt. quæ cuncta remedia creduntur eſſe aduerſus tonitrua, quibus uitiantur ouа, pulliq; ſemiformes interimuntur ante, quàm toti partibus ſuis conſumentur. Seruat autem qui ſubijcit, ne ſingula ouа in cubili manu componat, ſed totum ouorum numerum in alueolum ligneum conferat. deinde uniuerſum

ſum leniter in præparatum nidum transfundat. Incubantibus autē gallinis iuxta ponendus eſt cibus, ut ſaturæ ſtudioſius nidis immorentur, ne'ue longius euagatæ refrigerēt ouа, quæ quamuis pedibus ipſæ conuertant, auiarius tamen, cum deſilierint matres, circumire debet, ac manu uerſare, ut æqualiter calore concepto fœtale animētur. Quin etiā ſiqua unguibus læſa, uel fracta ſunt, ut remoueat idq; cum fecerit, die undeuigeſimo aiaduertat, an pulli reſtellis ouа percuderint, & auſcultetur, ſi pipiant. nam ſæpe propter craſſitudinem putaminum erumpere non queunt. Itaq; hærentes pullos manu eximere oportebit, & matri fouendos ſubijcere, idq; non amplius triduo facere. nam poſt unum & uigeſimum diē ſilētia ouа carent animalibus. eaq; remouenda ſunt, ne incubans inani ſpe diutius detineatur effœta. Pullos autem nō oportet ſingulos, ut quiſq; natus ſit, tollere, ſed uno die in cubili ſinere cum matre, & aqua, ciboq; abſtinere, dum omnes excludantur. Poſtero die, cum grex fuerit effœtus, hoc modo deponitur. Cribro uitiario, uel etiam loliario, qui iam fuerit in uſu, pulli ſuperponantur. deinde pulegij ſurculis fumigentur. ea res uidetur prohibere pituitam, quæ celerrime teneros interficit. Poſt hæc cauea cū matre claudendi ſunt, & farre ordeaceo cum aqua incocto. uel adoreo farre uino reſperſo modice alendi. nā maxime cruditas uitanda eſt, & ob hoc tertia die cauea cum matre continendi ſunt, priuſq; quàm emittantur ad recentem cibum, ſinguli tentandi, nequid heſterni habeant in gutture. nam ſi uacua non eſt ingluuies, cruditatem ſignificat, abſtinerique debent, dum concoquant. Longius autem non eſt permittendum teneris euagari, ſed circa cauеam continendi ſunt, & farina ordeacea paſcendi, dum corroborentur. Cauendumq; ne à ſerpentibus adflentur, quarum odor tam peſtilens eſt, ut interimat uniuerſos. id uitatur ſæpius incenſo cornu ceruino, uel galbano, uel muliebri capillo. quorum omnium ferè nidoribus prædicta peſtis ſubmouetur. Sed & curandum erit, ut tepide habeantur. nam nec calorem, nec frigus ſuſtinent. Optimumq; eſt infra officinam clauſos haberi cū matre, & poſt quadrageſimum diem poteſtatem uagandi fieri. Sed primis quaſi infantiæ diebus pertractandi ſunt, plumulæq; ſub cauda clunibus detrahendæ, ne ſtercore coinquinatæ dureſcant, & naturalia præcludant. Quod quamuis cauеatur, ſæpe tamen euenit, ut aluus exitum non habeat. itaq; pinna perfunditur, & iter digeſtis cibis præbetur. Sed & iam ualidioribus factis, atque ipſis matribus etiam uitanda pituitæ pernicies erit. Quæ ne fiat, mundiſſimis uaſis, & quampuriſſimam præbebimus aquam. nec minus gallinaria ſemper fumigabimus, & emundata ſtercore liberabimus. quod ſi ta-

men pestis peruaserit, sunt qui spicas allij tepido madefactas oleo faucibus inferant. Quidam hominis urina tepida rigant ora, & tandiu comprimunt, dum eas amaritudo cogat per nares emoliri pituitæ nauseam. Vua quoque, quam græci ἀφρίαν σαφύλην uocant, cum cibo missa prodest. Vel eadem pertrita, & cum aqua potui data. Atque hæc remedia mediocriter laborantibus adhibentur. nam si pituita circumuenit oculos, & iam cibos auis respuit, ferro rescindũtur genæ, & coacta sub oculis sanies omnis exprimitur. atque ita paulum triti salis uulneribus infriatur. Id porrò uitium maxime nascitur cum frigore, & penuria cibi laborant aues. Item cum per æstatem consistens in cohortibus aqua potatur. item cum ficus, aut uua immatura nec ad satietatem permissa est, quibus scilicet cibis abstinendæ sunt aues, eosq; ut fastidiant efficit una labrusca de uepribus immatura lecta, quæ cum farre tritico minuto cocta obijcitur esuriẽtibus, eiusq; sapore offensæ aues, omnem aspernantur uuam. Similis ratio est etiã caprifici, quæ decocta cum cibo præbetur auibus, & ita fici fastidium creat. Mox quoq; sicut in cæteris pecoribus eligenda quæq; optima, et deteriora uendenda. seruetur etiam in hoc genere, ut per autumni tempus omnibus annis, cum fructus earum cessat, numerus quoq; minuatur. Summouebimus autem ueteres, id est quæ trimatum excesserunt. Item quæ aut parum fœcundæ, aut parum bonæ nutrices sunt, & præcipue quæ oua uel sua, uel aliena consumunt. Nec minus, quæ uelut mares cantare, atq; etiã calcare cœperunt. Item serotini pulli, q ab solstitio nati capere iustum incrementum non potuerunt. In masculis autem non eadẽ ratio seruabitur, sed tandiu custodiemus generosos, quandiu fœminã implere potuerint. Nã rarior est in his auibus mariti bonitas. Eodẽ quoq; tempore cũ parere desinẽt aues, id est ab Idibus Nouẽbris precosiores cibi subtrahẽdi sunt, & uinacea præbẽda, quæ satis cõmode pascunt adiectis interdũ tritici excrementis.

De Ouis. Cap. VI.

OVORVM quoq; longioris temporis custodia non aliena est huic curæ quæ commode seruantur per hyemem, si paleis obruas, æstate si furfuribus. Quidam prius trito sale sex horis adoperiunt. deinde eluunt, atq; ita paleis, aut furfuribus obruunt. nonnulli solida, multi etiam fresa faba caggerant. alij salibus integris adoperiunt. Alij muria tepefacta durant. sed omnis sal quemadmodum non patitur putrescere, ita minuit oua, nec sinit plena permanere, quæres ementem deterret. Itaq; ne in muriam quidem qui dimittunt, integritatem ouorum conseruant.

De gallinis farciendis. Cap. VII.

PIGNVEM quoq; facere gallinam, quamuis fartoris, non rustici sit officium, tamen quia non ægre contingit, præcipiendum putaui. Locus ad hanc rem desyderatur calidus maxime, & minimi luminis, in quo singulæ caueis angustioribus, uel sportis inclusæ pendeãt aues, sed ita coarctatæ, ne uersari possint. Verum habeant ex utraq; parte foramina. Vnum, quo caput exeratur, alterum, quo cauda, clunesq; , ut & cibos capere possint, & eos digestos sic edere, ne stercore coinquinentur. Substernatur autem mundissima palea, uel molle fœnum, ideſt cordum. nam si dure cubant, non facile pinguescunt. Pluma omnis è capite, & sub alis, atque clunibus detergetur. Illic ne pædiculum creet, hic ne stercore locat naturalia exulceret. Cibus autem præbetur ordeacea farina, quæ cum est aqua conspersa, & subacta, formantur offæ, quibus aues saginantur. Eæ tamen primis diebus dari parcius debent, dum plus concoquere consuescant. Nam cruditas uitanda est maxime, tantumq; præbendum, quantũ digerere possint. neq; ante recens admouenda est, quàm tentato gutture apparuerit nihil ueteris escæ remansisse. Cum deinde satiata est auis, paululum deposita caueæ dimittitur, sed ita ne uagetur, sed potius, siquid est, quod eam stimulet, aut mordeat, rostro persequatur. Hæc enim ferè communis est cura farcientium. nam illi, qui uolunt non solum opimas, sed etiam teneras aues efficere, mulsea recente aqua prædicti generis farinam conspergunt, & ita farciunt. nonnulli tribus aquæ partibus unam boni uini miscent, madefactóq; tritico pane obesant auem, quæ prima luna (quoniam id quoq; custodiendum est) saginari cœpta, uigesima pergliscit. sed si fastidiet cibum, totidem diebus munere oportebit, quot iam farturæ processerint ita tamen, ne tempus omne opimãdi quintam & uigesimam lunam superueniat. Antiquissimum est autem maximam quanq; auem lautioribus epulis destinare. sic enim digna merces sequitur operam, & impensam.

De palumbis, & columbis farciendis, & columbarijs constituendis. Cap. VIII.

HAC eadem ratione palumbos, colũbosq; cællares pinguissimos facere contingit. neque est tamen in columbis farciendis tantus reditus, quantus in educandis. nam etiam horum possessio non abhorret à cura boni rustici. Sed id genus minore tutela pascitur longinquis regionibus, ubi liber egressus auibus permittitur, quoniã uel summis turribus, uel edissimis ædificijs assignatas sedes frequentant patenti-

bus feneſtris, per quas ad requirendos cibos euolitant. Duobus tamen, aut tribus menſibus acceptant conditicia cibaria, cæteris ſe ipſas paſcunt ſeminibus agreſtibus. Sed hoc ſuburbanis locis facere non poſſunt, quoniam intercipiuntur uarijs aucupum inſidijs. itaque clauſæ intra tectum paſci debent, nec in plano uillæ loco, nec in frigido, ſed in edito fieri tabulatum oportet, quod aſpiciat hybernum meridiem. Eiuſq; parietes, ne iam dicta iteremus, ut in ornithone præcepimus, continuis cubilibus excauentur. uel ſi ita non competit, paxillis adactis tabulæ ſuperponantur, quæ uel loculamenta, quibus nidificent aues, uel fictilia columbaria recipiant, præpoſitis ueſtibulis, per quæ ad cubilia perueniant. Totus autem locus, & ipſæ columbarum cellæ poliri debent albo tectorio, quoniam eo colore præcipue delectatur hoc genus auium. Nec minus extrinſecus leuigari parietes maxime circa feneſtram, & ea ſit ita poſita, ut maiore parte hyberni diei ſolem admittat, habeatq; appoſitam ſatis amplam caueam retibus munitam, quæ excludat accipitres, & recipiat egredientes ad apricationem columbas nec minus in agros emittant matrices, quæ ouis, uel pullis incubant, ne quaſi graui perpetuæ cuſtodiæ ſeruitio contriſtatæ ſenescant. nam cum paulum circa ædificia uolitauerint, exhilaratæ recreantur, & ad fœtus ſuos uegetiores redeunt, propter quos ne longius quidem euagari, aut fugere conantur. Vaſa, quibus aqua præbeatur, ſimilia eſſe debent gallinarijs, quæ colla bibentium admittant, & cupientes lauari, propter anguſtias non recipiant. nam id facere eas nec ouis nec pullis, quibus plerunq; incubant, expedit. Cæterum cibos iuxta parietem conueniet ſpargi, quoniam ferè partes eæ columbarij caream ſtercore. Commodiſſima cibaria putantur uicia, uel eruum, tum etiam lenticula, miliumq;, & lolium, nec minus excreta tritici, & ſiqua ſunt alia legumina, quibus etiam gallinæ alun tur. Locus autem ſubinde conuerri, & emundari debet. nam quanto eſt cultior, tanto lætior auis conſpicitur, eaq; tam faſtidioſa eſt, ut ſæpe ſedes ſuas peroſa, ſi detur euolandi poteſtas, relinquat, quod frequenter in his regionibus, ubi liberos habent egreſſus, accidere ſolet. Id ne fiat uetus eſt Democriti præceptum. Genus accipitris tinunculum uocant ruſtici, qui ferè in ædificijs nidos facit. Eius pulli ſinguli fictilibus ollis conduntur, ſtipatisq; opercula ſupponuntur, & gypſo lita uaſa in angulis columbarij ſuſpenduntur. quæ res auibus amorem loci ſic conciliat, ne unquam deſerant. Seligendæ uero ſunt ad educationem neq; uetulæ, nec nimium nouellæ, ſed corporis maximi. Curandumq; ſi fieri poſſit, ut pulli, quemadmodum excluſi ſunt, nunquam ſeparentur. nam ferè, ſi ſic maritatæ ſunt, plures educant fœtus. Sin alii-

ter, certe nec alieni generis coniunguntur, ut alexandrinæ, & campanæ. minus enim impares ſuas diligunt, & ideo nec multum ineũt, nec ſæpius fœtant. Plumæ color non ſemper, nec omnibus idem probatus eſt. atque ideo qui ſit optimus, non facile dictu eſt. Albus, qui ubiq; uulgo conſpicitur, à quibuſdam non nimium laudatur, nec tamen uitari debet in ijs, quæ clauſo continentur. nam in uagis maxime eſt improbandus, quod eum facillime ſpeculatur accipiter. Fœcunditas autem, quamuis longe minor ſit, quàm eſt gallinarum, maiorem tamen refert quæſtum nam & octies anno pullos educat, ſi eſt bona matrix, & precijs eorum domini complent aream, ſicut eximius author M. Varro nobis affirmat, qui prodidit etiam illis ſeuerioribus ſuis temporibus paria ſingula, millibus ſingulis ſextertiorum ſolita uenire. nam noſtri pudet ſeculi, ſi credere uolumus, inueniri qui quaternis millibus nummum binas aues mercentur. Quanquam uel os magis tolerabiles putem, qui oblectamenta delitiarum poſſidendi, habendiq; cauſa graui ære, & argento penſent, quàm illos, qui ponticum phaſim, & ſcythicæ ſtagna mæotidis eluant. Iam nunc gangeticas, & ægyptias aues temulenter eructant. Poteſt tamen etiam in hoc auiario, ſicut dictum eſt, ſagina exerceri. nam ſiquæ ſteriles, aut ſordidi coloris interueniunt, ſimiliter ut gallinæ farcuntur. Pulli uero facilius ſub matribus pinguescunt, ſi iam firmis, prius q̃ ſubuolent, paucis ſubtrahas pinnas, & obteras crura, ut uno loco quieſcant, præbeasq; copioſum cibum parientibus, quo & ſe, & eos abundantius alant. Quidam leuiter obligant crura, quoniam ſi frangantur, dolorem, & ex eo maciem fieri putant. ſed nihil iſta res pinguitudinis efficit. nam dum uincula exerere conantur, non conquieſcunt, & hac quaſi exercitatione corpori nihil adijciunt. Fracta crura non plus quàm bidui, aut ſummum tridui dolorem afferunt, & ſpem tollunt euagandi.

De alendis turturibus. Cap. IX.

TVRTVRVM educatio ſuperuacua eſt, quoniam id genus in ornithone nec parit, nec excludit. Aſſolatura ita ut capitur, farturæ deſtinatur. eaq; leuiore cura, q̃ cæteræ aues ſaginatur. Verũ nõ omnibus temporibus. Per hyemem, quamuis adhibeatur opera, difficulter gliſcit. Et tamen, qa maior eſt turdi copia, precium turturũ minuitur. Rurſus æſtate uel ſua ſponte, dummodo ſit facultas cibi, pinguescit. nihil enim aliud, quàm obijcitur eſcæ, ſed præcipue miliũ, nec qa tritico uel alijs frumentis minus craſſeſcant, uerum q̃ ſemine huius maxime

delectantur. Hyeme tamen offæ panis uino madefactæ, sicut etiã palumbos, celerius opimant, q̃ cæteri cibi. Receptacula non tanq̃ colũbis loculamenta, uel cællulæ cauatæ efficiuntur, sed ad lineã mutili ꝑ parietem defixi, tegeticulas cannabinas accipiunt, prætentis retibus, q̃bus prohibeantur uolare, quoniã si id faciant, corpori detrahunt. In his autem assidue pascuntur milio, aut tritico, sed ea semina dari nisi sicca nõ oportet. Satiatq́; semodius cibi in diebus singulis uicenos, & centenos turtures. Aqua semper recens, & quãmundissima uasculis qualibus colũbis, atq; gallinis præbetur. Tegeticulæq́; mundentur, ne stercus urat pedes, quod tamẽ et id ipsum diligenter reponi debet ad cultus agrorũ, arborumq́; sicut & omnium auium, præterquam nãtium. Huius auis ætas ad saginam non tam uetus est idonea, quàm nouella. Itaq; circa messem, cum iam confirmata est pullities, eligitur.

De turdis educandis. Cap. X.

TVRDIS maior opera, & impensa præbetur, qui omni q̃dẽ rure, sed salubrius in eo pascuntur, in quo capti sunt. nam difficulter in aliam regionem transferuntur, quia caueis clausi plurimi despõdent. quod faciunt etiam cum eodem momento temporis à rete in auiaria coniecti sunt. itaq; ne id accidat, ueterani debent intermisceri, qui ab aucupibus in hunc usum nutriti, quasi allectores sint captiuorũ, mœstitiamq́; eorum mitigent interuolando. Sic enim consuescent & aquam, & cibos appetere feri, si mansuetos id facere uiderint. locum æque munitum, et apricum, quàm columbi desyderant, sed in eo trãsuersæ perticæ perforatis parietibus aduersis aptantur, quibus insideant, cum satiati cibo requiescere uolunt. eæ perticæ non altius à terra debent subleuari, quàm hominis statura patiatur, ut à stante contingi possint. cibi ponuntur ferè partibus his ornithonis, quæ super se perticas non habent, quo mundiores permaneant. semper autem arida ficus diligenter pinsita, et permista polline, præberi debet, tam large quidem, ut supersit. hanc q̃dã mandunt, & ita obijciunt. sed istud in maiore numero facere uix expedit, quia nec paruo conducuntur, q̃ mandant, & ab ijs ipsis aliquantũ propter iucunditatẽ consumitur. multi uarietatem ciborum, ne unum fastidiant, præbendam putant. ea est cum obijciuntur myrti, & lentisci semina. item oleastri, & ederaceæ bacæ, nec minus arbuti. Ferè enim etiam in agris ab eiusmodi uolucribus hæc appetuntur, quæ in auiarijs quoq; desidẽtium detergent fastidia, faciuntq́; auidiorem uolaturam, quod maxime expedit. nam largiore cibo celerius pinguescit, semper tamen etiam canaliculi milio repleti apponuntur, quæ est firmissima esca. nam illa, quæ

supra diximus, pulmentariorum uice dantur. uasa quibus recens, & munda præbeatur aqua, non dissimilia sint gallinarijs. hac impẽsa, curaq́; M. Terentius ternis sæpe denarijs singulos emptitatos esse significat auorum temporibus, quibus qui triumphabant, populo dabant epulum. at nũc ætatis nostræ luxuries quotidiana fecit hæc pretia. propter quæ ne rusticis quidem contemnendus sit hic reditus. atq; ea genera, quæ intra septa uillæ cibantur, ferè persecuti sumus, nunc de his dicendum est, quibus etiam exitus ad agrestia pabula dantur.

De pauonibus educandis. Cap. XI.

PAVONVM Educatio magis urbani patrisfamiliæ, quàm tetrici rustici curam poscit. sed ne hæc tamen aliena est agricolæ captantis undique uoluptates acquirere, quibus solitudines ruris eblandiantur. Harum autem decor auium etiam exteros, nedum dominos oblectat. itaque genus alitum nemorosis, & paruulis insulis, quales obiacent Italiæ, facillime cuntinetur. nam quoniam nec sublimiter potest, nec per longa spatia uolitare, tum etiam quia furis, ac noxiorũ animalium rapinæ metus non est, sine custode tutò uagatur. maioremq́; pabuli partem sibi acquirit. fœminæ quidem sua sponte tanquam seruitio liberatæ studiosius pullos enutriunt. nec curator aliud facere debet, quàm ut diei certo tempore signo dato, iuxta uillam gregem conuocet, & exiguum ordei concurrentibus obijciat, ut nec auis esuriat, & numerus aduenientium recognoscatur. sed huius possessionis rara conditio est, quare mediterraneis locis maior adhibenda cura est. eaq́; sic administretur herbidus, syluestrisq́; ager planus sublimi clauditur maceria, cuius tribus lateribus porticus applicantur. et in quarto duæ cællæ, ut sit altera custodis habitatio, atque altera stabulum pauonum. sub porticibus deinde per ordinem fiunt arundinea septa in modum cauearum, qualia columbarij tectis superponuntur. ea septa distinguntur uelut clatris intercurrentibus calamis, ita ut ab utroque latere singulos aditus habeant. Stabulum autem carere debet uligine, cuius in solo per ordinem figuntur breues paxilli, eorumq́; partes summæ lingulas edolatas habent, quæ transuersis foratis perticis inducantur, hæ porrò quadratæ perticæ esse debent, quæ paxillis superponuntur, ut auem recipiant adsilientem. sed iccirco sunt exemptiles, ut cum res exigit, à paxillis deductæ liberum aditum conuerrẽtibus stabulum præbeant. hoc genus auium, cum trimatum expleuit, optime progenerat. siquidem tenerior ætas aut sterilis, aut parum fœcunda est. Masculus pauo gallinaceam salacitatem habet, atque ideo quinque fœminas desyderat. nam si unam, uel alte

ram fœtam sæpius compressit, uix dum conceptu in aluo uitiat oua, nec ad partum sinit perduci, quoniam immatura genitalibus locis excidunt. ultima parte hyemis concitantibus libidinem cibis utriusque sexus accendēda uenus est. maxime facit ad hanc rem, si faúilla leui torreas fabam, tepidamq; dies ieiunis quinto quoque die. nec tamen excedas modum sex cyathorum in singulas aueis. hæc cibaria non omnibus promiscue spargenda sunt, sed in singulis septis, quæ arundinibus intexi oportere proposueram, portione seruata quinque fœminarum & unius maris ponenda sunt cibaria, nec minus aqua, quæ sit idonea potui. quod ubi factum est, mares sine rixa deducuntur in sua quisque septa cum fœminis, et æqualiter uniuersus grex pascatur. nam etiam in hoc genere pugnaces inueniuntur masculi, qui & à cibo, & à coitu prohibent minus ualidos, nisi sint hac ratione separati. Ferè autem locis apricis ineundi cupiditas exercet mares, cum fauonij spirare cœperunt. id est tempus ab idibus Februarijs ante Martium mensem. Signa sunt extimulatæ libidinis, cum semetipsum ueluti mirantem caudæ gemmantibus pinnis protegit. idq; cum facit, rotare dicitur. Post admissuræ tempus confestim matrices custodiendæ sunt, ne alibi quàm in stabulo fœtus edant, sæpiusq; digitis locæ fœminarum tentanda sunt. nam in promptu gerunt oua, quibus iam partus appropinquat. itaque includendæ sunt enitentes, ne extra clausum fœtum edant. maximéq; temporibus ijs, qbus parturiunt, pluribus stramentis exaggerrandum est auiarium, quo tutius integri fœtus excipiantur. nam ferè pauones, cum ad nocturnam requiē uenerūt, prædictis perticis insistentes, enituntur oua, quæ quo propius, ac mollius deciderint, illibatam seruant integritatē. quotidie ergo diligenter mane temporibus fœturæ stabula circumeunda erunt, & iacentia cua colligenda. quæ ǧto recentiora gallinis subiecta sunt, tanto commodius excluduntur. idq; fieri maxime patrifamilias ratione conducit. nam fœminæ pauones, quæ non incubant, ter anno ferè partus edūt, at quæ fouent oua, totum tempus fœcunditatis aut excludēdis, aut etiam educandis pullis consumunt. Primus est partus quinq; ferè ouorum. Secundus quatuor. Tertius aut trium, aut duorum. neq; est quod committatur, ut rhodiæ aues pauoninis incubent, quæ ne suos quidem fœtus commode nutriunt, sed ueteres maxime quæq; gallinæ uernaculi generis eligantur. eæq; nouem diebus à primo lunæ incremento, nouenis ouis incubent, sineq; ex his quinq; pauonina, & cætera gallinacei generis. Decimo deinceps die omnia gallinacea subtrahantur. & totidem recentia eiusdem generis supponantur, ut trigesima luna, quæ est ferè noua, cùm pauoninis excludantur. Sed custodis cura

non effugiat obseruare desilientem matricem, sæpiusq; ad cubile peuenire, & pauonina oua, quæ propter magnitudinem difficilius à gallina mouentur, uersare manu. idq; quo diligentius faciat, una pars ouorum notanda est atramento, quod signum habebit auiarius an à gallina conuersa sint. Sed, ut dixi, meminerimus cohortales quam maximas ad hanc rem præparari, quæ si mediocris habitus sunt, non debent amplius quàm terna pauonina, & sena generis sui fouere. cū deinde fecerit pullos ad aliam nutricem gallinacei debebunt transferri, & subinde qui nati fuerint pauonini ad unam congregari, donec quinq; & uiginti capitum grex efficiatur. sed cum erunt editi pulli, similiter ut gallinacei primo die non amoueantur, postero die cū educatrice transferantur in caueam. primusq; diebus alantur ordeaceo farre uino respersō. nec minus ex quolibet frumento cocta pulticula, & refrigerata. post paucos deinde dies huic cibo adiiciundū erit concisum porrū tarentinum, & cæsus mollis uehementer expressus. nā serum nocere pullis manifestum est. Locustæ quoq; pedibus ademptis utiles cibandis pullis habentur, atq; ijs pasci debent usq; ad sextum mensem. postmodum satis est ordeum de manu præbere. Possunt autē post quintum, & trigesimum diē quàm nati sunt, etiam in agro satis tutò educi, sequiturq; grex uelut matrē gallinam singultientē. ea cauea clausa fertur in agrum à pastore, & emissa ligato pede, longa linea gallina custoditur, ad quam circumuolant pulli, qui cum ad satietatem pasti sunt, reducuntur in uillam persequentes, ut dixi, nutricis singultus. satis autē conuenit inter authores non debere alias gallinas, quæ pullos sui generis educant, in eodē loco pasci. nam cum conspexerunt pauoninā prolē, suos pullos diligere desinunt, & immaturos relinquunt, perosæ uidelicet, quod nec magnitudine, nec specie pauonipares sint. uitia quæ gallinaceo generi nocere solent, eadem has aues infestant. sed nec remedia tradūtur alia, quàm quæ gallinaceis adhibentur. nā & pituita, & cruditas, & si quæ aliæ sunt pestes, ijsdē remedijs, quæ præposuimus, prohibentur. Septimum deinde mensem cum exæsserunt, in stabulo cum cæteris ad nocturnam requiem debent includi. sed erit curandum, ne humi maneant. nam qui sic cubitant, tollendi sunt, & supra perticas imponendi, ne frigore laborent.

De numidicarum, & rusticarum gallinarum educatione. Cap. XII.

NVMIDICARVM eadē est ferè, quæ pauonum educatio. cæterum syluestres gallinæ, quæ rusticæ appellantur, in seruitute nō fœtant. & ideo nihil de his præcipimus, nisi ut cibus ad satietatem præbeatur, quo sint conuiuiorum epulis aptiores.

De auibus, quas græci ἀμφίβια, latini duplicis uitæ appellant. Cap. XIII.

VENIO Nunc ad eas aues, quas græci uocant ἀμφίβια, quia non tantum terrestria, sed aquatilia quoq; desyderant pabula. nec magis humo, quàm stagno cõsueuerũt. cuius q; generis anser præcipue rusticas gratus est, quod nec maximam curam poscit, & solertiorẽ custodiam præbet, quam canis. nam clangore prodit insidiantem, sicut etiam memoria tradidit in obsidione capitolij, cum aduentu Gallorũ uociferatus est, canibus silentibus. is autem non ubiq; haberi potest, ut existimas uerissime Celsus, qui sic ait. anser neq; sine aqua, nec sine multa herba facile sustinetur, neq; utilis est locis cõsitis, quia quicquid tenerum contingere potest, carpit. Sic ubi uero flumen, aut lacus est, herbæq; copia, nec nimis iuxta satæ fruges, id quoq; genus nutriendum est, quod etiam nos facere cõsensimus, non quia magni sit fructus, sed quia minimi oneris. attamen præstat ex sẽ pullos, atq; plumam, quam non ut in ouibus lanam semel demutere, sed bis anno, uere, & autumno uellere licet. atq; ob has quidem causas, si permittit locorum conditio, uel paucos utiq; oportet educare, singulisq; maribus ternas fœminas destinare. nam propter grauitatem plures inire non possunt. quinetiam intra cohortem, ut protecti sint secretis angulis haras facere oportet, in quibus cubitent, & fœtus edant.

De anseribus educandis, & anserario cõstituendo. Cap. XIIII.

QVI VERO greges nantium possidere student, chenoboscia cõstituant, quæ tum demum uigebunt, si fuerint ordinata ratione talicohors ab omni cætero pecore secreta clauditur alta nouem pedum, maceria, porticibusq; circundata ita, ut in aliqua parte sit cælla custodis. sub porticibus deinde quadratæ haræ cumulis, uel etiam lateribus extruuntur. quas singulas satis est habere quoquouersus pedes ternos, & aditus singulos firmis ostiolis munitos, quia per fœturã diligenter claudi debent, & extra uillam. deinde non lõge ab ædificio si est stagnum, uel flumen, alia nõ quæratur aqua. sin aliter, lacus, piscinaq; manu fiant, ut sint quibus inurinare possint aues. nam sine isto præsidio non magis, quàm sine terreno recte uiuere queunt. Palustris quoq; sed herbidus ager desinetur, atq; alia pabula conferantur, ut uicia, trifoliũ, fœnum græcum, sed præcipue genus intubi, quod σέρι græci appellant. lactucæ quoq; in hunc usum semina uel maxime serenda sunt, quoniam & mollissimum est olus, & libentissime ab his auibus appetitur. Tum etiam pullis utilissima est esca. hæc cipræparata sunt, curandum est, ut mares, fœminæq; quamamplissi-

mi corporis, & albi coloris eligantur. nam est aliud genus uarium, quod à fero mitigatum domesticum factum est. id neq; æque fœcundum est, nec tam pretiosum, propter quod minime nutriendum est. Anseribus admittendis tempus aptissimum est à bruma, mox ad parien dum, & ad incubandum à Calen. Martij usq; ad solstitium, quod fit ultima parte mensis Iunij. Ineunt autem non, ut priores aues, de quibus diximus, insistentes humi nam ferè in flumine, aut piscinis id faciunt. singulæq; ter anno pariunt, si prohibeantur fœtus suos excludere, quod magis expedit, quàm quod ipsæ suos fouent. nam et à gallinis melius enutriuntur, & longe maior grex efficitur. pariunt autem singulis fœtibus oua, primo quina, sequẽti quaterna, nouissimo terna. quem partum nonnulli permittunt ipsis matribus educare, quia reliquo tempore anni uacaturæ sunt à fœtu. Minime autem cœnædendum est fœminis extra septum parere, sed cum uidebuntur sedẽ quærere, comprimendæ sunt, atq; tentandæ. nam si appropinquant partus, digito tanguntur oua, quæ sunt in prima parte locorum genitaliũ. quam obrẽ perducta ad haram debent, in ludiq; ut fœtum edãt. idq; singulis semel fecisse satis est, quoniam una quæq; recurrit eodem, ubi primo peperit. sed nouissimo fœtu cum uolumus ipsas incubare, notandi erunt uniuscuiusque partus, ut suis matribus subiiciantur, quoniam negatur anser aliena excudere oua, nisi subiecta sua quoq; habuerit. Supponuntur autem gallinis huius generis oua, sicut pauonina plurima quinque, paucissima tria. ipsis autem anseribus paucissima VII. plurima XV. Sed custodiri debet, ut ouis subiiciantur radices urticarũ, quo quasi remedio mediçantur, ne noceri possit excussis anseribus, quos enecant urticæ, si teneros pupugerint. pullis autem formãdis, excudendisq; triginta diebus opus est, cum sunt frigora. nam tepidis quinq; & uiginti satis est. Sæpius tamen anser trigesimo die nascitur, atq; is dum exiguus est. Decẽ primis diebus pascitur in hara clausus cum matre. postea cum serenitas permittit, producitur in prata, & ad piscinas cauendumq; est, ne aut aculeis urticæ compungatur, aut esuriens mittatur in pascuum, sed ante concisis intubis, uel lactucæ foliis saturetur. nam si adhuc parum firmus, & indigens cibo rum peruenit in pascuum, fruticibus, aut silidioribus herbis obluctatur ita pertinaciter, ut collum abrumpat. milium quoq; aut etiam triticum mistum cum aqua recte præbetur, atq; ubi se paulum confirmauit, in gregem æqualium compellitur, & ordeo alitur. quod & matricibus præbere non inutile est. Pullos autem non expedit plures in singulas haras, quàm uicenos adiici, nec rursus omnino cũ maioribus includi, quoniam ualidior enecat infirmum. Cællas, in quibus in-

cubitant, siccissimas esse oportet, substratas q; habere paleas, uel si eæ non sunt, gratissimum quod q; fœnum. cætera eadem, quæ in alijs generibus pullorum seruanda sunt, ne coluber, ne uipera, feles q; aut etiam mustella possit aspirare. quæ ferè perniciès ad internetionem prosternũt teneros. sunt qui ordeum maceratum incubantibus apponãt, nec patiantur matrices sæpius nidũ relinquere. deinde pullis exclusis primis quinq; diebus polentam, uel maceratum far, sicut pauonibus obijciunt. Nonnulli etiam uiride nasturtium cõsectum minutatim cum aqua præbent, eaq; eis est esca iucundissima mox ubi quatuor mensium sunt, farturæ maximus quisq; destinatur, quoniã tenera ætas præcipue habetur ad hanc rem aptissima. et est facilis harum auium sagina. nam præter polẽtam, et pollinem ter die nihil sanè aliud dari necesse est, dummodo large bibendi potestas fiat. ne uagandi facultas detur. sint q; calido, et tenebroso loco. quæ res ad creãdas adipes multum conferunt. hoc modo duobus mensibus pinguescunt, et ea propter etiam tenerrima pullities sæpe. XL. diebus redditur opima.

De anatibus, querquedulis, & similibus. Cap. XV.

NEOSSOtropheri cura similis, sed maior impensa est, nam clausæ pascuntur anates, querquedulæ, boschides, phalerides, similes q; uolucres, quæ stagna, & paludes rimantur. locus planus eligatur, u q; minutur sublimiter pedum quindecim macèria. deinde clatris superpositis, uel grandi macula retibus contegatur, ne aut euolandi sit potestas domesticis auibus, aut aquilis, uel accipitribus inuolandi. Sed ea tota macèries opere tectorio leuigatur extra, intra q;, ne feles, aut uipera perrepat. media deinde parte neossotropheri lacus defoditur in duos pedes altitudinis, spatium q; longitudini datur, & latitudini quantum loci conditio permittit. Ora lacus ne corrumpantur uiolentia restagnantis undæ, quæ semper interfluere debet, opere signino consternuntur. ea q; non in gradus oportet erigi, sed paulatim cliuo subsidere, ut tanquam è litore descendatur in aquam. Solum autem stagni per circuitum, quod sit instar meditotius duarũ partium lapidibus inculcatis, ac tectorio muniendum est, ne possit herbas euomere, præbeat q; nantibus aquæ puram superficiem. Media rursus terrena pars esse debet, ut collocatis conseratur, alijs q; familiaribus aquæ uiridibus, quæ inopacant auium receptacula. sunt enim quibus cordi est uel in syluulis tamaricum, aut sirporum frutetis immorari nec ob hanc tamen causam totus locus syluulis occupetur, sed ut dixi per circuitum uacet, ut sine impedimento, cum apricitate diei gestiunt aues, nandi uelocitate conuertent. nam quemadmodum desyderant

derant esse ubi irrepant, & ubi delitescentibus fluuiaticis animalibus insidientur, ita offenduntur, si non sunt libera spatia, qua permeent extra lacum. deinde per uicenos undique pedes gramine ripæ ueshantur. sint q; post hunc agri modum circa macèriam, lapide fabricata, & expolita tectorijs pedalia in quadratum cubilia, quibus nidificent aues. ea q; contegantur intersitis buxeis, aut myrteis fruticibus, qui non excedant altitudinem parietum. statim deinde perpetuus canaliculus humi depressus construatur, per quem quotidie misti cum aqua cibi decurrant, sic enim pabulatur id genus auium. gratissima est & esca terrestris leguminis panicum, & milium, nec non & ordeum, sed ubi copia est, etiam glans, ac uinacea præbeantur. Aquatilibus autem cibis, si sit facultas, datur cammarus, & riualis allecula, uel siqua sunt incrementi parui fluuiorum animalia. tempora concubitus, eadem q; cæteri syluestres aliter obseruant Martij, sequentis q; mensis, per quos festucæ, surculiq; in auiarijs passim spargendi sunt, ut colligere possint aues, quibus nidos construant. sed antiquissimum est, cum quis νεοσσοτροφεῖον constituere uolet, ut prædictarum auium circa paludes, in quibus plerunq; fœtant, oua colligat, & cohortalibus gallinis subijciat. sic enim excluſi, educati q; pulli deponunt ingenia syluestria, clausi q; uiuarijs haud dubitanter progenerant. nam si modo captas aues, quæ consueuere libero uictu, custodiæ tradere uelis, parere cunctantur in seruitute. Sed de tutelatium uolucrum satis dictum est.

De piscinis, & piscibus alendis. Cap. XVI.

VERVM opportune, dum meminimus aquatilium animaliũ, ad curam peruenientes piscium, quorum reditum quamuis alienissimum agricultoribus putem (quid enim tam contrarium excogitare queam, quàm terrenum fluido) tamen non omittam, nam & harum studia rerum maiores nostri celebrauerunt, adeo quidem, ut etiã dulcibus aquis marinos clauderent pisces, atque eadem cura mugilem, scaurum q; nutrirent, qua nunc murena, & lupus educatur. Magni enim æstimabat uetus illa Romuli, & Numæ rustica progenies, si urbanæ uitæ comparetur uillatica, nulla parte copiarum defici quamobrẽ non solum piscinas, quas ipsi construxerant, frequentabant, sed etiã quos rerum natura lacus fecerat, conuectis marinis seminibus replebant. inde uelinus, inde etiam sabatinus, & item mulsinensis, & citerior lupos, auratus q; procreauerunt, ac siqua sint alia pisciũ genera dulcis undæ tolerantia. mox istam curã sequens ætas aboleuit, & lautitiæ locupletum maria ipsa, Neptunum q; clauserunt. & iã cum

uorum memoria circunfertur M. Philippi (uelut urbanissimum, qđ erat luxuriosissimum) factum, atq; dictum. nam is forte cassini, cum apud hospitem cœnaret, appositumq; è uicino flumine lupum degustasset, atque expuisset, improbum factum dicto prosecutus. Peream inquit, nisi piscem putaui. Hoc igitur periurium multorũ subtiliorem fecit gulam, doctaq;, & erudita palata fastidire docuit fluuialem lupum, nisi quem Tyberis aduerso torrente defatigasset. Itaq; Terẽtius Varro, Nullus est inquit hoc sæculo nebulo, ac rhynton, qui non iam ducat, nihil sua interesse, utrum eiusmodi piscibus, an ranis frequens habeat uiuarium. Attamen ijsdem temporibus, quibus hanc memorabat Varro luxuriẽ, maxime laudabatur sæueritas Catonis, qui ni hilo minus & ipse tutor Luculli grandi ære sestertium milliumquadringentorum piscinas pupilli sui uenditabat. Iã enim celebres erant delitiæ popinales, cum ab mari deferrentur uiuaria, quorum studiosissimi, uelut ante deuictarũ gentiũ Numantinus, & Isauricus, ita Sergius Orata, & Licinius Murena captorũ pisciũ lætabantur uocabulis. Sed quoniam sic mores obtalluere, non ut hæc usitata, uerum ut maxime laudabilia, & honesta iudicarentur. Nos quoque, ne uideamur tot iam sæculorum seri castigatores, hunc etiam quæstum uillatico patrisfamilias demonstrabimus, qui siue insulas, siue maritimos agros mercatus, propter exilitatem soli, quæ plerunque litori uicina est, fructus terræ præcipere non poterit, ex mari reditum constituat. Huius autem rei quasi primordiũ est naturam loci contemplari, quo piscinas facere constitueris. non enim omnibus litoribus omne genus pisciũ haberi potest. Limosa regio planũ educat piscem, uelut soleã, rhombum, passerem. Eadem quoq; maxime idonea est conchylijs, muricibus, et ostreis, purpurarumq; tum concharũ pectunculis, balanis, uel sphondilis. At arenosi gurgites planos quidẽ non pessime, sed pelagios melius pascunt, ut auratas, ac dentices, puniceasq;, & indigenas, umbras ue, uerum conchylijs minus apti. Rursus optime saxosum mare nominis sui pisces nutrit, qui scilicet, quod in petris stabulentur, saxatiles dicti sunt, ut merulæ, turdiq;, nec minus melanuri. Atque ut litorum, sic & fretorum differentias nosse oportet, ne nos alienigeni pisces decipiant. non enim omni mari potest omnis esse, ut helops, qui pamphilio profundo, nec alio pascitur, ut athlantico faber, qui & in nostro quidiũ municipio generosissimis piscibus adnumeratur, eumq; prisca consuetudine Zeum appellamus, ut Scaurus, qui totius Asiæ, Græciæq; litoribus Sicilia tenus frequentissimus exit, nunquã in ligustricum, nec per Gallias enauit ad hibericũ mare. Itaq; ne si capti quidem perferantur in nostra uiuaria, diuturni queant possideri. Sola ex pretiosis

ex pretiosis piscibus murena, quamuis tarsensis, atrpathiq; pelagi, quod est ultimum uernacula, quouis hospes freto peregrinam mare sustinet. Sed iam de situ piscinarum dicendum est.

De positione piscinæ. Cap. XVII.

STAGNVM censemus eximie optimum, quod sic positum est, ut insequens maris unda priorem submoueat, nec intra conseptum sinat remanere ueterem. nanque id simillimum est pelago, quod agitatum uentis assidue renouatur, nec conualescere potest. quoniam gelidum ab imo fluctum reuoluit in partem superiorem. Id autem stagnum uel exciditur in petra, cuius rarissima est occasio, uel in litore construitur opere signino. sed ut cunq; fabricatum est, si semp influente gurgite riget, habere debet specus iuxta solum. Eorumq; alios simplices, & rectos, quò secedant squamosi greges, alios in cochleam retortos, nec nimis spatiosos, in quibus murenæ delitescant. Quanquam nonnullis commiscẽri eas cum alterius notæ piscibus non placet, qa si rabie uexantur, quod huic generi uelut canino solet accidere, sæuissime persequuntur squamosos, plurimosq; mandendo consumunt. Itineraq;, si loci natura permittit, omni lateri piscinæ dari conuenit. Facilius enim uetus submouetur unda, cum quacunque parte fluctus urget, per aduersam patet exitus. Hos autem meatus fieri censemus per imã conspecti partem. si loci situs ita competit, ut in solo piscinæ posita libella septem pedibus sublimius esse maris æquor ostendat, nam piscibus stagni hæc in altitudinem gurgitis mensura abunde est. nec dubium, quin quanto magis imo mari uenit unda, tanto sit frigidior, quod est aptissimum nantibus. Sin autem locus, ubi uiuarium constituere censemus, pari libra cum æquore maris est, in pedes nouẽ defodiatur piscina, & infra duos à summa parte cuniculus riui perducantur, curandumq; est, ut quamlargissime ueniant, quoniam modus ille aquæ iacentis infra libram maris non aliter exprimitur, quàm si maior recentis freti uis incesserit. Multi putant in eiusmodi stagnis longos piscibus recessus, & fluxuosos in lateribus specus esse fabricandos, quo sint opaciores æstuantibus latebræ. Sed, si recens mare non semper stagnum permeat, id facere contrarium est. nam eiusmodi receptacula nec facile nouas admittunt aquas, nec nisi difficulter ueteres emittunt. plusq; nocet putris unda, quàm prodest opacitas. Debent tamen similes uelut cellæ parietibus excauari, ut sint, quæ protegant refugientes ardorem solis, & nihilo minus facile, quam cæperint aquam, remittant. Verum meminisse oportebit, ut riuis, per quos exũdat piscina, præfigantur ænei foraminibus exiguis cancelli,

quibus impediatur fuga piscium. Si uero laxitas permittit, è litore scopulos, qui præcipue herbis algæ uestiuntur, non erit alienum per stagni spatia disponere, & quantum comminisci ualet hominis ingenium, repræsentare faciem ueri maris, ut clausi quamminime custodiam sentiant. hac ratione stabulis ordinatis aquatile pecus inducemus. Sitq; nobis antiquissimum meminisse etiam in fluuiatili negotio quod in terreno præcipitur, & quid quæque ferat regio. neque enim si uelimus, ut in mari nonunquam conspeximus, in uiuario multitudinem mulorum pascere queamus, cum sit mollissimum genus, et seruitutis indignantissimum. Raro itaque unus, aut alter de multis millibus claustra patitur. At contra frequenter animaduertimus intra septa pelagios greges inertis mugilis, et rapacis lupi. Quare, ut proposueram, qualitatem litoris nostri contemplemur, si uitemus scopulos, an probemus. Turdi complura genera, merulasq; , & auidas mustellas, tum etiam sine macula (nam sunt & uarij) lupos includemus. Item flutas, quæ maxime probãtur, murenas, & siquæ sunt aliæ saxatilis notæ, quarum pretia uigent. nam uile ne captare quidẽ ne dum alere conducat. Possunt ista eadem genera etiam litoris arenosi, stagnis contineri. nam quæ limo, cœnoq; lutescunt, ut ante iam dixi, conchilijs magis, & iacentibus aptæ sunt animalibus. Neque est eadem lacus positio, quæ recipit cubantes. atque eadem præbẽtur cibaria, & prostratis piscibus, & erectis. nanque soleis, ac rhombis, & simillimis animalibus. Humilis in duos pedes piscina deprimitur in ea parte litoris, quæ profluo recessu nunquam destituitur. Spissi deinde clatri marginibus infiguntur, qui super aquã semper emineãt, etiam cum maris æstus intumuerit. Mox præiacuntur in gyrũ moles, ita ut complectantur sinu suo, nec tamen excedant stagni modũ. sic enim & maris atrocitas obiectu crepidinis frangitur, & in trã quillo consistens piscis sedibus suis non exturbatur, neq; ipsum uiuarium repletur algarum congerie, quam tempestatibus eructat pelagi uiolẽtia. Oportebit autem nonullis locis moles interradi more Mædri. paruis sed angustis itineribus, quæ quantalibet hyemis sæuitia mare sine fluctu transmittat. Hinc esca iacentium mollior esse debet, quàm saxatilium. Nam quia dentibus carent, aut lambunt cibos, aut integros hauriunt, mandere quidem non possunt. Itaque præberi conuenit tabenteis haleculas, & salibus exesam chalcidem, putremq; sardiniam, nec minus scaurorum branchias, uel quicquid intestini pelamis, aut lacertus gerit. Tũ scombri, charchariq;, & elactatæ uentriculos, & ne per singula enumerem, salsamentorum omniũ purgamenta, quæ cæteriorum officinis euerruntur. Nos autem plura

nominauimus

nominauimus genera, non quia cuncta cunctis litoribus exeunt, sed ut ex his aliqua, quorum erit facultas, præbeamus. Facit etiam ex pomis uiridibus adaperta ficus. Et nuces digitis infractæ sunt dandæ, nec minus elixum molle sorbum, quiq; sunt cibi sorbilibus proximi, ut mulctra, recens caseus, si loci conditio, uel lactis annona permittit. nulla tamen æque, quàm prædictæ salsuræ pabula commode dantur, quoniam odorata sunt. omnis enim iacens piscis magis naribus escam, quàm oculis uestigat. nam dum supinus semper cubat, sublimius aspectat, & ea, quæ in plano sunt dextra, leuaq; non facile peruidet. Itaq; cum salsamenta obiecta sunt, eorum sequens odorem peruenit ad cibos. Cæteri autem saxatiles, aut pelagici satis ex his, sed ex recentibus melius pascuntur. Nam & halecula modo capta, & cammarus, exiguusq; gobio, & quisquis deniq; est incrementi minuti piscis maiorem alit. Siquando tamen hyemis sæuitia non patitur eius generis escam dari, uel sordidi panis offæ, uel si qua sunt temporis poma concisa præbẽtur. Ficus quidem arida semper obijcitur, eximia si sit (ut Bæticæ, Numidicæq; regionum) larga. Cæterum illud committi non debet, quod multi faciunt, ut nihil præbeant, quia semetipsos etiã diu clausi tolerare possint, nam nisi piscis domini cibarijs saginatur, cum ad piscatorium forum perlatus est, macies indicat eum non esse libero mari captum, sed de custodia elatum, propter quod plurimum pretio detrahitur. Atque hæc uillaticæ pastio finem præsenti disputationi faciat, ne immodico uolumine lector fatigetur. Redibimus autem sequenti exordio ad curam syluestriũ pecorum, cultumq; apum.

LVCII IVNII MODERATI COLVMELLAE DE RE RVSTICA LIBER NONVS.

ENIO nunc ad tutelam pecudũ syluestrium, & apium educationem, quas & ipsas Publi Siluine uillaticas pastiones iure dixerim. Siquidem mos antiquus lepusculis, capreisq; , ac similibus feris iuxta uillam plerunque subiecta dominicis habitationibus ponebat uiuaria, ut & conspectu suo clausa uenatio possidentis oblectaret oculos, & cum exegisset usus epularum, uelut è cælla promerentur. Apibus quoque dabantur sedes adhuc nostra memoria, uel in ipsis uillæ parietibus excisis, uel in protectis porticibus, ac pomarijs. Quare quoniam tituli, quem

scripsimus, huic disputationi ratio reddita est, ea nunc quæ proposuimus, singula persequamur.

De uiuarijs faciendis, & includendis pecudibus feris. Cap. I.

FERAE pecudes, ut capreoli, damæq́; nec minus origum, ceruorũq́; genera, & aprorũ modo lautitijs, & uoluptatibus dominorũ seruiunt, modo quæstui, ac reditibus. Sed qui uenationem uoluptati suæ claudunt, contenti sunt, utcunq; competit proximus ædificio loci situs, munire uiuarium, semperq́; de manu cibos, & aquam præbere. Qui uero quæstum, reditumq́; desyderant, cum est uicinum uillæ nemus (id enim refert non procul esse ab oculis domini (sine cunctatiõe prædictis animalibus destinatur. Et si naturalis defuit aqua, uel inducitur fluens, uel infossi lacus signino consternũtur, qui receptam pluuiatilem contineant. Modus syluæ pro cuiusq; facultatibus occupatur, ac si lapidis, & operæ uilitas suadeat haud dubie cementis, & calce formatus circundatur murus Sin aliter, crudo latere, ac luto constructus. Vbi uero neutrum patrisfamiliæ conducit, ratio postulat uacerris includi. sic enim appellatur genus clatrorum. idq́; fabricatur ex robore, quercu, uel subere. nam oleæ rara est occasio. Quicqd deniq; sub iniuria pluuiarum magis diuturnum est, pro conditione regionis ad hunc usum eligitur. Et si ueteris arboris truncus, siue ut crassitudo postulat, erit fissilus stipes, compluribus locis perlatus efforatur, et in circuitu uiuarij certis interuenientibus spatijs defixus erigitur. deinde per transuersa laterum caua transmittuntur ramices, qui exitus ferarum obserent. Satis est autem uacerras inter pedes octonos defigere, serisq́; transuersis ita clatrare, ne spatiorum laxitas, quæ foraminibus interuenit, pecudi præbeat fugam. Hoc autem modo licet etiam latissimas regiones, tractusq́; montium claudere, sicuti Galliarũ necnon, & in alijs quibusdam prouincijs locorum uastitas patitur. nam & fabricandis ingens est uacerris materiæ copia, & cætera in hanc rem feliciter suppetunt. Quippe crebris fontibus abundat solum, quod est maxime prædictis generibus salutare. Tum etiam sua sponte pabula feris benignissime subministrat, præcipueq́; saltus eliguntur, qui & terrenis fœtibus, & arboreis abundant. nam ut graminibus, ita frugibus roburneis opus habent, maximeq́; laudantur, qui sunt feracissimi, querneæ glandis, & ligneæ, nec minus cerreæ, tum & arbuti, cæterorumq́; pomorum syluestrium, quæ diligentius persecuti sumus, cum de cohortalibus pecudibus disputaremus. Nam eadem ferè sunt pecudum syluestrium pabula, quæ domesticarum. Contentus tamen non debet esse diligens paterfamilias cibis, quos sua-

pte

pte natura terra gignit, sed temporibus anni, quibus syluæ pabulis carent, condita messe, clausis succurrere, ordeoq́; alere, uel adoreo farre, aut faba, plurimumq́; etiam uinaceis, & quicquid denique uilissime constiterit dare. Idq́; ut intelligant feræ præberi, unam, uel alteram domi mansuefactam conueniet immittere, quæ peruagata totum uiuarium cunctanteis ad obiecta cibaria pecudes perducat. Nec solum istud per hyemis penuriam fieri expedit, sed cum etiam fœtæ partus ediderint, quo melius educent natos. Itaque custos uiuarij frequẽter speculari debebit, si iam effœtæ sint, ut manu datis sustineantur frumentis. nec uero patiendus est oryx, aut aper, alius'ue quis ferus ultra quadrimatum senescere. nam usq; in hoc tempus capiunt incrementa, postea macescunt senectute, quare dum uiridis ætas pulchritudinem corporis conseruat, ære mutandi sunt. Ceruus autem cõpluribus annis sustineri potest. nam diu iuuenis possidetur, quod æui longioris uitem sortitus est. De minoris autẽ incrementi animalibus, qualis est lepus, hæc præcipimus, ut in ijs uiuarijs, quæ maceria munita sunt, farraginis, & olerum ferè intubi, lactucæq́; semina paruulis areolis per diuersa spatia factis inijciantur. Itemq́; punicum cicer, uel hoc uernaculum, nec minus ordeum, & cicercula condita ex horreo promantur, & aqua cœlesti macerata obijciantur. nam sicca non nimis ab lepusculis appetuntur. Hæc porrò animalia, uel similia his (etiam silente me) facile intelligitur, quàm non expediat conferre in id uiuarium, quod uacerris circundatum est, siquidem propter exiguitatem corporis facile clatris subrepunt, & liberos nactæ egressus fugam moliuntur.

De apibus. Cap. II.

VENIO nunc ad alueorum curam, de quibus neq; diligentius quicquam præcipi potest, quàm ab Higinio iam dictum est, nec ornatius, quàm Virgilio, nec elegantius, quàm Celso. Higinius ueterum authorum placita secretis dispersa monimentis industrie collegit. Virgilius poeticis floribus illuminauit. Celsus utriusque memorati adhibuit modum. Quare ne attentanda quidem nobis fuit hæc disputationis materia, nisi quod consumatio susceptæ professionis hanc quoq; sui partem desyderabat, ne uniuersitas inchoati operis nostri uelut membro aliquo reciso, mutila, atque imperfecta conspiceretur. Atque ea, quæ Higinius fabulose tradita de originibus apum non intermisit, poeticæ magis licentiæ, quàm nostræ fidei concesserim. Nec sanè rustico dignum est sciscitari, fuerit'ne mulier pulcherrima specie Mellissa, quam Iupiter in apem conuertit, an (ut Euhemerus poeta dicit)

eral ronibus,& ſole genitas apes,quas nymphæ Phruxonides educauerint,mox dictæo ſpeculo Iouis extitiſſe nutrices,eaſq; pabula munere dei ſortitas,quibus ipſæ paruum educauerant aluminũ. Iſtæ enim, quamuis non dedecẽt poetam,ſummatim tamen,& uno tantummodo uerſiculo leuiter attigit Virgilius,cum ſic ait,

Dictæo cœli regem pauere ſub antro.

Sed ne illud quidem pertinet ad agricolas, quando & in qua regione primum natæ ſint. Vtrum in Theſſalia ſub Ariſtæo,an in inſula Cea, ut ſcribit Euhemerus, an Ericthonij temporibus in monte Hymeto,ut Euthronius,an Cretæ Saturni temporibus,ut Nicander. Non magis quàm utrum examina tanquam cætera uidemus animalia cõcubitu ſobolem procreent,an hæredem generis ſui floribus eligant,quod affirmat noſter Maro,& utrum euomant liquorem melis,an alia parte reddant. Hæc enim,& his ſimilia magis ſcrutantiũ rerum naturæ latebras,q̃ ruſticorum eſt inquirere. Studioſis quoq; literarum gratiora ſunt iſta in otio legentibus, q̃ negotioſis agricolis, quoniam neq; in opere,neq; in re familiari quicq̃ iuuant.

Quot genera ſint apum,& quod ex ijs optimum. Cap. III.

QVARE Reuertamur ad ea, quæ alueorum cultoribus magis apta ſunt. Peripateticæ ſectæ conditor Ariſtoteles in ijs libris,quos de animalibus conſcripſit,apũ ſiue examinum genera cõplura demonſtrat,earumq; alias uaſtas,ſed glomeroſas,eaſdemq; nigras,& hirſutas apes habent. alias minores quidẽ,ſed æque rotundas,& inſuſci coloris,horridiq; pili. alias magis exiguas,nec tam rotundas,ſed obeſas tamen,& latas coloris meliuſculi,nonnullas minimas, gracilesq;, & acuti aluei ex aureolo, uarias,atq; leues, eiusq; authoritatem ſequens Virgilius maxime probat parulas,oblongas,leues,nitidas,ardentes auro,& paribus lita cœrpora guttis, moribus etiam placidis. Nam quanto grandior apis,atq; etiam rotundior,tanto peior. Si uero ſæuior maxime peſſima eſt,ſed tamen iracundia notæ melioris apium facile delinitur aſſiduo interuẽtu corũ,qui curant aluearia. nã, cũ ſæpius tractantur,celerius manſueſcũt. Durãtq; ſi diligenter excultæ ſunt,in annos decẽ,nec ullũ examen h ætatẽ poteſt excedere, quãuis in demortuarũ locum quotannis pullos ſubſtituant. Nam ferè decimo ab internitione anno, gens uniuerſa totius aluei cõſumitur. Itaq; ne hoc in toto apiario fiat,ſemper propaganda erit ſoboles,obſeruandumq; uere cum ſe noua profundent examina,ut excipiãtur, & domiciliorum numerus augeatur. nam ſæpe morbis intercipiuntur,quibus quemadmodum mederi oportet,ſuo loco dicetur.

Quales

Quales paſtiones,& qui ſitus paſtionum apũ eſſe debeat. C.IIII.

INTERIM per has notas,quas iã diximus,probatis apibus deſtinari debent pabulationes. eæq; ſint ſecretiſſimæ,ut et noſter præcipit Maro,uiduæ pecudibus,apricæ,& minime procelloſo cœli ſtatu.

Quò neq; ſit uentis aditus,nam pabula uenti
Ferre domum prohibent. neq; oues,hædiq; petuli
Floribus inſultent,aut errans bucula campo
Decutiat rorem,& ſurgentes atterat herbas.

Eademq; regio fœcunda ſit fruticis exigui,& maxime thymi,aut origani,tum etiam tymbræ,uel noſtratis cunilæ,quam ſatureiam ruſtici uocant. Poſt hæc frequens ſit incrementi maioris ſurculus,ut roſmarinus, & utraque cythiſus. Eſt enim ſatiua, & altera ſuæ ſpontis, itemq; ſemper uirens pinus,& minor ilex,nam prolixior ab omnibus improbatur. Ederæ quoque non propter bonitatem recipiuntur, ſed quia præbent plurimum mellis. Arbores uero ſunt probatiſſimæ rutila,atq; alba Ziziphus,nec minus amaranthus,tum etiam amygdalæ,& perſica,atq; pyri,deniq; pomiferarum pleræq;,ne ſingulis immorer. At ſylueſtrium cõmodiſſime faciunt glandifera robora, quinetiam terebinthus,nec diſſimilis huic lentiſcus,& odorata cædrus. At tiliæ ſolæ ex omnibus ſunt nocentes,taxi repudiantur. Mille præterea ſemina uel crudo cæſpite uirentia, uel ſubacta ſulco, flores amiciſſimos apibus creant,ut ſunt in irriguo ſolo frutices amelli. caules acanthini. ſcapus aſphodeli,gladiolus narciſſi. At in hortenſi liræ cõſita nitent candida lilia,nec his ſordidiora leucoia,tum punicæ roſæ,luteolæq;, & ſarranæ uiolæ, nec minus cœleſtis numinis hyacinthus,ceritos item,ſiculuſq; bulbus croci deponitur,q̃ ceoloret,odoretq; mella. Iam uero notæ uilioris innumerabiles naſcuntur herbæ, cultiſq;, atque paſcuis regionibus, quæ fauorum ceras exuberant, ut uulgares lapſanæ,nec his pretioſior armoratia,rapiſtriq; olus, & intubi ſylueſtris, ac nigri papaueris flores. Tum agreſtis paſtinaca, & eiuſdem nominis edomita, quam græci σκυδαῖον uocant. Verum ex cunctis,quæ propoſui, quæq; obmiſi temporis cõpendia ſequens (nam inexputabilis erat numerus) ſaporis præcipui mella reddit thymus. Thymo deinde proxima tymbra,ſerpillumq;,& origanum. Tertiæ notæ,ſed adhuc generoſæ marinus ros,& noſtras cunilæ, quam dixi ſatureiam. Mediocris deinde guſtus amaranthini,ac Ziziphi flores,reliquaq;,quæ propoſuimus cibaria. ſed ex omnibus deterrimæ notæ mel habetur nemorẽſe,quod ex ſparto,atq; arbuto prouenit, uillaticum, quod naſcitur in oleribus,& ſterœro-

sis herbis. Et quoniam situm pastionum, atque etiam genera pabulorum exposui, nunc de ipsis receptaculis, & domicilijs examinum loquar.

De sedibus apum eligendis. Cap. V.

SEDES Apibus collocanda est contra brumalem meridiē procul à tumultu, & cœtu hominum, ac pecudum, nec calido loco, nec frigido, nam utraque re infestantur. Hæc autem sit ima parte uallis, & ut uacuæ cum prodeunt pabulatum apes, facilius editioribus aduolēt, & collectis utensilibus, cum onere per procliuia non ægre deuolent. Si uillæ situs ita competit, non est dubitandū, quin ædificio iunctum apiarium maceria circundemus, sed in ea parte, quæ tetris latrinæ, sterquilinijq;, & balinei libera est odoribus. Verum si positio repugnabit, nec maxima tamen incommoda congruent, sic quoque magis expedit, & sub oculis domini esse apiarium. sin autem cuncta fuerint inimica, certe uicina uallis occupetur, quò sæpius descendere nō sit graue possidenti. nam res ista maximam fidem desyderat, quæ quoniam rarissima est, interuentu domini tutius custoditur. neq; ea curatorem fraudulētum tantum, sed etiam immundæ segnitiæ perosa est. æque enim dedignatur, si minus pure habita est, ac si tractetur fraudulenter. Sed ubicunq; fuerint aluearia, nō editissimo claudantur muro, qui si metu prædonum sublimior placuerit, tribus elatis ab humo pedibus, exiguis in ordinem fenestellis apibus sit peruius. iungaturq; tugurium, quo & custodes habitent, & condatur instrumentū. sitq; maxime repletum præparatis alueis ad usum nouorū examinum, nec minus herbis salutaribus, & siqua sunt alia, quæ languentibus adhibentur.

Palmaq; uestibulum, aut ingens oleaster obumbret,
Vt cum prima noui ducent examina reges,
Vere suo, ludetq; fauis emissa iuuentus
Vicina inuitet decedere ripa calori,
Obuiaq; hospitijs teneat frondentibus arbos.

Tum perennis aqua, si est facultas, inducatur, uel extructo canali manu detur, sine qua neque faui, neque mella, nec pulli denique figurari queunt. Siue igitur, ut dixi, præter fluens unda, uel putealis, canalibus immissa fuerit, uirgis, ac lapidibus aggeretur apum causa,

Pontibus ut crebris possint consistere, & alas
Pandere ad æstiuum solem, si forte moranteis
Sparserit, aut præceps Neptuno immerserit eurus.

Conseri deinde circa totum apiarium debent arbusculæ incrementi parui, maximeq; propter salubritatem. Nam sunt etiam remedio languentibus cythisi, tum deinde casiæ, atq; pini, & rosmarinus, quin etiam cunilæ, & thymi frutices. itemq; uiolarum, uel quæcunq; utiliter deponi patitur qualitas terræ. Grauis, & tetri odoris non solum uirentia, sed & quælibet res prohibeātur, sicuti caneri nidor, cum est ignibus adustus, aut odor palustris cœni, nec minus uitentur cauæ rupes, aut ualles argutæ, quas græci ἤχους uocant.

De uasis alueorum probandis. Cap. VI.

IGITVR ordinatis sedibus, aluearia fabricanda sunt pro cōditione regionis. siue illa ferax est suberis, haud dubitanter utilissimas aluos faciemus ex corticibus, quia nec hyeme rigent, nec candent æstate, siue ferulis exuberat, ijs quoq;, cum sint naturæ corticis similes, è q̄bus commode uasa texuntur. Si neutrum aderit, opere textorio salicibus connectuntur. uel si nec hæc suppetent, ligno cauatæ arboris, aut in tabulas desectæ fabricabuntur. Deterrima est conditio fictiliū, quæ & accenduntur æstatis uaporibus, & gelantur hyemis frigoribus. Reliqua sunt alueorum genera duo ut uel ex fimo fingantur, uel lateribus extruantur. quorum alterum iure damnauit Celsus, quoniā maxime est ignibus obnoxium. alterū probauit, quamuis incommodum eius præcipuum non dissimulauerit, quod si res postulet, trāsferri nō possit. Itaq; non assentior ei, q̄ putat nihilo minus eius generis habendas esse aluos. neq; enim solum id repugnat rationibus domini, quod immobiles sint, cum uendere, aut alios agros instruere uelit (hoc enim commodum pertinet ad utilitatem solius patrisfamilias) sed quod ipsarum apium causa fieri debet, cum aut morbo, aut sterilitate, aut penuria locorum uexatas conueniat in aliam regionem mitti, nec propter prædictam causam moueri poterunt. hoc maxime uitandum est. Itaq; quāuis doctissimi uiri authoritatem reuerebar, tamen ambitione sub mota, quid ipse censerē, non omisi. nam quod maxime mouet Celsum, ne sint stabula uel igni, uel furibus obnoxia, potest uitari opere lateritio circumstructis aluis, ut impediatur rapina prædonis, & contra flammarum uiolentiam protegantur. easdemq;, cum fuerit mouendæ, resolutis structuræ compagibus, licebit transferre.

Quemadmodum aluei collocandi sint. Cap. VII.

SED QVONIAM plerisq; uidetur istud operosum, qualiacunq; uasa placuerint collocari, debebit suggestus lapideus extendi per totum apiarium in tres pedes altitudinis, totidemq; crassitudinis, isq; sic exstructus, diligenter opere tectorio leuigari, ita ne ascensus lacer

tis, aut anguibus, alijs'ue noxijs animalibus præbeatur. superponuntur deinde siue (ut Celso placet) lateribus facta domicilia, siue (ut nobis) aluearia, præterquam à tergo circumstructa, seu quod penè omnium in usu est, qui modo diligenter ista curant, per ordinem uasa dispositа ligantur, uel laterculis, uel cæmentis, ita ut singula binis parietibus angustis contineantur, liberæq; frontes utrinq; sint. nam & quæ procedunt, nonnunquam patefaciendæ sunt, & multo magis à tergo, quia subinde curantur examina. Sin autem nulli parietes alueis interuenient, sic tamen collocandæ erunt, ut paulum altera ab altera distet, ne, cum inspiciuntur ea, quæ in curatione tractantur, hærētem sibi alteram concutiat, uicinasq; apes conterat, quæ omnem motum imbecillis cereis operibus suis, tanquam ruinam timent. Ordines quidem uasorum superinstructos in altitudinem treis esse abūde est, quoniam summum sic quoque parum commode curator inspicit. ora cauearum, quæ præbent apibus uestibula, proniora sint, quàm terga, ut ne influant imbres, & si forte tamen ingressi fuerint, non immorentur, sed per aditum effluant. propter quod conuenit aluearia porticibus supermuniri. sin aliter, luto puniceo frōdibus illinitis adumbrari. quod tegmen cum frigora, & pluuias, tum æstus arcet. Nec tamen ita nocet huic generi caloris æstus, ut hyems. itaque semper ædificium sit post apiarium, quod aquilonis excipiat iniuriam, stabulúq; præbeat teporem. nec minus ipsa domicilia, quamuis ædificio protegantur, obuersa tamen ad hybernum orientem componi debebunt, ut apricum habeant apes matutinum egressum, & sint experrectiores. nam frigus ignauiam creat, propter quod etiā foramina, quibus exitus, aut introitus datur, angustissima esse debent, ut quam minimum frigoris admittant. eaq; satis est ita forari, ne possint capere plus unius apis incrementum. sic nec uenenatus stellio, nec obscœnum scarabæi, uel papilionis genus, lucifugæq; blattæ, ut ait Marro, per laxiora spatia ianuæ fauos populantur. atq; utilissimum est pro frequentia domicilij, duos, uel tres aditus in eodem operculo distantes inter se fieri contra fallaciam lacerti, qui uelut custos uestibuli prodeuntibus inhians apibus affert exitium. eaq; pauciores intereunt, cum licet uitare pestis obsidia per aliud uadentibus effugiunt.

De comparandis apibus, & quemmadmodum syluestria examina capiantur. Cap. VIII.

ATQVE Hæc de pabulationibus, domicilijs, & sedibus eligendis abunde diximus. quibus prouisis, sequitur ut examina desydere mus. ea porrò uel ære parta, uel gratuita contingunt. Sed quas pretio

comparabimus, studiosius prædictis comprobemus notis. & earū frequentiam prius quàm mercemur, apertis aluearibus considerabimus. uel si non fuerit inspiciendi facultas, certe id, quod contemplari licet, notabimus. ut in uestibulo ianuæ complures consistant, & uehemens sonus intus murmurantium exaudiatur. atque etiam (si omnes intra domicilium silentes forte conquieſcant,) labris foramini aditus admotis, & inflato spiritu ex respondente earū subito fremitu poterimus æstimare uel multitudinem, uel paucitatem. Præcipue autem custodiēdum est, ut ex uicinia potius, quàm ex pegrinis regionibus petantur, quoniam solent cœli nouitate lacessiri. quod si nō contingit, ac necesse habuerimus longinqs itineribus aduehere, curabimus, ne salebris solicitentur. optimeq; noctibus collo portabuntur. nam diebus requies danda est, & infundēdi sunt grati apibus liquores, qbus intra claustrum alantur. Mox cum perlatæ domum fuerint, si dies superuenerit, nec aperiri, nec collocari oportebit alueum nisi uesperi, ut apes placidæ mane post totius noctis requiē egrediantur. specularíq; debemus ferè triduo, an uniuersæ se profundant. quod cum faciunt, fugam meditantur. Ea remedia, quibus debeant inhiberi, mox præcipiemus. at quæ dono, uel aucupio contingunt, minus scrupulosè probantur, quanquam nec sic quidē uelim nisi optimas possidere, cum & impensam, & eandem operam custodis postulent bonæ, atque improbæ, & quod maxime refert, non sunt degeneres intermiscendæ, quæ infament generosas. nam minor fructus mellis respondet, cum segniora intercueniunt examina. Verūtamen quoniam interdū propter conditionem locorum uel mediocre pecus (nam malum nullo quidē modo) parandum est, curam uestigandis examinibus hac ratione adhibebimus. Vbicunq; saltus sunt idonei, mellificabilior antiquus, quàm apes, quibus utuntur, uicinos eligunt fontes. eos itaq; conuenit plerūq; ab hora secunda obsideri, specularíq; quæ turba sit aquantiū. nam si paucæ admodū circumuolant (nisi tamē complura capita riuorū diductas faciunt rariores) intelligenda est earū penuria, propter quam locum quoque non est mellificum suspicabimur. at si commeant frequentes, spem quoque aucupandi examina maiorem faciunt. eaq; sic inueniuntur. Primum quàm longe sint explorandum est, præparādumq; in hanc rem liquida rubrica, qua cum festucis illitis contigeris apum terga fontem libantium, commoratus eodem loco facilius redeūtes agnoscere poteris. At si non tarde id facient, scias eas in uicino consistere. sin autem serius, pro moræ tempore æstimabis distantiam loci. sed cum animaduerteris celeriter redeuntes, si non ægræ persequeris iter uolantium, ad sedem perduceris examinis. in ijs autem, quæ lon-

gius meare uidebuntur, solertior adhibebitur cura, quæ talis est. arũdinis internodium cum suis articulis exciditur, & terebratur ab late re talea, & per id foramen exiguo melle, uel defruto istillato, ponitur iuxta fontem. deinde cum ad odorẽ dulcis liquoris cõplures apes irrepserunt, tollitur talea, & apposito foramini pollicẽ nõ emittitur, nisi una, quæ, cum euasit, fugam suã demonstrat obseruanti, atq; is, dũ sufficit, persequitur euolantem. Cum deinde conspicere desijt apẽ, tum alteram emittit. & si eandem petit cœli partem, uestigijs prioribus inhæret, & si minus aliam quoq; atq; aliã foramine adaperto patitur egredi, regionemq; notet, in quam plures reuolent, & eas psequatur, donec ad latebram perducatur examinis. quod si est abditum specu, fumo elicitur, & cum erupit, æris strepitu cœrcetur. nam statim sono territum, uel in frutice, uel in editiore syluæ fronde consident, & à uestigatore præparato uase reconditur. Sin autem sedem habet arboris cauæ, & aut extat ramus, quem obtinent, aut sunt in ipsius arboris trũco, tunc, si mediocritas patitur, acutissima serra, quo celerius id fiat, præciditur primũ superior pars, quæ ab apibus uacat, deinde inferior quatenus uidetur inhabitari. tum recisus utraq; parte mũdo uestimento contegitur, quoniã hoc quoq; plurimũ refert, ac si qbus rimis hiat, illinitur, & ad locum pfertur. relictisq; paruis (ut iã dixi) foraminibus, more cæterarum aluorum collocatur. sed indagatorẽ conueniet matutina tempora uestigandi eligere, ut spatium diei habeat, quo exploret commeatus apum. sæpe enim, si serius cœpit eas denotare, etiam cum in propinquo sunt, iustis operum peractis se recipiunt, nec remeant ad aquã. quo euenit ut uestigator ignoret, quàm longe à fonte distet examen. sunt qui per initia ueris apiastrum, atq; (ut ille uates ait) trita meliphylla, & cærimhæ ignobile gramen, aliasq; colligant similes herbas, quibus id genus animalium delectatur, & ita aluos perfricent, ut odor, & sucus uasi inhæreat. quæ deinde mundata exiguo melle respergant, & per nemora non longe à fontibus disponant, eaq; cum repleta sunt examinibus, domum referant, sed hoc nisi locis, quibus abundant apes, facere non expedit. nam sæpe inania uasa nacti, qui forte prætereunt, secum auferunt. neque tamen est tanti uacua perdere complura, ut uno, uel altero potiare pleno. at in maiore copia etiam si multa intercipiuntur, plus est qđ in reptis apibus acquritur. atq; hæc ẽ ratio capiẽdi syluestria examina.

Quemadmodum uernacula examina obseruantur, & in aluos condantur. Cap. IX.

DEINCEPS talis altera est uernacula retinendi. semp qui-

dem custos sedule circumire debet aluearia. neq; enim ullum tempus est, quo non curam desyderent, sed eam postulant diligentiorem, cum uernant & exundant nouis fœtibus, qui nisi curatoris obsidio protinus excepti sunt, diffugiunt. quippe talis est apium natura, ut pariter quæq; plebs generetur cum regibus, qui ubi euolãdi uires adepti sunt, consortia dedignantur uetustiorum, multoq; magis imperia. quippe cum rationabili genere mortalium, tum magis egentibus consilij mutis animalibus nulla sit regni societas. itaq; noui duces procedũt, cum sua iuuentute, quæ uno, aut altero die in ipso domicilij uestibulo glomerata consistens, egressu suo proprie desyderium sedis ostendit. eaq; uelut patria contenta est, si à procuratore protinus assignetur. Sin autem defuit custos, uelut iniuria repulsa peregrinam regionem petit. quod ne fiat, boni curatoris est uernis temporibus obseruare aluearia in octauam ferè diei horam, postquam non temere se nouæ proripiunt agmina, eorumq; egressus, regressusq; ut diligentius custodiat. Nam quædam solent, cum subito euaserunt, sine cunctatione se proripere. poterit exploratam fugam præscisscere uespertinis temporibus aurem singulis alueis admouendo. siquidem ferè ante triduum, quàm eruptionem facturæ sint, uelut militaria signa mouentium tumultus, ac murmur exoritur. ex quo, ut uerissime dicat Virgilius,

Corda licet uulgi præsciscere, nanq; moranteis
Martius ille æris rauci canor increpat, & uox
Auditur fractos sonitus imitata tubarum.

Itaq; maxime obseruari debet, quæ istud faciunt, ut siue ad pugnam eruperint (nam inter se tanquam ciuilibus bellis, & cum alteris quasi cum exteris gentibus præliantur) siue fugæ causa se proripuerint, præsto sit ad utrunque casum paratus custos, pugna quidem uel unius inter se dissidentis, uel duorum examinum discordantium facile compescitur. nam ut idem ait,

Puluereis exigui iactu compressa quiescit,

Aut mulso, passo ue, aut alio quouis liquore simili respersa uidelicet fimiliari dulcedine sæuientium iras mitigante. nam eadem mire etiam dissidentes reges conciliant. Sunt enim sæpe plures unius populi duces, & quasi procerum seditione plebs in partes diducatur. quod frequenter fieri prohibendum est, quoniam intestino bello totæ gentes consumuntur. Itaq; si constat principibus gratia, manet pax incruenta. Sin autem sæpius aciẽ dimicanteis notaueris, duces seditionum interficere curabis dimicantiũ uero prælia prædictis remedijs sedantur. ac deinde cum agmen glomeratum in proximo frondentis arbusculæ ramo consederit, animaduertito, an totum examen in speciẽ unius unæ

dependeat.idq; signum erit aut unum regem ineſſe, aut certe plures bona fide reconciliatos, quos ſic patieris, dum in ſuum reuolent domicilium. ſin autem duobus, aut etiam compluribus uelut uberibus diductum fuerit examen, ne dubitaueris & plures proceres, et adhuc iratos eſſe, atq; in ijs partibus, quibus maxime uideris apes glomerari, requirere duces debebis. itaq; ſuco prædictarũ herbarum, ideſt meliſſophili, uel apiaſtri manu illita, ne ad tactum diffugiant, leuiter inſeres digitos, & diductas apes ſcrutaberis, donec authorẽ pugnæ, quem elidere debes, reperias.

Quæ ſit forma regis apum. Cap. X.

SVNT autem ij reges maiores paulo, et oblongi magis quàm ceteræ apes rectioribus cruribus, ſed minus amplis pinnis pulchri colore, & nitidi, leueſq;, ac ſine pilo, ſine ſpiculo, niſi quis forte pleniorẽ quaſi capillum, quem in uentre gerunt, aculeũ putet, quo & ipſo tamen ad nocendum non utuntur. quidam etiam infuſci, atq; hirſuti reperiuntur, quorum pro habitu, damnabis ingenium.

Nanq; duæ regum facies, duo corpora gentis.
Alter erit maculis auro ſquallentibus ardens,
Et rutilis clarus ſquamis inſignis, & ore.

Atq; hic maxime probatur, qui eſt melior. nam deterior ſordido ſputo ſimilis tam fœdus eſt, quàm puluere ab alto
Cum uenit, & ſicco terram ſpuit ore uiator. Et, ut idem ait,
Deſidia, latamq; trahens inglorius aluum. Omnes igitur duces notæ deterioris
Dede neci, melior uacua ſine regnet in aula.

Qui tamen & ipſe ſpoliandus eſt alis, ubi ſæpius cum examine ſuo conatur eruptione facta profugere. nam uelut quadã compede retinebimus erronem ducem detractis alis, qui fugæ deſtitutus præſidio, finem regni non audet excedere, propter quod ne ditionis quidem ſuæ populo permittit longius euagari.

Quomodo apium paucitas emendetur. Cap. XI.

SED Nonunquam necandus eſt, cum uetus alueare numero apũ deſtituitur, atq; infrequentia eius aliquo examine replenda eſt. Itaq; cum primo uere in eo uaſe nata eſt pullities, nouus rex elicitur, ut multitudo ſine diſcordia cum parẽtibus ſuis conuerſetur. quod ſi nullam progeniem tulerint faui, duas, uel tres alueorũ plebes in unũ contribuere licebit, ſed prius reſperſas dulci liquore. tum demum include re, & poſito cibo dum cõuerſari conſueſcant, exiguis ſpiramentis relictis

triduo ferè clauſas habere. ſunt qui ſeniorẽ potius regem ſubmoueant, quod eſt contrarium. quippe turba uetuſtior, ſi elidatur uelut quidam ſenatus iunioribus pareat neceſſe eſt, et ſi quæ ſint imperia ualidiorum contumaciter ſpernẽtes, pœnis, ac mortibus afficiuntur. illud tamen incommodum iuniori ex amini ſolet accidere, cum antiquarum apium relictus à nobis rex ſenectute deficit, quod tanquam domino mortuo familia nimia licentia diſcordat, cui facile occurritur, nam ex ijs alueis, quæ plures habent principes, dux unus eligitur. iſq; trãslatus ad eas, quæ ſine imperio ſunt, rector conſtituitur. Poſt autem minore moleſtia in ijs domicilijs, quæ aliqua peſte uexãtur, paucitas apium emendari. Nam ubi cognita eſt clades infrequentis aluei, quos habeat fauos oportet conſyderare. tum deinde, cæræ, quæ ſemina pullorum cõtinet, partem recidere, in qua regij generis proles animatur. ẽ autem facilis conſpectu, quoniam ferè in ipſo fine cerarum uelut papilla uberis apparet eminentior, & laxioris fiſtulæ, quàm ſint reliqua foramina, quibus popularis notæ puli detinentur. Celſus quidem affirmat in extremis fauis tranſuerſas fiſtulas eſſe, quæ contineant regios pullos. Higinius quoque authoritatem græcorum ſequẽs negat ex uernaculo (ut cætera apes) fieri ducem, ſed in circuitu fauorum paulo maiora, quàm ſint plebeij ſeminis inueniri recta foramina repleta quaſi ſorde rubri coloris, ex qua protinus alatus rex figuretur.

De condendo examine, & eius fuga inhibenda. Cap. XII.

EST ET illa uernaculi examinis cura, ſi forte prædicto tempore facta eruptione patriam faſtidiens ſedem longiorẽ, fuga denuntiauit. Id autẽ ſignificat, cum ſic apis euadit ueſtibulum, ut nulla intro reuolet, ſed ſe confeſtim leuet ſublimius. Crepitaculis æreis, aut teſtarum plerunq; uulgo iacentiũ ſonitu terreatur fugiẽs iuuentus. Eaq;, quæ uel pauida, cum repetierit aluum maternam, & in eius aditu glomerata pepẽderit, uel ſtatim ſe ad proximã frondem contulerit, protinus cuſtos nouum loculamentum in hoc præparatum perliniat intrinſecus prædictis herbis. deide guttis mellis reſperſum admoueat. Tum manibus, aut etiam trulla congregatas apes recondat. Atq; uti debet, adhibita cætera cura, diligenter compoſitum, et illitum uas interim patiatur in eodem loco eſſe, dum adueſperaſcat. Primo deinde crepuſculo tranſferat, & reponat in ordinem reliquorum alueorũ. Oportet autem etiam uacua domicilia collocata in apiarijs habere. nã ſunt nonnulla examina, quæ, cum proceſſerint, ſtatim ſedẽ ſibi quærant in proximo, eãdemq; occupent, quam uacuam repererint. Hæc ferè acquirendarum, ac etiam retinendarum apium traditur cura.

Remedia apum laborantium morbo. Cap. XII.

SEQVITVR ut morbo, uel pestilenti laborantibus remedia desyderentur. Pestilentiæ rara in apibus pernicies nec tamen aliud, quàm quod in cætero pecore præcepimus, quid fieri possit reperio, ni si ut longius aluei transferantur. Morborum autem facilius in his et causæ inspiciuntur, & inueniũtur medicinæ. Maximus autem annuus earum labor est initio ueris, quo tithymalli floret frutex, & quo sameram ulmi promunt. nanq; sicut nouis pomis, ita his primitius floribus illectæ auide uescuntur post hybernam famem, nil alioquin citra satietatem, tali nocẽte cibo, quo cum se affatim repleuerint, profluuio alui, nisi celeriter succurritur, intereunt. nam & tithymallus maiorum quoq; animalium uentrẽ soluit, & proprie ulmus apiũ. Eáq; causa est, cur in regionibus Italiæ, quæ sunt eius generis arboribus consitæ, raro frequẽtes durent apes. Itaq; ueris principio si medicatos cibos præbeas, ijsdem remedijs & prouideri potest, ne tali peste uexẽtur, et cum iã laborant, sanari. nam illud, quod Higinius maiores se cutis authores prodidit, ipse non expertus asseuerare non audeo, uolentibus tamen licebit experiri. Siquidẽ præcipit apum corpora, quæ, cum eiusmodi pestis incessit, sub fauis acernatim enectæ reperiuntur, sicco loco per hyemem repositæ circa æquinoctium uernum, cum clementia diei suaserit, post horam tertiam in solem proferre, siculneoq; cinere obruere. Quo facto, affirmat intra duas horas cum uiuido habitu caloris animatæ sunt, resumpto spiritu in præparatũ uas, si obiiciatur, irrepere. Nos magis ne intereant, quæ deinceps dicturi sumus, ægris examinibus exhibenda censemus. nam uel grana mali punici tunsa, & uino amineo consperſa, uel unæ passæ cum rore syriaco pari mensura pinsitæ, et austero uino insuccatæ dari debent, uel si per se istæ frustatæ sunt, omnia eadem æquis ponderibus in unum leuigata, & fictili uase cũ amineo uino inferuefacta, mox etiã refrigerata ligneis canalibus apponi. Nonnulli rorem marinum aqua mulsa decoctum, cum gelauerit, imbricibus infusum præbent libandum. Quidam bubulam, uel hominis urinam (sicut Higinius affirmat) alueis apponunt necnon etiam ille morbus maxime est conspicuus, qui horridas, contractasq; carpit, cum frequẽter aliæ mortuarũ corpora domicilijs suis efferunt, aliæ intra tecta ut in publico luctu, mœsto silentio torpent. Id cum accidit, arũdineis infusi canalibus offeruntur cibi, maxime decocti mellis, & cum galla, uel arida rosa detriti. Galbanum etiam, ut eius odore medicentur, incendi conuenit, passoq; & defruto uetere fessas sustinere. Optime tamen facit amelli radix, cuius est frutex

est frutex luteus, purpureus flos. ea cum uetere amineo uino decocta exprimitur, & ita liquatus eius sucus datur. Higinius quidem in eo libro, quem de apibus scripsit, Aristomachus inquit, hoc modo succurrendum laborantibus existimat. Primum, ut omnes uitiosi faui tollantur, & cibus ex integro recens ponatur. deinde ut fumigentur. Prodesse etiam putat apibus uetustate corruptis examen nouum contribuere, quamuis periculum sit, ne seditione consumentur, ueruntamen adiecta multitudine lætaturas. Sed ut concordes maneant, earũ apiũ, quæ ex alio domicilio transferuntur, quasi peregrinæ plebis submoueri reges debere. nec tamen dubium, quin frequentissimorũ examinum faui, qui iam maturos habent pullos, transferri, & subiici paucioribus debeant, ut tanquam nouæ prolis adoptione domicilia confirmentur, sed & id cum fiet, animaduertendum, ut eos fauos subijciamus, quorum pulli iam sedes suas adaperiunt, et uelut opercula foraminum obductas ceras erodunt exerentes capita. nam si fauos immaturo fœtu transtulerimus, emorientur pulli, cum foueri desierint. Sæpe etiam uitio, quod græci φαρέσαυραν uocant, intereunt. Siquidem cum sit hæc apium consuetudo, ut prius tantum cerarum confingant, quantum putant explere se posse, nonnunquam euenit, ut consumatis operibus cereis, ut examen conquirendi melli causa longeus euagatum subitis imbribus, aut turbinibus in syluis opprimatur, & maiorem partem plebis amittat. quod ubi factum est, reliqua paucitas fauis complendis non sufficiat, tunc quæ uacuæ cerarum partes computrescent, & uitijs paulatim serpentibus corrupto melle ipsæ quoque apes intereant. Id ne fiat, duo populi coniungi debent, qui possint ad huc integras ceras explere. uel si non est facultas alterius examinis, ipsos fauos ante quàm putrescant, uacuis partibus acutissimo ferreo liberare. nam hoc quoq; refert, ne admotum habes ferramentum (quo non facile penetret) uehementius impressum fauos sedibus suis commoueat. Quod si factum est, apes domicilium derelinquunt. Est & illa causa interitus, quod interdum continuis annis plurimi flores proueniunt, & apes magis mellificijs, quàm fœtibus student. itaq; nonnulli, quibus est minor harum rerum scientia, magnis fructibus delectantur, ignorantes exitium apibus imminere, quoniã & nimio fatigatæ opere plurimæ pereunt, nec ullis iuuentutis supplementis frequentatæ nouissimæ reliquæ intereunt. itaq; si tale uer inæssit, ut & prata, & arua floribus abundent, utilissimum est tertio quoq; die aluorum exitus præcludi, exiguis foraminibus relictis, p quæ non possint apes exire, ut ab opere mellifico euocatæ, quoniam se non sperent posse ceras omnes liquoribus stipare, fœtibus expleant. Atq; hæc ferè sunt

examinum uitio laborantium remedia.

Quid quoquo tempore faciant apes, & quid earum curator facere debeat. Cap. XIIII.

DEINCEPS illa totius anni cura, ut idē Hignius commodissime prodidit. Ab æquinoctio primo, quod mense Martio circa VIII. Calendas Aprilis in octaua parte arietis conficitur, ad exortum uergiliarum dies uerni temporis habentur duodequinquaginta, per hos primum ait apes curādas esse adapertis alueis, ut omnia purgamenta, quæ sunt hyberno tempore congesta, eximantur, et ut araneis, qui fauos corrumpunt, detractis, fumus immittatur factus incenso bubulo fimo, hic enim quasi quadā cognatione generis maxime est apibus aptus. Vermiculi quoq; qui tineæ uocantur, et item papiliones enecandi sunt. Quæ pestes plerunq; fauis adhærentes decidunt, si fimo medullam bubulam miscēas, & his incensis, nidorē admoueas. Hac cura per id tēpus, quod diximus, examina firmabuntur, eáq; fortius operibus inseruient. Verū maxime custodiēdū est curatori, q apes nutrit, cū aluos tractare debebit, uti pridie castus sit ab rebus uenereis, ne uetemulentus, nec nisi lotus ad eas accedat. abstineat'q; ferè ab omnibus redolētibus esculentis, ut sunt salsamenta, et eorū omnia eliquamina, itemq; fœtētibus acrimonijs alij, uel cēparū, cæterarumq; rerum similiū. Duodequinquagesimo die ab æquinoctio uerno, cum sit uergiliarum exortus circa. V. Idus Maias incipiunt examina uiribus, & numero augeri. Sed & ijsdē diebus intereunt, quæ paucas, & ægras apes habent. Eodēq; tempore progenerātur in extremis partibus fauorum amplioris magnitudinis fœtus, quàm sint cæterarum apum. eosq; nonnulli putant esse reges. Verum quidam græcorū authores οἴστρους appellant, ab eo, quod exagitent, neq; patiantur examina conquiescere. Itaq; precipiunt eos enecari. Ab exortu uergiliarū ad solstitium, quod fit ultimo mense Iunio circa octauam partem cancri ferè examinant alui, quo tempore uehementius custodiri debent, ne nouæ soboles diffugiant. Tumq; peracto Solstitio, usq; ad ortum caniculæ, qui ferè dies triginta sunt, pariter frumenta, & faui demetuntur. Sed ij quemadmodum tolli debeant, mox dicetur, cum de confectura mellis præcipiemus. Cæterum hoc eodem tempore progenerari posse apes iuuenco perempto, Democritus, & Mago, nec minus Virgilius prodiderunt. Mago quidem uentribus etiam bubulis idem fieri affirmat. Quam rationem diligentius prosequi supernacuum puto consentiens Celso, qui prudentissime ait non tanto interitu pecus istud admitti, ut sic requirendum sit. uerum hoc tempore, et usq; in autumni

æquinoctium

æquinoctium decimoquoq; die alui aperiendæ sunt, & fumigandæ. Quod cum sit molestum examinibus, saluberrimum tamen esse conuenit. Suffitas deinde, & æstuantes apes refrigerare oportet, conspersis uacuis partibus aluorum, & quam recentissimi rigoris aqua infusa. deinde si quid ablui non poterit, pinnis aquilæ, uel etiam cuiuslibet uastæ alitis, quæ rigorem habent, emundari. Præterea ut tineæ, si apparuerint, euerrantur, papilionesq; enecentur, qui plerunque inter aluos morantes apibus exitio sunt. nam & ceras erodunt, & stercore suo uermes progenerant, quos aluorum tineas appellamus. Itaque quo tempore maluæ florent, cum est earum maxima multitudo, si uas æneum simile miliario uespere ponatur inter aluos, & in fundū eius lumen aliquod demittatur, undiq; papiliones concurrunt. dumq; circa flammulam uolitant, aduruntur, quod nec facile ex angusto sursum euolare, nec rursus longius ab igne possunt recedere, cum lateribus æneis circumueniantur, ideoq; propinquo ardore consumuntur. A' canicula ferè post diem quinquagesimum arcturus oritur, cum irrorationis floribus thymi, & cunilæ, thymbraq;, apes mella conficiunt. idq; optimæ notæ enitescit autumni æquinoctio, quod est ante Calen. Octobris, cum octauam partem libræ sol attigit. Sed inter caniculæ, & arcturi exortum cauendum erit, ne apes intercipiantur uiolentia crabronum, qui ante aluearia plerunq; obsidiantur prodeuntibus. Post arcturi exortum circa æquinoctium libræ (sicut dixi) fauorum secunda est exemptio. Ab æquinoctio deinde quod conficitur circa VIII. Cal. Octobris ad uergiliarū occasum diebus XL. ex floribus tamaricis, & syluestribus frutetis apes collecta mella cibarijs hyemis reponunt, quibus nihil est omnino detrahendū, ne sæpius iniuria contristatæ, uelut desperatione rerum profugiant. Ab occasu uergiliarum ad brumā, quæ ferè conficitur circa VIII. Cal. Ianuarij, in octaua parte capricorni iā recondito melle utuntur examina, eoq; usq; ad arcturi exortum sustinentur. Nec me fallit Hipparchi ratio, quæ docet solstitia, & æquinoctia nō octauis, sed primis partibus signorum confici. Verum in hac uruis disciplina sequor nunc Eudoxi, & Metonis, antiquorumq; fastus astrologorum, qui sunt aptati publicis sacrificijs, quia & notior est ista uetus agricolis conceptæ opinio. Nec tamen Hipparchi subtilitas pinguioribus, ut aiunt, rusticorum literis necessaria est. Ergo uergiliarum occasu primo statim conueniet aperire aluos, et depurgare quicquid immundi est, diligentiusq; curare, quoniam per tempora hyemis non expedit mouere, aut patefacere uasa. Quam ob causam dum adhuc autumni reliquiæ sunt, apricissimo die purgatis domicilijs opercula intus usq; ad fauos admouenda sunt, omni uacua

parte sedis excluſa, quo facilius angustiæ cluearum per hyemem con
cælescant. idq; semper faciendum est etiam in ijs aluis, quæ paucitate
plebis infrequẽtes sunt. Quicquid deinde rimarũ est, aut foraminũ
luto, et fimo bubulo mistis illinemus extrinsecus, nec nisi aditus, quibus
commeent, relinquemus. Et quamuis porticu protecta uasa, nihilo mi-
nus congestu culmorum, & frondium supertegemus, quantumq; res
patietur à frigore, & tempestatibus muniemus. Quidã exemptis in-
terraneis occisas aues intus includunt, quæ tempore hyberno plumis
suis delitescentibus apibus præbent teporem. Tum etiam si sunt ab-
sumpta cibaria, commode pascuntur esuriẽtes, nec nisi ossa earum re-
linquunt. sin autem faui sufficient, permanent illibatæ. nec quamuis
amantissimas munditiarũ offendunt odore suo. Melius tamen esse nos
existimamus tempore hyberno fame laborantibus, ad ipsos aditus in
canaliculis uel contusam, et aqua madefactam ficum aridam, uel de-
fructum, aut passum præbere. Quibus liquoribus mundã lanam im-
buere oportebit, ut insistentes apes quasi per syphonẽ sucum euocent.
Uuas etiã passas, cum infregerimus, paulũ aqua respersas probe dabi
mus. atq; his cibarijs non solũ hyeme, sed etiã quibus temporibus (ut
iã supra dixi) tithymallus, atq; etiã ulmi florebunt, sustinendæ sunt.
Post confectam brumam diebus ferè quadraginta quicqd est reposi-
mellis (nisi liberalius à curatore relictum sit) consumunt, et sæpe etiã
uacuatis ceris usq; in ortum arcturi, qui est ab Idibus Februarijs ieiu
næ fauis accubantes torpent more serpentum, & quiete sua spiritum
conseruant, quem tamen ne amittant, si longior fames incesserit, opti-
mum est per aditum uestibuli syphonibus dulcia liquamina immitte
re, & ita penuriam temporum sustinere, dum arcturi ortus, & hir-
rundinis aduentus commodiores pollicẽtur futuras tempestates. Itaq;
post hoc tempus, cum diei permittit hilaritas, procedere audent in pa
scua. nam ab æquinoctio uerno sine cunctatione, iam passim uagan-
tur, et idoneos ad fœtum decerpunt flores, atq; intra tecta comportãt.
Hæc obseruanda per anni tempora diligentissime Hignius præcipit.
Cæterum illa Celsus adijcit. paucis locis eam felicitatem suppetere, ut
apibus alia pabula hyberna, atq; alia præbeãtur æstiua. Itaq; qbus
locis post ueris tempora flores idonei deficiunt, negat oportere immo-
ta examina relinqui, sed uernis pastionibus absumptis, in ea loca trãs
ferri, quæ serotinis floribus thymi, & origani, thymbræq; benignius
apes alere possunt. Quod fieri ait et Achaiæ regionibus, ubi trans-
feruntur in atticas pastiones, & Eubœa, & rursus insulis cycladi-
bus, cum ex alijs trãsferuntur scyrum, nec minus in Sicilia cum ex
reliquis eius partibus in Hyblam conferuntur. Idemq; ait ex flori-
bus ceras

bus ceras fieri, ex matutino rore mella, quæ tanto meliorem qualitatẽ
capiunt, quanto iucundiore sit materia cera confecta. Sed ante trãsla
tionem diligenter alueos inspicere præcipit, uetereſq;, & tineosos, &
labantes fauos eximere. Nec nisi paucos, & optimos reseruare, & si-
mul etiam ex meliore flore quàm plurimi fiant. eaq; uasa, quæ quis
transferre uelit, non nisi noctibus, & sine concussione portare.

De melle confíciendo, & quando cæstrari debent alui. Cap. XV.

MOX uere transacto sequitur, ut dixi, mellis uindemia, propter
quam totius anni labor exercetur. Eius maturitas intelligitur, cũ ani
maduertimus fucos ab apibus expelli, ac fugari, qđ est genus amplio
ris incrementi simillimũ apis. Et, ut ait Virgilius, ignauum fucos pe
cus, & sine industria fauis assidens. nam neq; alimenta congerit, et ab
alijs inuecta consumit. Veruntamen ad procreationem sobolis confer
re aliquid hi fuci uidentur insidẽtes seminibus, qbus apes figurãtur.
Itaq; ad fouendam, & educandam nouã prolem familiarius admit
tuntur. Exclusis deinde pullis, extra tecta proturbãtur. Et, ut idẽ ait,
à præsepibus arcent. Hos quidam præcipiunt in totum exterminari
oportere, quod ego Magoni consentiẽs faciendum nõ censeo, uerum sæ
uitiæ modum adhibendum. nam nec ad occidionem gens interimenda
est, ne apes inertia laborent, quæ cum fuci aliquam partem cibario
rum absumunt, sarciendo damna fiunt agiliores, nec rursus multitudi
nem prædonum coalescere patiendũ est, ne uniuersas opes alienas di-
ripiant. Ergo cum rixam fucorum, & apium sæpius committi uide-
ris, adapertas alueos inspicies, ut siue sempleni faui sint, differantur,
siue iam liquore completi, et superpositis ceris tãquã operculis obliti
demetantur. Dies uero cæstrandi ferè matutinus occupandus est. neq;
enim conuenit æstu medio exasperatas apes lacessiri. duobus ferramen
tis ad hunc usum opus est sesquipedali, uel paulo ampliore mensura
factis. quorũ alterũ sit culter oblongus ex utraq; parte acie lata, uno
capite aduncum habens scalprũ. alterũ prima fronte planum, et acu
tissimum, quo melius hoc faui sucidantur, illo eradantur, et qcqd sor
didum deciderit, attrahatur. Sed ubi à posteriore parte nullũ uestibu
lum patefactum habuerit alueare, fumum admouebimus factum
galbano, uel arido fimo. Ea porrò uase fictili prunis immissa condi
tur. idq; uas ansatum simile angustæ ollæ figuratur. Ita ut altera pars
sit acutior, per quam modicè foramine fumus emanet. altera latior,
et ore patulo, per quam possit afflari. Talis olla, cum est alueari obie
cta, spiritu admoto fumus ad apes promouetur, quæ confestim nido-
ris impatientes in priorem partem domicilij, et interdum extra ue-

stibulũ se cõferunt, atq; ubi potestas facta est liberius inspiciendi, se rè, si duo sunt examina, duo genera quoq; fauorum inueniuntur. Nã etiam in cõcordia suum quæq; plebs morem figurandi cæras, fingen diq; obseruat. Sed omnes faui semper cauearum tectis, & paululum lateribus adhærentes, depẽdent, ita ne solum contingant, quoniam id præbet examinibus iter. Cæterũ figura cerarũ talis est, qualis & habitus domicilij. nam & quadrata & rotunda spatia, nec minus lõgi suam speciem uelut formæ quædã fauis præbent. Ideoq; non semper eiusdẽ figuræ reperiuntur faui. sed hi qualescunq; sint, nõ omnes eximantur. nam priore messe, dum adhuc rura pastionibus abundant, quinta pars fauorũ, posteriore, cum iam metuitur hyems, tertia relinquenda est. Atq; hic tamen modus non est in omnibus regionibus certus, quoniam pro multitudine florũ, & ubertate pabuli apibus cõsulendum est. At si cæræ depẽdentes in longitudinem decurrunt, eo ferramento, quod est simile cultro, insecandi sunt faui. deinde subiectis duobus brachijs excipiendi, atq; ita promendi. Sin autem trãsuersi tectis cauearum inhærent, tunc scalprato ferramento est opus, ut aduersa fronte impressi desecentur. Eximi autem debent ueteres uel uitiosi, & relinqui maxime integri, ac melle pleni. Et si qui tandem pullos continent, ut examini progenerando reseruentur. Omnis deinde copia fauorum cõferẽda est in eum locum, in quo mel cõficere uoles, linendaq; sunt diligenter foramina parietum, et fenestrarũ, neqd sit apibus peruiũ, quæ uelut amissas opes suas pertinaciter uestigant, & persecutæ cõsumunt. Itaq; ex hisdem rebus fumus etiam in aditu lo cã faciendus est, qui propulset intrare tentantes. Castratæ deinde alui siquæ transuersos fauos in aditu habebunt, conuertendæ erunt, ut alterna uice posteriores partes uestibula fiant. Sic enim proxime cum castrabuntur ueteres potius faui, quàm noui eximentur, cæraq; nouabũtur, quæ tanto deteriores sunt, quanto uetustiores. Quod si forte aluearia circumstructa, & immobilia fuerint, curæ erit nobis, ut modo à posteriore, modo à priore parte cæstrentur. idq; fieri ante diei quintam horam debebit. deinde repeti uel post nonam, uel postero mane. Sed quotcunq; faui sunt demessi, eodem die, dum tepent, mella confice re conuenit. Saligneus qualus, uel tenui uimine rarius contextus sacus inuersæ metæ similis, qualis est, quo uinum liquatur, obscuro loco suspenditur. in eum deinde cærptim congeruntur faui. Sed adhibenda cura est, ut separentur eæ partes cerarum, quæ uel pullos habent, uel rubras sordes, nam sunt mali saporis, & succo suo mella corrumpunt. Deinde ubi liquatum mel in subiectum alueum defluxit, transfertur in uasa fictilia, quæ paucis diebus aperta sint, dum musteus fructus

fructus deferuescat. isq; sæpius ligula purgandus est. Mox deinde fragmina fauorum, quæ in sacco remanserunt, retracta exprimuntur. Atq; id secundæ notæ mel defluit, & ab diligentioribus seorsum reponitur, ne quod est optimi saporis hoc adhibito, fiat deterius.

De cera facienda. Cap. XVI.

CERAE fructus, quamuis æris exigui, non tamen omittendus est, cum sit eius usus ad multa necessarius. Expressæ fauorum reliquiæ, postea quam diligenter aqua dulci perlutæ sunt, in uas æneum conijciatur. adiecta deinde aqua liquantur ignibus, quod ubi factum est, cera per stramenta, uel iuncos defusa colatur. atq; iterum similiter deintegro coquitur, & in quas quasq; uoluit formas, aqua prius adiecta, defunditur. eamq; concretam facile est eximere, quoniã qui subest humor non patitur formis inhærere. Sed iam consumata disputatione de uillaticis pecudibus, atq; pastionibus, quæ reliqua nobis rusticarum rerum pars supereſt, de cultu hortorum Publi Siluine, deinceps ita, ut & tibi, & Gallioni nostro complacuerat, in carmẽ conferemus.

L. IVNII MODERATI COLVMELLAE IN LIBRVM DECIMVM DE CVLTV HORTORVM PRAEFATIO.

f OENORIS TVI Siluine, quod stipulanti spoponderam tibi, reliquam pensiunculam percipe. Nã superioribus nouẽ libris hac minus parte debitum, quod nunc persoluo, reddideram, supereſt ergo cultus hortorum insigniter neglectus quondam ueteribus agricolis, nunc uel celeberrimus. siquidem cum parcior apud priscos esset frugalitas, largior tamen pauperibus fuit usus epularum, lactis copia, ferinaq;, ac domestica pecudum carne, uelut aqua, frumentoq; summis, atque humillimis uictum tolerantibus. Mox cum sequens, & præcipue nostra ætas dapibus libidinosis pretia constituerit, cœnæq; non naturalibus desyderijs, sed censibus æstimentur, plebeia paupertas summota à pretiosioribus cibis ad uulgares compellitur. Quare cultus hortorũ, quoniam & fructus magis in usu est, diligentius nobis, quàm tradiderunt maiores, præcipiendus est. isq; sicut instituera m prosa oratio-

ne prioribus subnecteretur exordijs, nisi propositum meum expugnasset frequens postulatio tua, quæ peruicit, ut poeticas numeris exprimerem georgica carminis omissas partes, quas tamen & ipse Virgilius significauerat, posteris post se memoranda relinquere, neque enim aliter istud nobis fuerat audendum, quàm ex uoluntate uatis maximè uenerandi, cuius quasi numine instigante (pigre sine dubio propter difficultatem operis, uerumtamen non sine spe prosperi successus) aggressi sumus tenuem admodum, & penè uiduatam corpore materiam, quæ tam exilis est, ut in consummatione quidem totius operis annumerari uelut particula possit laboris nostri, per se uero et quasi suis finibus terminata nullo modo speciosè consistat. Nam & si multa sunt eius quasi membra, de quibus aliquid possumus effari, tamen eadem tam exigua sunt, ut (quod aiunt græci) ex incomprehensibili paruitate arenæ simis effici non possit. Quare quicquid est istud, quod elucubrauimus, propriam sibi laudem non uendicat, ut boni consulat, si non sit dedecori prius editis à me scriptorum monimentis. sed iam præfari desinamus.

DE CVLTV HORTORVM. LIB. X.

Hortorum quoque te cultus Siluine docebo,
Atque ea, quæ quondam spatijs exclusus iniquis,
Cum caneret lætas segetes, & munera Bacchi,
Et te magna Pales, nec non cœlestia mella,
Virgilius nobis post se memoranda reliquit.

Principio sedem numeroso præbeat horto
Pinguis ager putres glebas, resolutaq; terga
Qui gerit, & fossus gracilem imitatur arenam.
Atque habilis natura soli, quæ gramine læto,
Parturit, & rutilas ebuli creat umida bacas.
Nam neque sicca placet, nec quæ stagnata palude
Perpetitur querulæ semper conuitia ranæ.
Tum, quæ sponte sua frondosas educat ulmos,
Pelmitibusq; feris lætatur, & aspera syluis
Achrados, aut pruni lapidosis obruta pomis
Gaudet, & inusti consternitur ubere mali,
Sed negat helleboros, & noxia galbana succo,
Nec patitur taxos, nec strenua toxica sudat,
Quamuis semihominis uesano gramine fœta

Mandragoræ pariat flores, mæstamq; cicutam,
Nec manibus mitis ferulas, nec cruribus æque,
Tergat rubi, spinisq; ferat paliuron acutis.
Vicini quoque sint amnes, quos incola durus
Attrahat auxilio semper sitientibus hortis,
Aut fons illachrymet putei non sede profunda,
Ne grauis hausturis tendentibus ilia uellat.
Talis humus, uel parietibus, uel sepibus hirtis
Claudatur, neu sit pecori, neu peruia furi,
Neu tibi Dædaleæ quærantur munera dextræ,
Nec Polycleteæ, nec Ihragmonis, aut Ageladæ
Arte laboretur, sed truncum forte dolatum
Arboris antiquæ numen uenerare Ithyphalli
Terribilis membri, medio qui semper in horto
Inguinibus puero prædoni falcem minetur.
Ergo age nunc cultus, & tempora quæq; serendis
Seminibus, quæ cura satis, quo sydere primum
Nascantur flores, pestiq; rosaria gemment,
Quo Bacchi genus, aut aliena stirpe grauata
Mitis adoptatis curuetur frugibus arbos.
Pierides tenui deducite carmine musæ.
Oceani sitiens cum iam canis hauserit undas,
Et paribus titan orbem librauerit horis,
Cum satur autumnus quassans sua tempora pomis,
Sordibus, & musto spumantem exprimet uuam,
Tum mihi ferrato uersetur robore Palæ
Dulcis humus, si iam pluuijs defossa madebit.
At si cruda manet cœlo durata sereno,
Tum iussi ueniant declui tramite riui,
Terra bibat fontem, & hiantia compleat ora.
Quod si nec cœli, nec campi competit humor,
Ingeniumq; loci, uel Iuppiter abnegat imbrem,
Expectetur hyems, dum Bacchi gnosius ardor
Aequore cœruleo cæletur, uerticæ mundi,
Solis & aduersos metuant atlantides ortus.
Atque ubi iam tuto nec dum confisus olympo,
Sed trepidus profugit chelas, & spicula Phœbus
Dira nepæ, tergoq; croti festinat equino,
Nescia plebs generis, matri ne parcite falsæ.

Iſta prometeæ genitris fuit altera Cretæ,
Altera nos enixa parens, quo tempore ſæuus
Tellurem ponto merſit Neptunus, & imum
Concutiens barathrum lethæas terruit undas.
Tumq; ſemel ſtygium regem uidere trementem
Tartara, cum pelagi ſtreperent ſub pondere manes.
Nos fœcunda manus uiduo mortalibus orbe
Progenerat, nos abruptæ tum montibus altis
Deucalioneæ cautes peperere. ſed eæ
Durior, æternusq; uocat labor. eia age ſegnes
Pellite nunc ſomnos, & curui uomere dentis
Iam uirides lacerate comas, iam ſcindite amictus.
Tum grauibus raſtris cunctantia perfode terga,
Tu penitus latis eradere uiſcera marris
Ne dubita, & ſummi frequentia cæſpite miſta
Ponere, quæ canis iaceant urenda pruinis,
Verberibus gelidis, iraeq; obnoxia cauri,
Alliget & ſæuus boreas, euruſq; reſoluat.
Poſt ubi ryphæae torpentia frigora brumae
Candidus apricat zephyrus regelauerit aura,
Sydereoq; polo cedet lyra merſa profundo,
Veris & aduentum nidis cantarit hirundo.
Rudere tum pingui, ſolido uel ſtercore Aſelli,
Armentiue fimo ſaturet ieiunia terræ
Ipſe ferens olitor diductos pondere qualos.
Pabula nec pigeat feſſo præbere nouali
Immundis, quæcunque uomit latrina, cloacis,
Denſaq; iam pluuijs, duratæq; ſumma pruinis
Aequora dulcis humi, repetat mucrone bidentis.
Mox bene cum glebis uinacem cæſpitis herbam
Contundat marræ, uel fracti dente ligonis,
Putria maturi ſoluantur ut ubera campi.
Tunc quoque trita ſolo ſplendentia ſarcula ſumat,
Anguſtoſq; foros aduerſo limite ducens
Rurſus in obliquum diſtinguat tramite paruo.
Verum ubi iam puro diſcrimine pectita tellus,
Depoſito ſqualore nitens ſua ſemina poſcit,
Pingit & in uarios terreſtria ſydera flores,
Candida leucoia, & flauentia lumina caltæ,
Narciſq; comas, & hiantis ſæua leonis

Ora feri, calathiſq; uirentia lilia canis,
Nec non uel niueos, uel cæruleos hyacinthos.
Tu quæ pallet humi, quæ frondens purpurat auro,
Donatur uiola, & nimium roſa plena pudoris.
Nunc medicat panacem lachryma, ſuccoq; ſalubri
Glaucea, & profugos uinctura papauera ſomnos
Spargite, quæq; uiros acuunt, armanteq; puellas.
Iam megaris ueniant genitalia ſemina bulbi,
Et quæ ſicca legit getulis obruta glebis,
Et quæ frugifero ſeritur uicina priapo,
Excitet ut ueneri tardos eruca maritos.
Iam breue chærephylum, & torpenti grata palato
Intyba, iam teneris frondens lactucula fibris,
Alliaq; infractis ſpicis, & olentia late
Vlpica, quæq; fabis habilis fabrilia miſcet.
Iam ſiſer, aſſyrioq; uenit quæ ſemine radix,
Sectaq; præbetur madido ſociata lupino,
Vt peluſiaci proritet pocula zythi.
Tempore non alio uili quoque ſalgama mercæ
Capparis, & triſtes inulæ, ferulæq; minaces
Plantantur, nec non ſerpentia gramina mentæ.
Et bene odorati flores ſparguntur aneti,
Rutaq; palladiæ bacæ uictura ſaporem,
Seq; laceſſenti fletum factura ſynapis,
Atque oleris pulli radix, lachrymoſaq; cepa
Ponitur, & lactis guſtum quæ condiat herba
Deiectura quidem fronti data ſigna fucatum,
Vimq; ſuam iccirco profitetur nomine graio.
Tum quoque conſeritur, toto quæ plurima terræ
Orbe uirens pariter plebi, regiq; ſuperbo
Frigoribus caules, & ueri cymata mittit.
Quæ pariunt ueteres cæſpoſo littore Cumæ,
Quæ marrucini, quæ ſignia monte Lepino,
Pinguis item capua, & caudinis faucibus horti,
Fontibus & ſtabie celebres, & ueſuia rura,
Doctaq; Parthenope Sebethide roſcida lympha,
Quæ dulcis pompeia palus uicina Salinis
Herculeis, uitreoq; ſiler qui defluit amni,
Quæ duri præbent cymoſa ſtirpe Sabelli,
Et Turni lacus, & pomoſi Tyburis arua,

Brutia quæ tellus, & mater Aritia porri.
Hæc ubi credidimus resolutæ semina terræ,
Assiduo grauidam cultu, curaq; fouemus,
Vt redeant nobis cumulato fœnore messes.
Et primum moneo largos inducere fontes,
Ne sitis exurat concepto semine partum.
At cum fœta suos nexus adoperta resoluit,
Florida cum soboles materno pullulat aluo,
Primitijs plantæ modicos tum præbeat imbres
Sedulus irrorans olitor, ferroq; bicorni
Pectat, & angentem sulcis exterminet herbam.
At si dumosis positi sunt collibus horti,
Nec summo nemoris labuntur uerticè riui,
Aggere præposito cumulatis area glebis
Emineat, sicco ut consuescat puluere planta,
Nec mutata loco siccos exhorreat æstus.
Mox ubi nubigenæ Phryxi, nec portitor Helles
Signorum, & pecorum princeps caput efferet undis
Alma sinum tellus iam pandet, adultaq; poscens
Semina depositis cupient se nubere plantis,
Inuigilate uiri, tacito nam tempora gressu
Diffugunt, nulloq; sono conuertitur annus.
Flagitat ecce suos genitrix mitissima fœtus,
Et quos enixa est partus iam quærit alendos,
Priuignasq; rogat proles, date nunc sua matri
Pignora, tempus adest, uiridi redimite parentem
Progenie, tu cinge comas, tu disserere crines.
Nunc apio uiridi crispetur florida tellus,
Nunc capitis porri longo resoluta capillo
Lætetur, mollemq; sinum staphilinus inumbret.
Nunc & odoratæ peregrino munere plantæ
Siccanijs croceæ descendant montibus hyblæ,
Natiq; iam ueniant hilari sampsuca canopo,
Et lachrymas imitata tuas Cinereia uirgo,
Sed melior stactis ponatur achaica myrrha,
Et male damnati mœsto qui sanguine surgunt
Aeacij flores, immortalesq; amaranthi,
Et quos mille parit diues natura colores,
Disponat plantis olitor, quos semine seuit.
Nunc ueniat quamuis oculis inimica coramble.

Iamq; salutari properet lactuca sapore,
Tristia quæ releuat longi fastidia morbi.
Altera crebra uiret, fusco nitet altera crine,
Vtraque Cæcilij, de nomine dicta Metelli.
Tertia, quæ spisso, sed puro uerticè pallet,
Hæc sua cappadocæ seruat cognomina gentis.
Et mea, quam generant tartheſi littore gades,
Candida uibrato discrimine, candida tyrso est.
Cypros item paphio, quam pingui nutrit in aruo
Punicea depexa coma, sed lactea crure est.
Quot facies, totidem sunt tempora quanq; serendi.
Cæliam primo deponit Aquarius anno,
Cappadocamq; premit ferali mense lupercus.
Tuq; tuis Mauors tartheſida pange Calendis,
Tuq; suis Paphien iterum iam pange Calendis,
Dum cupit, & cupidæ quærit se iungere matri,
Et mater facili molissima subiacet aruo.
Ingenera nunc sunt genitalia tempora mundi.
Nunc amor ad coitus properat, nunc spiritus orbis
Bacchatur ueneri, stimulisq; Cupidinis actus
Ipse suas adamat partes, & fœtibus implet.
Nunc pater æquoreus, nunc & regnator aquarum
Ille suam Tethyn, hic pellicat Amphitriten.
Et iam cœruleos partus enixa marito
Vtraq; nunc referat, pontumq; natantibus implet,
Maximus ipse deum posito iam fulmine fallax
Acrisiones ueteres imitatur amores,
Inq; sinus matris uiolento depluit imbre.
Nec genitrix nati nunc aspernatur amorem,
Sed patitur nexus flammata cupidine tellus.
Hinc maria, hinc montes, hinc totus denique mundus
Ver agit, hinc hominum, pecudum, uolucrumq; cupido,
Atque amor ignescit menti, sæuitq; medullis,
Dum satiata Venus fœcundos compleat artus,
Et generet uarias soboles, semperq; frequentet
Prole noua mundum, uacuo ne torpeat æuo.
Sed quid ego infreno uolitare per æthera cursu
Passus equos audax sublimi tramite raptos?
Ista canat maiore deo, quem delphica laurus
Impulit, & rerum causas, & sacra mouentem

Orgia naturæ, secretaq; fœdera cœli.
Extimulet uatem per dindyma castra Cybelles,
Perq; Cytheronem, nyseaq; per iuga Bacchi,
Per sua Parnassi, per omissa silentia musis
Pierij nemoris, bacchea uoce frementem
Delie te Pæan, & te euie euie Pæan,
Me mea Calliope cura leuiore uagantem
Iam reuocat, paruoq; iubet decurrere gyro,
Et secum gracili connectere carmina filo,
Quæ canat inter opus musa modulante putator
Pendulus arbustis, olitor uiridantibus hortis.
Quare age quod sequitur, paruo discrimine sulci
Spargantur cæcis nasturcia dira colubris,
Indomito male sana cibo, quas educat aluos,
Et satureia thymi referens, tymbraeq; saporem,
Et tenero cucumis, fragiliq; cucurbita collo.
Hispida ponatur cinara, quæ dulcis Iaccho
Potanti ueniat, nec Phœbo grata canenti.
Hæc modo purpureo surgit glomerata corymbo,
Myrtiolo modo crine uiret, deflexaq; collo
Nunc adoperta manet, nunc pinea uerticæ pungit,
Nunc similis calatho, spinisq; minantibus horret,
Pallida nonnunquam tortos imitatur achantos.
Mox ubi sanguineis se floribus induit arbos
Punica, quæ rutilo mitescit tegmine grani,
Tempus haris satio, famosaq; tunc coriandra
Nascuntur, gracili melantia grata cumino,
Et Bacca asparagi spinosa prosilit herba,
Et malache, prono sequitur quæ uerticæ solem,
Quæq; tuas audax imitatur Nysie uites,
Nec metuit senteis, nam uepribus improba surgens
Achrados, indomitasq; bionias alligat alnos.
Nomine tum graio, ceu littera proxima primæ,
Pangitur in cera docti mucrone magistri,
Sic & humo pingui ferratæ cuspidis ictu
Deprimitur folio uiridis, pede candida, beta.
Quin & odoratis messis iam floribus instat,
Iam uer purpureum, iam uersicoloribus anni
Fœtibus alma parens cingi sua tempora gaudet.
Iam Phrygiæ loti gemmantia lumina promunt,

Et conniuentes

Et conuenientes oculos uiolaria soluunt,
Oscitat & leo, & ingenuo confusa rubore
Virgineas adoperta genas rosa præbet honores
Cœlitibus, templisq; sabæum miscet odorem.
Nunc uos pegasidum comites acheloidas oro,
Mænaliumq; choros dryadum, nymphasq; napeas,
Quæ colitis nemus Amphrysi, quæ thessala tempe,
Quæ iuga Cyllenes, & opacrura Lycæi,
Antraq; castalijs semper rorantia guttis,
Et quæ sicanij flores legistis haleti,
Cum Cereris proles uestris intenta choreis
Aequoris Aethnei uernantia lilia carpsit,
Raptaq; lethæi coniux mox facta tyranni
Syderibus tristes umbras, & tartara cœlo
Præposuit, ditemq; Ioui, letumq; saluti,
Et nunc inferno potitur Proserpina regno.
Vos quoque iam posito luctu, mœstoq; timore
Huc facili gressu teneras aduertite plantas,
Telluris q; comas sacris optate ministris.
Hinc nullæ insidiæ nymphis, non ulla rapina,
Casta fides nobis colitur, sanctiq; penates,
Omnia plena iocis, securo plena cachinno,
Plena mero, lætisq; uirent conuiuia pratis.
Nunc uer egelidum, nunc est mollissimus annus,
Dum phœbus tener, ac tenera decumbere in herba
Suadet, & arguto fugientes gramine fontes
Nec rigidos potare inuat, nec sole tepentes.
Iamq; dioneis redimitur floribus hortus.
Iam rosa mitescit, sarrano clarior ostro.
Nec tam nubi fugo Borea latonia Phœbe
Purpureo radiat uultu, nec syrius ardor
Sic micat, aut rutilus pyrous, aut ore coruscо
Hesperus, eoo remeat cum lucifer ortu,
Nec tam sydereo fulget Thaumantias arcu,
Quàm nitidis hilares collucent fœtibus horti.
Quare age uel iubare exorto, iam nocte suprema,
Vel cum Phœbus equos in gurgite mersat hibero.
Sicubi odoratas prætexit amaracus umbras,
Carpite, narcissiq; comas, sterilisq; balausi.
Et tu, ne Corydonis opes desperna Alexis,

Formoso Nays puero formosior ipsa
Fer calathis uiolam, & nigro permista ligustro
Balsama cum casia nectens, crocosq; corymbos,
Sparge mero Bacchi, nam Bacchus condit odores.
Et uos agrestes, duro qui pollice molles
Demetitis flores, cano iam uimine textum
Syrpiculum ferrugineis cumulate hyacinthis.
Iam rosa distendat contorti stamina iunci,
Pressaq; flammeola rumpatur fiscina calta,
Mercibus & uernis dines Portunnus abundet,
Et titubante gradu multo madefactus iaccho
Aere sinus gerulus plenos grauis urbe reportet.
Sed cum maturis flauebit messis aristis,
Atq; diem gemino titan extenderit astro,
Hauserit & flammis lernei brachia cancri,
Allia cum cepis, cereale papauer aneto
Iungite, dumq; uirent nexos deserte maniplos,
Et celebres sortis fortunæ dicite laudes
Mercibus exactis, hilareisq; recurrite in hortos.
Tum quoq; prosciſſo, riguoq; insperſa nouali
Oꝛima comprimite, & grauibus densate cylindris,
Exurat sata ne resoluti pulueris æstus,
Parvulus aut pulex irrepens dente lacessat,
Neu formica rapax populari semina possit.
Nec solum teneras audent erodere frondes
Implicitus conchæ limax, hirsutaq; campe.
Sed cum iam ualido turgescit lurida caule
Brassica, cumq; tument pallentia robora Betæ,
Mercibus atq; olitor gaudet securus adultis,
Et iam maturis quærit supponere falcem,
Sæpe ferus duros iaculatur Iuppiter imbres
Grandine dilapidans, hominumq;, boumq; labores,
Sæpe etiam grauidis irrorat pestifer undis,
Ex quibus infestæ Baccho, glaucisq; salictis
Nascuntur uolucres, serpitq; eruca per hortos,
Quos super ingrediens exurit semina morsu,
Quæ capitis uiduatæ coma, spoliataq; nudo
Verticæ, truncat iacens tristi consumpta ueneno,
Hæc ne ruricolæ paterentur monstra, salutis
Ipsa nouas artes uaria experientia rerum,

Et labor ostendit miseris, ususq; magister
Tradidit agricolis, uentos sedare furentes,
Et tempestatem Thuscis auertere sacris.
Hinc mala rubigo uiridis ne torreat herbas,
Sanguine lactentis catuli placatur, & extis.
Hinc caput arcadici nudum cute fertur aselli
Tyrrhenus fixisse tages in limite ruris.
Vtq; Iouis magni prohiberet fulmina Tarchon,
Sæpe suas sedes percinxit uitibus albis.
Hinc amythaonius docuit quæ plurima Chiron,
Nocturnas crucibus uolucres suspendit, & altis
Culminibus uetuit feralia carmina flere.
Sed ne dira nouas segetes animalia carpent,
Profuit interdum medicantem semina pingui
Palladia sine fruge salis conspergere amurca,
Innatue laris nigra satiare fauilla.
Profuit & plantis lactes infundere amaros
Marrubij, multoq; sedi contingere succo.
At si nulla ualet medicina repellere pestem,
Dardaniæ ueniunt artes, nudataq; plantas
Fœmina, quæ iustis tum demum operata iuuentæ
Legibus, obscœno manat pudibunda cruore,
Sed resoluta sinus, resoluto mœsta capillo,
Ter circum areolas, & sepem ducitur horti.
Quæ cum lustrauit gradiens (mirabile uisu)
Non aliter quàm decussa pluit arbore nimbus,
Vel teretis mali, uel tectæ cortice glandis,
Voluitur ad terram distorto corpore campe.
Sic quondam magicis sopitum cantibus anguem
Vellere phryxeo delapsum uidit Iolchos.
Sed iam prototomos tempus decidere caules,
Et tartheſiacos paphiosq; reuellere thirsos,
Atque apio fasces, & secto cingere porro,
Iamq; eruca salax fœcundo prouenit horto.
Lubricat iam lapathos, iam thanni sponte uirescunt.
Et scylla, hirsuta sepes nunc horrida ruſco
Prodit, & asparagi corruda simillima filo,
Humidaq; andrachne sitientes protegit antes,
Et grauis atriplici consurgit longa foselus.
Tum modo dependens trichili, modo more chelidri

Sole ſub æſtiuo gelidas per graminis umbras
Intortus cucumis, prægnansq; cucurbita ſerpit.
Vna neq; eſt illis facies, nam ſi tibi cordi
Longior eſt, gracili capitis quæ uerticæ pendet,
E` tenui collo ſemen lege, ſiue globoſi
Corporis, atq; utero nimium quæ uaſta tumeſcit,
Ventre leges medio, ſobolem dabit illa capacem
Naryciæ picis, aut aclæi mellis hymethi,
Aut habilem lymphis hamulam, Bacchoue lagænam,
Tum pueros eadem fluuijs innare docebit,
Liuidus at cucumis grauida qui naſcitur aluo,
Hirtus & ut coluber nodoſo gramine tectus
Venere cubat flexo, ſemper collectus in orbem,
Noxius exacuit morbos æſtatis iniquæ.
Fœtidus hic ſucco, pingui quoq; ſemine fartus.
At qui ſub trichila manantem repit ad undam,
Labentemq; ſequens nimio tenuatur amore
Candidus effœtæ tremebundior ubere porcæ.
Mollior infuſo calathis modo lacte gelato,
Dulcis erit, riguoq; madeſcit luteus aruo,
Et fert auxilium quondam mortalibus ægris.
Cum canis Erigones flagrans hyperionis æſtu
Arboreos aperit fœtus, cumulataq; moris
Candida ſanguineo manat fiſcella cruore,
Tunc præcox bifera deſcendit ab arbore ficus,
Armenijſq;, & cereolis, prunisq; damaſci
Stipantur calathi, & pomis quæ barbara Perſis
Miſerat (ut fama eſt) patrijs armata uenenis.
At nunc expoſiti paruo diſcrimine læti
Ambroſios præbent ſucos, oblita nocendi.
Quin etiam eiuſdem gentis de nomine dicta
Exiguo properant miteſcere perſica malo.
Tempeſtiua manent, quæ maxima Gallia donat,
Frigoribus pigro ueniunt aſiatica fœtu.
At grauis arcturi ſub ſydere parturit arbos
Liuia chalcidicis, & cannis æmula chijs,
Purpureaeq; chelidoniæ, pingueſq; mariſcæ,
Et challi ſtrutis roſeo quæ ſemine ridet,
Albaq;, quæ ſeruat flauæ cognomina cereæ,
Saſſa libyſcat ſimul picto quoq; lydia tergo.

Quin

Quin & tardi pedi ſacris iam rite ſolutis
Nube noua feritur, cœli pendentibus undis
Congijs illuſtri mittit quam Nurſia campo,
Quæq; amiterninis defertur bunias aruis.
Sed iam maturis nos flagitat anxius uuis
Euchius, excultoſq; iubet claudamus ut hortos.
Claudimus, imperioq; tuo paremus agreſtes,
Ac metimus læti tua munera dulcis Iacche,
Inter laſciuos ſatyros, panaſq; biformes
Brachia iactantes uetulo marcentia uino.
Et te mænalium, te bacchum, teq; lyæum,
Lenæumq; patrem canimus ſub tecta uocantes,
Ferueat ut lacus, & multo completa falerno
Exundent pingui ſpumantia dolia muſto.
Hactenus aruorum cultus Siluine docebam
Syderei uatis referens præcepta Maronis,
Qui primus ueteres auſus recludere fontes
Aſcreum cecinit romana per oppida carmen.

LVCII IVNII MODERATI COLVMELLAE DE RE RVSTICA LIBER VNDECIMVS.

Quæ intra uillam agi debeant ab homine officio uillicationis præpoſito. Cap. I.

LAVDIVS Auguſtalis tam ingenuæ naturæ, quàm eruditionis adoleſcens complurium ſtudiorum, et præcipue agricolationum ſermonibus inſtigatus excudit mihi, cultus hortorũ proſa ut oratione componerem. Nec me tamen fallebat hic euẽtus rei, cum prædictam materiam carminis legibus implicarem. ſed tibi Publi Siluine pertinaciter expetenti uerſificationis noſtræ guſtum negare non ſuſtinebam, facturus mox, ſi collibuiſſet, quod nunc aggredior, ut olitoris curam ſubtexerem uillici officijs. qui quamuis primo rei ruſticæ libro uidebar aliquatenus executus, quoniam tamen eam ſimili deſyderio noſter idem Auguſtalis ſæpius flagitabat, numerum, quem iam quaſi conſumaueram, uoluminũ excæſſi, & hoc undecimum præceptum ruſticationis memoriæ tradidi. Villicum fundo, familiaeq; præponi conuenit ætatis nec primæ, nec

ultimæ. nam seruitia sic tirunculum contemnunt, ut senem, quoniam ille non dum nouit opera ruris, hic exequi iam nō potest. Atq; hunc adolescentia negligentem, senectus illum facit pigrum. Media igitur ætas huic officio est aptissima, poteritq; ab anno trigesimo usq; in sexagesimum, si nō interueniant fortuitæ corporis uitia, satis ualidi functi muneribus agricolæ. Quisquis autem destinabitur huic negotio, sit oportebit idem scientissimus, robustissimusq;, ut edoceat subiectos, & ipse commode faciat, quæ præcipit. siquidem nihil recte sine exēplo docetur, aut discitur. Præstatq; uillicum magistrū esse operariorum non discipulum, cum etiam de patrefamilias prisci moris exēplum Cato dixerit, male agitur cum domino, quē uillicus docet. Itaq; in œconomico Xenophontis, quē M. Cicero latino sermoni tradidit, uir egregius ille Ischomachus Atheniēsis rogatus à Socrate utrū ne, si res familiaris desyderasset, mercari uillicum tanq; fabrum, an à se instituere cōsueuerit. Ego uero inqt ipse instituo. Et enim qui me absente in meum locum substituitur, & uicarius meæ diligentiæ succedit, is ea, quæ ego, scire debet. Sed hæc nimium prisca, & eius quidē temporis fuit, quo idem Ischomachus negabat quenquam rusticari nescire. Nos autem memores ignorantiæ nostræ uigentis sensus adolescentulos, corporisq; robusti peritissimis agricolis commendemus, quorum monitionibus, uel unus ex multis (nam est difficile erudire) non solum rusticationis, sed imperandi cōsequatur scientiam. Quidā enim, quamuis operum probatissimi artifices, imperitandi parum prudentes, aut sæuius, aut etiam lenius agendo rem dominorum corrumpūt. Quare, sicut dixi, docendus, & à pueritia rusticis operibus educandus multisq; prius experimentis inspiciendus erit futurus uillicus. Nec solum an perdidicerit disciplinam ruris, sed an etiam domino fidem, ac beneuolentiam exhibeat, sine quibus nihil prodest uillici summa scientia. Potissimum autem est in eo magisterio scire, & æstimare, quale officium, & quis labor sit, cuiq; iniungendus. nam nec ualentissimus posset exequi, quod imperatur, si nesciat quid agat, nec peritissimus, si sit inualidus. Qualitas itaq; cuiusq; rei cōsyderanda est. Quippe aliqua sunt opera tantummodo uirium tanquam promouendi onera, portandiq;, aliqua sociata uiribus, & arti, ut fodiendi, arandiq;, segetes, & prata desecandi. nonnullis minus uirium plus artis adhibetur, sicut putationibus, insitionibusq; uineti. Plurimum etiam scientia pollet in aliquibus, ut in pastione pecoris, atque eiusdem medicina. Quorum omnium officiorum uillicus, quem iam prius dixi, æstimator bonus esse non potest, nisi fuerit etiam peritus, ut in uno quoq; corrigere queat perperam factum. neque enim satis est reprehendisse

peccantem

peccantem, si non doceat recti uiam. Libenter igitur eadē loquor, tam docēdus est futurus uillicus, quàm futurus figulus, aut faber. Et haud facile dixerim, num illa tanto expeditiora sine discentibus artificia, quanto minus ampla sunt. Rusticationis autem magna, & diffusa materia est, partesq; si uelimus eius percensere, uix numero comprehendamus. Quare satis admirari nequeo, quod primo scriptorū meorum exordio iure conquestus sum. Cæterarum artium minus uitæ necessariarum repertos antistites, agriculturæ neq; discipulos, neq; præceptores inuentos. nisi magnitudo rei pepererit reuerentiam uel discendi, uel profitendi penè immensam scientiam, cum tamen non ideo turpi desperatione oportuerit eam negligi. Nam nec oratoria disciplina deseritur, quia perfectus orator nusquam repertus est, nec philosophia, quia nullus consumatæ sapientiæ, sed è contrario plurimi semet ipsos exhortantur uel aliquas partes earum addiscere, quamuis uniuersas percipere non possint. Et enim quæ probabilis ratio est obmutescendi, quia nequeas orator esse perfectus, aut in socordiam compelli, quia desponderis sapientiam? Magnæ rei, quantulumcunq; possederis, fuisse participem, non minima est gloria. Quis ergo inquis, docebit futurum uillicum, si nullus professor est? & ego intelligo difficillimum esse ab uno uelut authore cuncta rusticationis consequi præcepta. Verumtamen ut uniuersæ disciplinæ uix aliquem consultum, sic plurimos partium eius inuenias magistros, per quos efficere queas perfectum uillicum. nam & arator reperitur aliquis bonus, & optimus fossor, aut fœni sector, nec minus arborator, & uinitor, tum etiam ueterinarius, & probus pastor, qui singuli rationem scientiæ suæ desyderanti non subtrahant. Igitur complurium agrestium formatus artibus, qui susceperit officium uillicationis, in primis conuictum domesticum, multoq; etiam magis externum uitet. Somni, & uini sit abstinentissimus, quæ utraque sunt inimicissima diligentiæ. Nam & ebrioso cura officij pariter cum memoria subtrahitur, & somniculoso plurima effugiunt. Quid enim potest aut ipse agere, aut cuiquam dormiens imperare? Tum etiam sit à uenereis amoribus auersus, quibus si se dediderit, non aliud quicquam possit cogitare, quàm illud, quod diligit. Nam uitijs eiusmodi pellectus animus, nec præmium iucundius, quàm fructum libidinis, nec supplicium grauius, quàm frustrationem cupiditatis existimat. Igitur primus omnium uigilet, familiamq; semper ad opera cunctantem pro temporibus anni festinanter producat, & strenue ipse præcedat. Plurimum enim refert colonos à primo mane opus aggredi, nec lentos per otium pigre procedere. Siquidem Ischomachus idem ille. Malo inquit unius agilem, atq;

industriam, quàm decem hominum negligentem, et tardam operam. Quippe plurimum affert mali, si operario mercetricandi potestas fiat. nam ut in itinere conficiendo sæpe dimidio maturius peruenit is, qui nauiter, & sine ullis concessationibus permeabit, quàm is, qui cum sit unà profectus umbras arborum, fonticulorumq; amœnitatem, uel auræ refrigerationem captauit, sic in agresti negotio dici uix potest, qd nauus operarius ignauo, et cessatore præstet. Hoc igitur custodire oportet uillicũ, ne statim à prima luce familia cunctanter, et languide procedat, sed uelut in aliquod prælium cum uigore, & alacritate animi præcedentem eum tanquam ducem strenue sequatur, uariisq; exhortationibus in opere ipso exhilaret laborãtes. Et interdũ tanquam deficienti succursurus ferramentum auferat parumper, & ipse fungatur eius officio, moneatq; sic fieri debere, ut ab ipso fortiter sit effectum. Atq; ubi crepusculũ incœperit, neminem post se relinquat, sed omnes subsequatur more optimi pastoris, qui è grege nullam pecudẽ patitur in agro relinq. Tum uero, cum tectum subierit, idem faciat, quod ille diligens opilio. nec in domicilio suo statim delitescat, sed agat cuiusq; maximam curam. Siue quis (quod accidit plerunq;) sauciatus in opere noxam cœperit, adhibeat fomẽta, siue alter languidior est, in ualetudinarium confestim deducat, & conuenientem ei cæteram curationem adhiberi iubeat. Eorum uero, qui recte ualebunt, non minor habenda erit ratio, ut cibus, & potio sine fraude à cælarijs præbeatur. Consuescatq; rusticos circa larem domini, focumq; familiarẽ semper epulari, atq; ipse in conspectu eorum similiter epuletur. Sitq; frugalitatis exemplum, nec nisi sacris diebus accubans cœnet, festosq; sic agat, ut fortissimum quenq;, & frugalissimum largitionibus prosequatur, nonnunquam etiam suæ mensæ adhibeat, & uelit alijs quoq; honoribus dignari. Tũ etiam per ferias instrumentum rusticum, sine quo nullum opus effici potest, recognoscat, & sæpius inspiciat ferramenta. eaq; semper duplicia comparet, ac subinde refecta custodiat, ne si quod in opere uitiatum fuerit, à uicino petendum sit, quia plus in operis seruorum auocandis, q̃ in pretio rerũ eiusmodi depẽditur. Cultum, uestitumq; familiam utiliter magis habeat, quàm delicate, idest munitam diligenter à frigoribus, et imbribus, quæ utraq; prohibentur optime pellibus manicatis, et sagatis cucullis. idq; si fiat, omnis penè hyemalis dies in opere tolerari possit. Quare tam uestem seruitiorum, quàm, ut dixi, ferramenta bis debebit singulis mensibus recensere. nam frequens recognitio nec impunitatis spem, nec peccandi locum præbet. Itaq; mancipia uincta, quæ sunt ergastuli, per nomina quotidie citare debebit, atq; explorare, ut sint compedibus diligenter innexa.

ter innexa. tum etiam custodiæ sedes an tuta, & recte munita sit. nec siquem dominus, aut ipse uinxerit, sine iussu patrisfamiliæ resoluat. Sacrificia nisi ex præcepto domini facere nesciat. aruspicem, sagamq; sua sponte non nouerit, quæ utraq; genera uana superstitione rudes animos infestant. Non urbem, non ullas nundinas nisi uendendæ, aut emendæ rei necessariæ causa frequentauerit. neq; enim coloniæ suæ terminos egredi debet, nec absentia sua familiæ cessandi, aut delinquendi spatium dare. Semitas, nouosq; limites in agro fieri prohibeat. Hospitẽ nisi ex amicitia domini quã rarissime recipiat. ad ministeria suæ conseruos non adhibeat. Nec ulli terminos egredi (nisi magna coegerit necessitas) permittat. Pecuniam domini neq; in pecore, nec in alijs rebus promercalibus occupet. hæc enim res auocat uillici curam, & eum negotiatorem potius facit, quàm agricolam, nec unquam sinit eũ cũ rationibus domini paria facere, sed ubi æris numeratio exigitur, res pro nummis ostenditur. Itaq; tam istud uitare debebit, quàm hercule fugiendum uenandi, aut aucupandi studium, quibus rebus plurimæ operæ auocantur. Iam illa, quæ etiam in maioribus imperijs difficiliter custodiuntur, consyderare debebit, ne aut crudelius, aut remissius agat cum subiectis. semperq; foueat bonos, & sedulos, paret etiam minus probis, & ita temperet, ut magis eius uereantur seueritatem, quàm ut sæuitiam detestentur. Poteritq; id custodire, si maluerit cauere ne peccet operarius, quàm, cum peccauerit, serò punire. Nulla est autem uel nequissimi hominis amplior custodia, quàm quotidiana operis exactio. Nam illud uerum est M. Catonis oraculum, nihil agendo homines male agere discunt. Itaq; curabit uillicus, ut iusta reddantur. Istaq; non ægre consequetur, si semper se repræsentauerit. Sic enim et magistri singulorum officiorũ diligenter exequentur sua munia, & familia post operis exercitationem fatigata cibo, quietiq; potius, ac somno, quàm maleficijs operam dabit. In uniuersa porrò uillicatione, sicut in cætera uita, pretiosissimum est intelligere quenq; nescire se quod nescit, semperq; cupere, quod ignoret addiscere. Nã et si multum prodest scientia, plus tamen obest imprudentia, uel negligentia maxime in rusticatione, cuius disciplinæ caput semel est fecisse quicquid exegerit ratio culturæ. nam quamuis interdum emendatum sit perperam factum uel imprudentia, uel negligentia, res tamen ipsa iam domino decoxit. Nec mox intantum exuberat, ut & iacturam capitis amissi restituat, & quæstum resarciat. Prælabentis uero temporis fuga quàm sit irreparabilis, quis dubitet? Eius igitur memor præcipue semper caueat, ne improuidus ab opere uinacatur. Res est agrestis insidiosissima cunctanti. quod ipsum expressius uetustissi-

mus author Hesiodus hoc uersu significauit.

αἰεὶ δ' ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄτασθαλα πάντα.

Quare uulgare illud de arborum positione rusticis usurpatum, serere ne dubites id uillicus ad agri totius cultum referri iudicet. credatq; prætermissas non duodecim horas, sed annum perüsse, nisi sua quaq; die quod instat effecerit. nam cum proprijs penè momentis fieri quicquam debeat, si unum opus tardius quàm oporteat peractum sit, cæteræ quoque, quæ sequuntur, culturæ, post iusta tempora serius adhibentur, omnisq; turbatus operis ordo spem totius anni frustratur. quare necessaria est menstrui cuiusq; officij monitio ea, quæ pendet ex ratione syderum cœli. nam ut ait Virgilius,

-Tam sunt arcturi sydera nobis
Hœdorumq; dies seruandi, & lucidus anguis,
Quàm quibus in patriam uentosa per æquora uectis
Pontus & ostriferi fauces tentantur Abidi.

Contra quam obseruationem multis argumentationibus disseruisse me non inficior in is libris, quos aduersus astrologos composueram. sed illis disputationibus exigebatur id, quod improbissime Chaldæi pollicentur, ut certis quasi terminis, ita diebus statis aeris mutationes respondeant. In hac autem ruris disciplina non desyderatur eiusmodi scrupulositas, sed (quod dicitur pingui Minerua) quantumuis utile contingeret uillico tempestatis futuræ præsagium, si persuasum habuerit, modo ante, modo post, interdum etiam stato die orientis, uel occidentis cõpetere uim syderis. nã satis prouidus erit, cui licebit ante multos dies cauere suspecta tempora.

Quid quoq; mense faciendum sit, temporibus accommodando opera. Cap. II.

ITAQVE Præcipiemus quid quoque mense faciendum sit, sic temporibus accommodantes opera ruris, ut permiserit status cœli. Cuius uarietatem, mutationemq;, si ex hoc commentario fuerit præmonitus uillicus, aut nunquam decipietur, aut certe non frequenter. et ne discedamus ab optimo uate, qui ait, ille uere nouo terram proscindere incipiat. Noui autem ueris principium non sic obseruare rusticus debet, quemadmodum astrologus, ut expectet certum diem illum, qui ueris initium facere dicitur. sed aliquid etiã sumat de parte hyemis, quoniam consumpta bruma, iam intepescit annus, permittitq; clementior dies opera moliri. possunt igitur ab idibus Ianuarijs (ut principem mensem romani anni obseruet) auspicari culturarum officia, quorum alia ex pristinis residua consumabit, atq; alia futuri temporis incho

abit. Satis autem erit per dimidios menses exequi quodq; negotium, quia neq; præfestinatum opus numium immature uideri possit ante quindecim dies factum, nec rursus post totidem nimium tarde. Idibus Ianuarijs uentosa tempestas, & incertus status. XVIII. Cal. Feb. tempestas incerta. XVII. Calen. Feb. Sol in Aquarium transit, Leo mane incipit occidere, africus, interdum auster cum pluuia. XVI. Calen. Febr. Cancer desinit occidere, hyemat. XV. Calen. Feb. Aquarius incipit oriri. uentus africus tempestatem significat. XI. Calen. Feb. fidicula uespere occidit, dies pluuius. IX. Calen. Febr. ex ortu prisini syderis significat tempestatem, interdum etiam tempestas. VI. Calen. Febr. Leonis quæ est in pectore clara stella occidit, nonnunquam significatur hyems bipartita. V. Cal Febr. auster, aut africus, hyemat, pluuius dies. III. Calen. Febr. delphinus incipit occidere. Item fidicula occidit. Pridie Calen Feb eorum, quæ supra sunt, syderum ortus, tempestatem facit, interdũ tantummodo significat. Hoc igitur semestrium, & deinceps sequentia tempestatibus annotatis percensuimus, quo cautior uillicus (ut iam dixi) uel abstinere possit operibus, uel festinationẽ adhibere. itaq; ab idibus Ianuarijs, quod habetur tempus inter brumã, & aduentum fauonij, si maior est uineæ, uel arbusti modus, quicquid ex autumno putationis superfuit, repetendũ est, sed ita ne matutinis temporibus uitis saucietur, quoniam pruinis, & gelicidijs nocturnis adhuc rigentes materiæ, ferrum reformidant. itaq; dũ hæ regelare sinuntur, usque in horam secundam, uel tertiam poterunt uepres attenuari, ne incremento suo agrum occupent, segetes emundari, acerui uirgarum fieri, ligna deniq; confici, ut tum demum tepenti iam die putatio administretur. apricis etiã, & macris, aut aridis locis prata iam purganda, et à pecore sunt defendenda, ut fœni sit copia. Siccos quoq;, & pingues agros tempestiuum est proscindere. nam et uliginosi, et mediocris habitus sub æstate, uereue agẽdi sunt. macerrimi uero, & aridi post æstatem, primo autumno arandi, & subinde conserẽdi. sed iugerum agri pinguis hoc tempore anni commode duabus operis proscinditur, quia hybernis pluuijs adhuc madens terra facilẽ cultum sui præbet. Eodemq; mensẽ ante Cal. Feb. sarriendæ segetes autumnales, siue ille seminis adorei sunt, quod qdã far uernaculũ uocãt, seu tritici. Eorumq; tempestiua sarritio est, cum enata frumenta quatuor fibrarũ esse cœperunt. ordeũ quoq; maturũ, q̃bus supest opera, nũc demũ sarrire debebunt. sed et faba eãdẽ culturã exigit, si iam cõliculus eius in quatuor digitos altitudinis creuerit, nã prius sarriuisse nimium teneram non expedit. eruũ quidem melius priore mense, nec tamen improbe hoc ipso uel proximo seremus. nam Martio nullo modo

terræ committendũ esse rustici præcipiũt uineæ, quæ sunt palatæ, et ligatæ recte iã fodiuntur. surculi, qui primi florẽ afferunt, statim circũ idus inserendi sunt, ut cerasorũ tuberum, amygdalarum, persicorumq; ridicis, uel etiam palis configendis, idoneum tempus est, nec minus in ædificia sucidere arborem conuenit, sed utraq; melius fiunt Luna decrescente ab uigesima usq; in trigesimam, quoniã omnis materia sic cæsa iudicatur cărie non infestari. Palos una opera cædere, & exputatos acuere centum numero potest. Ridicas autem querneas, siue oleagineas findere, & dedolatas utraq; parte exacuere numero sexaginta. Item ad lucubrationem uespertinam palos decem, uel ridicas quinq; configere, totidemq; per antelucanam lucubrationem. Materies si roborea est, ab uno fabro dolari ad unguẽ pquadrata debet pedũ. XX. hæc erit uehis una. Pinus autem V. & XX. pedum æque ab uno expeditur, quæ et ipsa uehis dicitur. nec minus ulmus, & fraxinus pedum XXX. cupressus autem pedum XL. tum etiam sexagenum pedum abies, atq; populus, singulis operis ad unguem quadrantur, atque omnes hæ mensuræ similiter uehes appellantur. His etiam diebus matueri agni, & reliq fœtus pecudũ, nec minus maiora quadrupedia characĕre signari debent. Cal. Feb. fidis incipit occidere, uentus eurinus, & interdum auster cum grandine est. III. nonas Februar. fidis tota, & leo medius occidit, corus, aut septentrio. nonnunquam fauonius. Nonis Feb. mediæ partes Aquarij oriuntur, uĕtosa tempestas. VII. Idus Feb. Calisto sydus occidit, fauonij spirare incipiunt. VI. Idus Febr. uentosa tempestas. III. idus Febr. eurus. per hosce dies locis maritimis, & cælidis, & siccis prata, uel arua purgantur, et in fœnum submittuntur. Reliquæ partes uinearum propter brumã, uel frigora omissæ, nunc palandæ, & alligandæ sunt, ne postea tumentes gemmæ lædantur, & oculi atterantur. Item uinearum fossio hisdem locis peragenda, arbustorumq; siue putatio, siue alligatio finienda est, quorum iusta certa esse non possunt. Inter nonas deinde, & idus, pomorum seminaria facĕda sunt, & maturæ plantæ de seminarijs in scrobes transferendæ. Pastinatio quoq; quæ mense Decembri, uel Ianuario cœpta est, iam nunc includenda, & uitibus conserenda est. Pastinatur autem terreni iugerum ita, ut solum in altitudinem trium pedum defodiatur operis LXXX. uel in altitudinem dipondij semissis, operis L. uel ad bipalium, cui est altitudo duorum pedum operis XL. Hæc tamen in agro sicco surculis conserendis minima pastinationis mensura est. Nam oleribus deponendis possit uel sexquipedalis altitudo satisfacere, quæ plerunq; in singula iugera triginta operis conficitur. hoc eodẽ tempore stercoris pars in prata digerẽda. pars oleis,

& cæteris arboribus inspergenda. quin etiã uitiaria diligenter facienda, malleoliq; quamrecentissimis curiosissime pangenda. Populos & salices, & fraxinos, prius quàm frondeant, plantaq; ulmorum nunc ponere utile est, aut ante satas nũc exputare, & circumfodere, ac summas earum æstiuas radiculas amputare. Sarmenta quoq; (uineis non dum fossis) atq; arbustorũ ramos è segetibus, aut rubos, & quicquid deniq; iacens, fodientem, uel alio genere terrã molientem potest impedire, nunc egerere, & ad sepem applicare oportet. Rosaria noua conserere, uel antiqua curare. Arũdineta nunc ponere, uel etiã prisma colere. Salicta facere, uel deputare, runcare, ac fodere. Genistam semine, uel plantis in pastinato, uel etiã sulco deponere. Trimestrium quoq; satio non est aliena huic tempori, quamuis tepidis regionibus melius administretur per mensem Ianuarium. Idibus Februarijs Sagittarius uespere occidit, uchemẽter hyemat. XVI. Cal. Martij uespere crater oritur, uenti mutatio quintodecimo Calẽ. Martij sol in pisces trãsitum facit, nonnunquam uentosa tempestas. tertiodecimo, & duodecimo Calen. Martij fauonius, uel auster cum grandine, & nimbis. decimo Calen. Martij Leo desinit occidere, uenti septentrionales, q uocantur ornithiæ, per dies triginta esse solent, tum & hirũdo aduenit. IX. Cal. Martij arcturus prima nocte oritur, frigidus dies aq lone, uel coro interdũ pluuia. VIII. Calen. Martij sagitta crepusculo incipit oriri, uariæ tempestates. halcyonei dies uocantur, in atlãtico quidẽ mari summa tranquillitas notata est. VII. Cal. Martij uentosa tempestas, hirundo conspicitur. per hos dies frigidis locis earum rerum, quas supra scripsimus, tempestiua est administratio. Locis autem cælidioribus, quamuis sera, tamen necessaria. cæterũ malleoli, & uiui radicis positio huius temporis esse uidetur optima. nec tamen deterior etiam inter Cal. & idus sequentis mensis, utiq; si non sit feruentissima regio. si uero etiã magis frigida, uel melior est. Insitio quoq; arborum, atq; uitiũ tepidis locis hoc tempore commode administrabitur. Cal. Martij africus, interdum auster cum grandine. VI. nonas Martij uindemiator apparet, quem græci τρυγητῆρα dicunt, septentrionales uĕti. IIII. non. Martij fauonius, interdũ auster hyemat. nonis Martij equus mane oritur, flatus aquilonis. III. idus Martij piscis aquilonius desinit oriri, septentrionales uĕti. Pridie idus Martij argo nauis exoritur, fauonius, aut auster, interdum aquilo. His diebus commode instruuntur horti, de quibus suo loco dicam secretius, ne inter hanc quasi turbam operum negligentius olitoris officia descripsisse uidear, aut nunc ordinem reliquarum culturarũ cœptum interrupisse. Igitur à Calen. Martij eximia est uitiũ putatio usque in decimum

Calendarum Aprilium, si tamen se gemmæ nõ dum moueant surculi quoq; silentes ad insitionem nunc præcipue, utiliterq; leguntur, & ipsa insitio uitium, atq; arborum lõge nunc est optima. Frigidis quoq; locis, & humidis uitium satio nunc præcipua est, sed & ficulnea cacumina iam tumentia utilissime ponuntur. Sarritura quoq; frumentorum iteratur egregie. modios tres una opera recte sarrit. prata purgare, & à pecore defendere iam tempestiuum est. locis quidem calidis, & siccis etiam à mense Ianuario, ut supra diximus, id fieri debet, nam frigidis uel à quinquatribus prata recte submittuntur. Scrobes omnis generis, quos eris autumno cõsiturus, hoc tẽpore præparare oportebit. eorum quaternarij, hoc est quoquouersus pedum IIII. si est cõmodum terrenum. XIIII. ab uno fiunt. Ternarij autẽ XVIII. Cæterum ad deponendas uites, uel non magni incremẽti arbores, sulcus qui sit pedum cẽtum & uiginti, latitudine bipedanea, in altitudinem deprimi debet dipondio semisse, eumq; similiter una opera efficat. Rosarium serotinum perfossum, & cultum habere iam tempus est. Oleis laborantibus circum radices amurcam, quæ salẽ nõ habeat, nunc cõueniat infundere, maximis sex congij, mediocribus arboribus urnæ satisfaciunt, cæteris æstimanda erit portio. sed tamen quæ nihil uitij habuerint, aliquanto lætiores fient, si amurca rigentur insulsa. nonnulli hoc optimum tempus esse seminarijs instituendis dixerunt. Tum etiam bacas lauri, & myrti, cæterorumq; uiridium semina in areolas disserere præceperunt. orthocassos, & ederas ab idibus Februarij, uel etiam Calen. Martijs poni oportere ijdem cõsuerũt. Idibus Martij nepa incipit occidere, significat tempestatẽ. XVII. Calen. April. nepa occidit, hyemat. XVI. Calen. April. Sol in Arietem transitum facit, fauonius, uel eurus. XII. Cal. April. equus cecidit mane, septentrionales uenti. X. Calen. April. Aries incipit exoriri, pluuius dies, interdum ningit. IX. & VIII. Calendarum Aprilium, æquinoctium uernum tempestatem significat. Ab idibus eadem, quæ supra, utique peragenda sunt. optime autẽ uliginosa, & pinguia loca nunc demum prosanduntur. & quæ mense Ianuario uernacula fecimus, nunc ultima parte Martij sunt iteranda, & siquæ pergulæ uitium generosarum, uel siquæ in agris aut uepribus singulares arbores maritæ à putatoribus relictæ sunt, ante Calen. April utique deputari debent, post quem diem sera, & infructuosa fit huiusmodi rerum cultura. Milij quoque, & panici. hæc prima satio est, quæ peragi debet circa id. April. utriusque seminis sextarij gni singula iugera occupant. quinetiam pecus lanatum, cæteraq; quadrupedia tempus idoneum est castrandi. Locis autem tepidis ab idibus Februarij usq;

in idus April. In locis frigidis ab idibus Martij usque in idus Maias oĩa recte pecora castrantur. Cal. April. nepa occidit mane, tempestatem significat. non. April. fauonius, aut auster cum grandine, nonnunquam hoc idem pridie. VIII. idus April. uergiliæ uesperæ cælantur, interdum hyemat. VII. id. April. & VI. & V. austri, & africi, tempestatem significat. IIII. idus April. Sole oriente, Libra occidere incipit, interdũ tempestatem significat. Pridie id. April. suculæ cælãtur, hyemat. His diebus locis frigidis prima uinearũ fossio utiq; ante idus peragenda est. quæq; mense Martio post cõfectum æquinoctium fieri debuerunt, nunc deniq; quam primum exequenda sunt. Fici, uitesq; adhuc recte inseruntur. seminaria, quæ sunt ante facta, runcari, & adhuc cõmode fodiri possunt. Oues tarentinæ radiæ lanaria lauari debent, ut tonsuræ præparentur. Idib. April. is, ut supra, Libra occidit, hyemat. XVIII. Cal. Maias uentosa tempestas, & imbres, nec hoc constante. XV. Calen. Maias Sol in Taurum transitum facit, pluuiam significat. XIIII. Calen. Maias suculæ se uesperi cælant, pluuiam significat. XI. Calen. Maias uer bipartitur, pluuia, & nonnunquam grando. X. Calen. Maias uergiliæ cum Sole oriuntur, africus, uel auster, dies humidus. IX. Calen. Maias prima nocte fidicula apparet, tempestatem significat. IIII. Calen. Maias auster ferè cum pluuia. III. Calen. maias mane Capra exoritur, austrinus dies, interdum pluuiæ. Pridie Cal. Maias cănis se uespere cælat. tempestatem significat. Per hos dies eadem, quæ supra, persequemur. Possunt q; si iam librum remittunt inseri oleæ, uel emplastrari, cæteraq; pomiferæ arbores eodẽ emplastrationis genere inseri. sed & prima păpinatio recte inchoatur, dum prorepentes oculi digito decuti possint. si qua præterea in uineis aut fossor disturbauit, aut negligentia omisit, diligens uinitor restituere debet, & fracta iuga cõsyderare, et resarcire, aut disiectos palos reponere, ita ne teneros pampinos explantet. eodem tempore secundi fœtus, pecudes signari oportet. Calen. Maias hoc biduo sol unam dicitur tenere particulam. VI. non. Maias suculæ cum sole exoritur, septentrionales uenti. V. non. Maias centaurus totus apparet, tempestatem significat. III. nonas Maias idem sydus, pluuiã significat. Pridie nonas Maias nepa medius occidit, tempestatem significat. nonis Maijs uergiliæ exoriuntur mane, fauonius. VII. idus Maias æstatis initium, fauonius, aut eurus, interdum etiam pluuia. VI. idus uergiliæ totæ apparent, fauonius, aut eurus, interdum & pluuiæ. Tertio idus Maias fidis mane oritur significat tempestatem. Per hos dies runcandæ segetes sunt, fœniseciæ instituendæ. Bonus operarius prati iugerum desecat, nec minus mille

ducentos manipulos unus obligat, qui sint singuli quaternarum libra rum. Arbores quoq; tẽpus ẽ ablaqueatas circũfodere et operire una opera nouellas circumfodiet arbores octuaginta, mediocres LXV. magnas quinquaginta. hoc mense seminaria omnia crebro fodere oportebit, sed à Calendis Martijs usque in idus Septembres, omnibus mensibus non solum seminarijs, sed etiam nouellis uineis danda fossio ẽ. Iisdem diebus, ubi prægelidum, & pluuium cœlum est, oleæ putantur, & emuscantur. Cæterum tepidis regionibus duobus temporibus anni facere istud oportebit. Primo ab idibus Octobr. usque in idus Decembres, iterum ab idibus Febr. usque in idus Martias. si tamen arborum non remittit, hoc eodem mense in pastinato seminario nouissima positio est olearis taleæ, eamq; oportet, cum panxeris, fimo, et arene mistis oblinire, & superponere muscum, ne sole findatur. sed hoc idem opus melius fiet ultima parte mensis Martij, uel prima mensis Aprilis, et cæteris temporibus, quibus præcepimus seminaria plãtis, uel ramis cõserere. Idibus maijs fidis mane exoritur, auster, aut euronotus, interdum dies humidus. XVII. Calen. Iunias idem, quod supra XVI. & XV. Cal. Iunias euronotus, uel auster cum pluuia. XIIII. Cal. Iun. Sol in geminos introitum facit. XII. Calen. Iun. suculæ exoriuntur, septentrionales uenti, nonnunquam auster cum pluuia. XI. & X. Calend. Iunias arcturus mane occidit, tempestatem significat. VIII. & VII. & VI. Calendas iunias capra mane exoritur, septentrionales uenti. Ab idibus usque in Calendas Iunias uetera, nam uineam prius quàm florere incipiat, iterum fodere oportet, eandemq;, et cæteras omnes uineas itidem pampinare. Quod si sæpius feceris, puerilis una opera iugerum uineti pampinabit. quibusdã regionibus oues nunc tondentur, et pecoris nati, aut amissi ratio accipitur. item qui lupinum stercorandi agri causa serit, nunc demum aratro subuertit. Calen. Iun. & IIII. non. aquila exoritur, tempestas uentosa, & interdũ pluuia. VII. idus Iuni. arcturus occidit, fauonius, aut corus. IIII. id. Iun. delphinus uespere exoritur, fauonius, interdum rorat. His diebus si non opere uicti sumus, eadem, quæ extremo mense Maio, facienda sunt. item omnes arbores fructiferæ circunfossæ aggerari debent, ut ante solstitium id opus peractum sit. quinetiam pro conditione regionis, & cœli terra uel proscinditur, uel iteratur eaq;, si est difficilis, proscinditur operis tribus, iteratur duabus, tertiatur una. Liuantur aũt iugera duo opera una. at si facilis est terra, proscinditur iugerũ duabus opis, iteratur una. lirãtur una, iugera quatuor, cũ in subacta iam terra latiores porcæ sulcantur. quæ ratio colligit, ut p autũnum facile possint uno iugo, tritici obseri modij centum quinquaginta, cæterorumq;

rorumq; leguminum modij centum. Isdem diebus area trituræ præparanda est, ut quæq; res desecta erit, in eam conferatur. Vinearum quoq; cultus, quibus maior est modus, iteratus esse debet. Ante solstitium pabulum (si facultas est) uel nunc, uel etiam superioribus XV. diebus, qui fuerint ante Calend. Iunij, pecori præberi oportet. A Cal. autem Iunijs, si iam deficit uiridis herba, usq; in ultimum autumnum frondem cæsam præbebimus. Idibus Iunijs calor incipit. XIII. Cal. Iul. sol introitum in cancro facit, tempestatem significat. XI. Calen. Iunij, anguifer, qui à græcis dicitur ὀφιοῦχος mane occidit, tempestatem significat. VIII. & VII. & VI. Cal. Iulij solstitium, fauonius. & calor. III. Calen. Iul. uentosa tempestas. His diebus eadem, quæ supra. Sed & uiciam in pabulum secare oportet, prius q̃ siliquæ eius durentur, ordeum metere, fabam serotinam ducere, fabam maturam conterere, & paleam eius diligenter recondere, ordeũ terere, paleasq; omneis recondere, aluos castrare, quas subinde nono quoq;, aut X. die ad Cal. Maias considerare, & curare oportet. Nunc autem si sunt pleni, atq; operculati faui demetendi sunt. Sin autem maiore parte uacant, aut sine operculis adaperti sint, non dum esse maturos significatur, itaq; mellatio est differenda. Quidam in prouincijs transmarinis uel hoc, uel sequẽte mense sesama serunt. Calen. Iulijs fauonius, uel auster, & calor. Quarto Non. Iul. corona occidit mane. Pridie Non. Iul. cancer medius occidit, calor ceteruo Idus Iul. Capricornus medius occidit. septimo Idus Iul. Cepheus uespere exoritur, tempestatem significat. Sexto Idus Iul. prodromi flare incipiunt. His diebus eadem, quæ supra. Sed & proscissum uernaclum optime nunc iteratur, & syluestris ager decrescente luna utilissime extirpatur. Idibus Iulijs Procyon exoritur mane, tempestatem significat. tertiodecimo Calend. Augustas sol in Leonem transitum facit, fauonius. nono Calendas Augustas Leonis in pectore clara stella exoritur, interdum tempestatem significat. octauo Calen. Augustas Aquarius incipit occidere clare, fauonius, uel auster. Septimo Cal. Augustas canicula apparet, caligo æstuosa. Sexto Cal. Augustas aquila exoritur. IIII. Cal. Augustas leonis in pectore claræ stellæ exoriuntur, interdum tempestatem significat. III. Calen. Augustas aquila occidit, significat tempestatem. His diebus locis temperatis, & maritimis messis conficitur, & intra dies triginta qua desecta est, stramenta præcisa in aceruum congeruntur. Iugerum stramentorum opera una desecat, quibus remotis prius quàm sol acrior exurat terram, omnes arbores, quæ fuerant in segete, circunfodere, & adobruere oportet. Item quibus magna sementis præparatur, nunc debent iterare. Nam de fodiendis, colendis ue no-

uellis uineis, sæpius iam dixi nullum esse mensem omittendum, donec autumnale æquinoctiũ cõficiatur. Meminisse autem oportebit, ut per hos, & Augusti mensis dies ante lucanis, et uespertinis temporibus frõdem pecudibus cædamus. Item quascunq; uineas culturi sumus, ne per æstum, sed mane usq; in tertiam, & à decima usq; in crepusculum fodiamus. Quibusdã regionibus sicut in Cilicia, & Tãphilia hoc mense sesama seruntur. Italiæ autem regionibus humidis possunt ultimo mense Iunio seri. Quinetiam tempus est ficulneis arboribus cæprificum suspendere. Quod quidam existimant ideo fieri debere, ne fructus decidat, & ut celerius ad maturitatem perueniat. Cal. Augusti Etheſiæ. Pridie Nonas Augusti leo medius exoritur, tempestatem significat. VII. Idus Aug. Aquarius occidit medius, nebulosus æstus. Pridie Idus Augusti fidis occidit mane, & autumnus incipit. His diebus eadem, quæ supra. Nonnullis tamen locis fœni demetuntur. qui si non sunt melle repleti, nec operculati, differenda est in mensem Octobrem mellatio. Idibus Augusti delphini occasus tempestatẽ significat. XIX. Cal. Septembris eiusdẽ syderis matutinus occasus tempestatem significat. XIII. Cal. Septembris sol in uirginem transitum facit. Hoc & sequẽti die tempestatem significat, interdum & tonat. Hoc eodem die fidis occidit. decimo Cal. Septembris ex eodẽ sydere tempestas plerũq; oritur, & pluuia. VII. Calen. Septembris uindemiator exoritur mane, & arcturus incipit occidere, interdum pluuia. III. Cal. Septembris humeri uirginis exoriuntur, Etheſiæ desinunt flare, & interdũ hyemat. Pridie Cal. Septembris Andromeda uespери exoritur, interdum hyemat. His quidem diebus arbores ficorum inoculantur, quod genus insitionis emplastratio uocatur. Idq; licet uel commodius facere superiore mense post Idus Iulias, quo tempore etiam aliarum arborum nonnulli emplastrationem faciunt. Quibusdam locis, ut in Bætica maritimis regionibus, & in Africa uindemia conficitur. Sed frigidioribus regionibus pulueratione faciunt, quam uocant rustici occationem, cum omnis gleba in uineis refringitur, et resoluitur in puluerem. Hoc eodem tempore, prius quàm uineæ puluerentur, si perexilis est, uel rara ipsa uitis, lupini modij tres, uel quatuor in singula iugera sparguntur, & inocantur, qui, cum fruticauerint, prima tum fossione conuersi satis bonum stercus uineis præbent. Multi etiã, si pluuius est status cœli, sicut suburbana regione Italiæ pãpinis uitem spoliant, ut percoqui fructus possint, nec putrescere imbribus. At è contrario locis calidioribus, ut modo nominatis prouincijs, circa uindemiã adumbrantur, uel stramentis, uel alijs tegumentis uuæ, ne uentis, aut caloribus exaresçant. Hoc idem tempus est aridis uuis, ficisq; cõficiendis,

de quibus

de quibus quemadmodum passæ fiant, suo loco dicamus, cum illicæ persequemur officia. Filix quoq; aut carex ubicunq; nascitur, Augusto mense recte extirpatur, multus tamen circa Idus Iulias ante caniculæ exortum. Cal. Septembris calor. quarto Non. Septembris piscis australinus desinit occidere, calor. Non. Septẽbris arcturus exoritur, fauonius, uel corus. VII. Idus Septembris piscis aquilonius desinit occidere, & capra exoritur, tempestatem significat. tertio Idus Septembris fauonius, aut africus, uirgo media exoritur. His diebus locis maritimis, & calidis uindemia, & cætera, quæ suprascripta sunt, commode administrantur. Iteratio quoq; arationis peracta esse debet, si serius terra proscissa est. Sin autem celerius, etiam tertiatum solum esse conuenit. Hoc etiam tempore qui consueuerunt uina condire, aquam marinam præparant, & aduectam decoquunt. de qua cõficienda, cum illicæ officia exequar, præcipiam. Idibus Septembris ex pristino sydere nonnunquã tempestatem significat. XV. Calẽ. Octobris arcturus exoritur, fauonius, aut africus, interdum eurus, quem quidam uulturnum appellant. XIIII. Cal. Octobris spica uirginis exoritur, fauonius, aut corus. XIII. Cal. Octobris sol in Libram transitum facit, crater matutino tempore apparet. XI. Cal. Octobris pisces occidunt mane, item aries occidere incipit, fauonius, aut corus, interdum auster cum imbribus. X. Calend. Octobris argo nauis occidit, tempestatem significat, interdum etiam pluuiam. IX. Calendas Octobris centaurus incipit mane oriri, tempestatem significat, interdum & pluuiam. VIII. Calendas Octobris. & VII. & VI. æquinoctium autumnale pluuiam significat. V. Calen. Octobris hœdi exoriuntur, fauonius, nonnunquam auster cum pluuia. IIII. Calen. Octobris uirgo desinit oriri, tempestatem significat. His diebus uindemiæ pluribus regionibus fiunt, quarum maturitatem alij aliter interpretati sunt. Quidam cum uidissent partem aliquam uuarum uiresçere, crediderunt tempestiuam esse uindemiam. Quidam cum coloratas, & perlucidas uuas animaduertissent, nonnulli etiam cum pampinos, ac folia decidere consyderassent. quæ omnia fallacia sunt, quoniam immaturis uuis omnia eadem possunt accidere, propter intemperiem solis, aut anni. Itaq; nonnulli gustu explorare maturitatem tentauerunt, ut siue dulcis esset sapor uuæ, siue acidus, proinde æstimarent. Sed & hæc ipsa res habet aliquam fallaciam. Nam quædam genera uuarum nunquam dulcedinem capiunt propter austeritatem nimiam. Itaq; oppurtunum est (quod nos facimus) ipsam naturalem contemplari maturitatem. naturalis autem maturitas est, si cum expresseris uinacea, quæ acinis cælantur, iam infuscata, & nonnulla propemodum nigra fuerint. nam

colorem nulla res uinaceis potest afferre, nisi naturae maturitas, praesertim cum ita media parte acinorum sint, ut & à sole aestuante, & à uentis protegantur, humorq; ipse non patitur ea percoqui, aut insu scari, nisi suapte natura. Hoc igitur cum exploratum habuerit uillicus, sciat uindemiã sibi esse faciendam. Sed ante quàm fructum cogere incipiat, cuncta praeparanda erunt superiore (si fieri posset) mense. Si minus, certe ut ante quindecim dies dolia partim picata, partim defricata, & diligenter lota marina, uel aqua salsa, & recte siccata. Tũ & opercula, colaq;, & cætera, sine quibus probe confici mustum nõ potest. Torcularia uero, et fora diligenter emundata, lotaq;. Et, si res ita exegerit, picata, praeparataq; habeat ligna, quibus defrutũ, et sapã decoquat. Tum etiam salem, atq; odoramenta, quibus condire uina consueuerint, multo ante reposita esse oportet. Nec tamen haec cura totum auocet eum à cætera ruris cultura. nam & napinae, itemq; rapinae siccaneis locis per hos dies fiunt. Farraginaria quoq; pecori futura per hyemem praesidio. Itemq; siliquam, quod rustici fœnum graecum uocant nec minus in pabulum uicia nunc demum conseruntur. Tum etiam lupini haec erit praecipua satio, quem quidã uel ab area protinus in agrum deferri putant oportere. Milium, & panicum hoc tempore demetitur, quo faseolus ad escam seritur. nam ad praecipiendum semen ultima parte Octobris circa Calendas Nouembris melius obruitur. Quare cum haec cuncta in agris exequi debeant, possit eorum curam, quae intra uillam facienda sunt, uillicae delegare. Ita tamen, ut ipse consyderet an recte facta sint. Calendis Octobribus, & VI. Non. interdum tempestatem significat. quarto Non. Octobris aurigã occidit mane, uirgo desinit occidere, significat nonnunq; tempestatem. III. Non. Octobris corona incipit exoriri, significat tempestatem. Pridie Non. Octobris hœdi oriũtur uespere, aries medius occidit. aquilo. VIII. Idus Octobris coronae clara stella exoritur. VI. Idus Octobris uergiliae exoriuntur uespere, fauonius, & interdum africus cum pluuia. Tertio, & pridie Idus Octobris corona tota mane exoritur, auster hybernus, & nonnunq; pluuia. Per hos dies frigidis regionibus uindemia, et cætera, quae suprascripta sunt, fieri solent. Iisdeq; regionibus frumenta matura seruntur, et praecipue far adoreũ. Locis etiam opacis triticum nunc recte seritur. Et quoniã sementis mentionẽ fecimus, nunc intempestiue quantum cuiusq; seminis iugerum agri recipiat referemus. Iugerum agri recipit tritici modios quatuor, uel quinq; farris adorei modios nouem, uel decem, ordei modios quinque, uel sex, milij, uel panici sextarios quatuor, uel quinq;, lupini modios octo, uel decem, faseoli modios quatuor, pisi modios tres, uel quatuor, fabae

modios

modios sex, lentis modium unum, uel paulo amplius, lini seminis modios nouem, uel decem, cicerculae modios tres, uel quatuor, ciceris modios duos, uel tres, sesami sextarios quatuor, uel quinque, uitiae pabularis modios septem, uel octo, uiciae seminalis modios quinque, uel sex, erui modios quatuor, uel quinque, farraginis ordeaceae modios septem, uel octo, siliquae modios sex medicae singulos cyathos serere oportet in areolis longis pedum denum, latis pedum quinum. Canabis grana sex in pede quadrato ponuntur. Idibus Octobris, & sequenti biduo interdum tempestas, nonnunquam rorat. XIIII. Calend. Nouembris sol in Scorpionem transitum facit. Tertiodecimo, & duodecimo Calendas Nouembris solis exortu uergiliae incipiunt occidere, tempestatem significat. undecimo Calend. Nouembris Tauri cauda occidit, auster, interdum pluuia. Octauo Calend. Nouembris centaurus exoriri mane desinit, tempestatem significat. Septimo Calend. Nouembris nepae frons exoritur, tempestatem significat. Quinto Calendas Nouembris uergiliae occidunt, hyemat cum frigore, & gelicidijs quarto Calendas Nouembris arcturus uespere occidit, uentosus dies. Tertio Calendas, & pridie Nouembris Cassiope incipit occidere, tempestatem significat. Per hos dies quaecunque semina differri debent, arbusculaeq; omnis generis recte ponuntur. Vlmi quoque uitibus recte maritantur, ipsaeq; uites in arbustis, & uineis commode propagantur. Seminaria runcare, & fodere tempus est. Tum etiam arbores ablaqueare, nec minus uineas, easdemq; putare. Itemq; in arbustis uitem deputare. seminaria, quae suo tempore pampinata non sunt arbusculaeq; ficorum in seminarijs putari, & ad singulos stylos redigi debent, quae tamen melius, dum tenera sunt, per germinationem pampinantur. Sed cum omnia in agricultura strenue facienda sint, tum maxime sementis. Vetus est agricolarum prouerbium. Maturam sationem saepe decepere solere, seram nunquam, quin mala sit. Itaque in totum praecipimus, ut quisque natura locus frigidus erit, is primus conseratur, ut quisque calidus, nouissimus. Vicia, & faba stercorare agrum dicuntur. Lupinum nisi in florem uerteris, nihil agrum stercoraueris. Sed nec ulla res magis uacuis operarijs aut seritur, aut conditur. Nam & primis temporibus ante aliam sementim potest id obrui, & nouissimis post coactos fructus tolli. Sementi facta inocare oportet, quod sparseris. Duo iugera tres operae commode occabunt, arboresq;, quae intereunt, ablaqueabunt, quamuis antiqui singulis operis singula iugera sarriri, & occari uelint. quod an recte fieri possit, affirmare non ausim. Eodem tempore fossas, riuosq; purgare, & eliceres, sulcosq; aquarios conuenit facere. Iisdem temporibus si sit, fraxi-

neam, si minus, orneam, si nec hæc sit, iligneam frondem bubus recte præbebimus. Glandis quoque non inutile est singulis iugis modios sin gulos dare, nec tamen amplius, ne laborent, nec minus diebus. XXX. præbueris. nã si paucioribus diebus detur (ut ait Hignius) per uersã bioſi boues fiunt. Glans autem paleis immiſcenda eſt, atque ita bubus apponenda. Tum etiam ſyluam ſi quis barbaricam, ideſt cõſemineam uelit facere, recte cõſeret glandibus, & cæteris ſeminibus. Tũ & olea diſtringenda eſt, ex qua uelis uiride oleum efficere, quod ſit optimum ex uaria oliua, cum incipit nigreſcere nam acerbum niſi ex alba olea fieri non debet. Calend. Nouembribus, & poſtridie caput tauri occidit, pluuiam ſignificat. III. Non. Nouembris fidicula mane exoritur, hyemat, & pluit. VIII. Idus Nouembris idem ſydus totum exoritur, auſter, uel fauonius, hyemat. VII. Idus Nouembris ſtella clara Scorpionis exoritur, ſignificat tempeſtatem, hyemat, uel uulturnus, interdum rorat. Sexto Idus Nouembris Vergiliæ mane occidũt, ſignificat tempeſtatem, hyemat. Quinto Idus Nouembris hyemis initium, auſter, aut eurus, interdum rorat. His diebus usq; in idus, quæ ſuperiore menſe facere non poteris, adhuc tolerabiliter efficies. Sed & proprie hoc obſeruabis, ut pridie, quàm plenilunium ſit, ſi minus certe ipſo plenilunio omnem, quam ſaturus es, fabam uno die ſpargas, ſed poſtea licebit ab auibus, & pecore defenſam obruas. Eamq; ſi ita cõpetierit lunæ curſus, ante idus Nouembris occatum habeas quampinguiſſimo, & nouo loco, ſi minus quam ſtercoratiſſimo. Satis erit in ſingula iugera uehes ſtercoris cõportare numero decem & octo. Vehes autem ſtercoris habet modios octoginta. Ex quo colligitur oportere in denos quoquouerſus pedes, modios quinos ſtercoris ſpargere. Quæ ratio docet uniuerſo iugero ſatisfacere modios. M. CCCCXL. Tum etiam conuenit oleas ablaqueare & ſi ſunt parum fructuoſæ, uel cacuminibus retorridæ frondis, magnis arboribus quaternos modios ſtercoris caprini circunſpergere, in cæteris autem pro magnitudine portionem ſeruare. Eodem tempore uineis ablaqueatis columbinum ſtercus ad ſingulas uites, quod ſit inſtar unius ſextarij, uel urinæ hominis congios, uel alterius generis quaternos ſextarios ſtercoris infundere. Iugerum uinearum in ſenos pedes poſitarum duæ operæ ablaqueant. Idibus Nouembris dies incertus, ſæpius tamen placidus. Sextodecimo Calendas Decembris fidis exoritur mane, auſter, interdum aquilo magnus. Quintodecimo Calendas Decembris aquilo, interdum auſter cum pluuia. Quartodecimo Calendas Decembris ſol in Sagittarium tranſitum facit, ſuculæ mane oriuntur, tempeſtatem ſignificat. Duodecimo Calendas Decembris tauri cornua ueſperi

occidunt, aquilo frigidus, & pluuia. Vndecimo Calendas Decembris ſuculæ mane occidit, hyemat. Decimo Calendas Decembris lepus occidit mane, tempeſtatem ſignificat. Septimo Calendas Decembris canicula occidit ſolis ortu, hyemat. Pridie Calendas Decembris totæ ſuculæ occidunt, fauonius, aut auſter, interdum pluuia. His diebus, quæ præterita erunt ſuperioribus opera conſequi oportet. Et ſi non plurimum ſerimus, optimum eſt intra Calendas Decembris ſementem confeciſſe. Sed etiam longis noctibus ad diuturnum tempus aliquid adiũciendum eſt. Nam multa ſunt, quæ in lucubratione recte aguntur. Siue enim uineas poſſidemus, pali, & ridicæ poſſunt dolari, exacuiq;, ſiue regio ferulæ, uel cortices ferax eſt, apibus aluearia fieri debent, ſiue palmæ ſpartiuæ fœcunda eſt, ſiſcinæ, ſportæq;, ſeu uirgulterum orbes ex uimine. Ac ne cætera nunc perſequar, nulla regio non aliquid affert, quod ad lucubrationem cõfici poſſit. Nam inertis eſt agricolæ expectare diei breuitatem, præcipue in ijs regionibus, in quibus brumales dies horarum nouem ſunt, noctesq; horarum quindecim. Poſſit etiam ſalix deciſa pridie ad lucubrationem expurgari, & ad uitium ligamina præparari. Quæ ſi natura minus lenta eſt, ante dies quindecim præcidenda, & purgata in ſtercore obruenda eſt, ut lenteſcat. Sin autem iampridem cæſa exaruit, in piſcina maceranda eſt. Tum etiam per lucubrationem ferramenta acuere, & ad ea facere, uel facta manubria aptare, quorum optima ſunt iligneа, deinde carpinea, poſt hæc fraxinea. Calendis Decembris dies incertus, ſæpius tamen placidus. Octauo Idus Decembris Sagittarius medius occidit, tempeſtatem ſignificat. Septimo Idus Decembris aquila mane oritur, africus, interdum auſter, irrorat. Tertio Idus Decembris corus, uel ſeptentrio, interdum auſter cum pluuia. His diebus quæ præterita erunt ſuperiore menſe opera peragi debebunt, utique in locis temperatis, aut calidis, nam frigidis recte fieri iam non poſſunt. Idibus Decembris Scorpio totus mane exoritur, hyemat. Sexto decimo Calendas Ianuarij ſol in Capricornum tranſitum facit, brumale ſolſtitium, ut Hipparcho placet, itaq; tempeſtatem ſæpe ſignificat. XV. Calend. Ianuarias uentorum commutationem ſignificat. X. Calendas Ianuarias capra occidit mane tempeſtatem ſignificat. nono Calendas Ianuarias brumale ſolſtitium (ſicut Chaldæi obſeruant) ſignificat. Sexto Calendas Ianuarias delphinus incipit oriri mane, tempeſtatem ſignificat. Quarto Calendas Ianuarias aquila ueſpere occidit, hyemat. Tertio Calendas Ianuarias canicula occidit ueſpere, tempeſtatem ſignificat. Pridie Calendas Ianuarias tempeſtas uentoſa.

His diebus qui religiosius rem rusticam colunt, nisi si uinearum causa pastines, negant debere terram ferro commoueri. Itaque quicquid citra id genus effici potest, id ab his comprehenditur, ut olea legatur, & oleū conficiatur, ut uitis paletur, et capite tenus alligetur, ut iugi uineis imponantur, & capistrentur. Cæterū palmare, ideſt materias alligare hoc tempore non expedit, quia plurimæ propter rigorē, qui fit ex frigore, franguntur. Possunt etiā his diebus cerasi, et tuberes, & armeniacæ, atq; amygdalæ, cæteræq; arbores, quæ primæ florent, inseri commode. Nonnulli etiam legumina serunt. Calendis Ianuarij dies incertus. tertio Nonas Ianuarij Cancer occidit, tempestas uaria. Pridie Nonas Ianuarij media hyems, auster multus, interdum pluuia. Nonis Ianuarijs fidis exoritur mane, tempestas uaria. Sexto Idus Ianuarias auster, interdum fauonius. Quinto Idus Ianuarias auster, interdum imber. Pridie Idus Ianuarias incertus status cœli. Per hos quoque dies abstinent terrenis operibus religiosiores agricolæ, ita tamen ut ipsis Calendis Ianuarijs auspicandi causa omne genus operis instaurent. Cæterum differant terrenam molitionem usque in proximas Idus. Sed nec ignorare debebit uillicus, quid uni iugo boum quoquo mense per singulos dies præstari satis sit. Quare huius quoq; curæ rationem subiiciemus. Mense Ianuario paleas cum erui macerati sextarijs sex, uel paleas cum cicerculæ fresæ semodio, uel frondis orbem pabulatorium modiorum uiginti, uel paleas quantum uelint, & fœni pondo uiginti, uel affatim uiridem frondem ex ilice, uel lauro, uel quod his omnibus præstat, farraginem ordeaceam dabit siccam. Februario mense idem, Martio idem. Vel si opus facturi sunt, fœni pondo quinquaginta. Aprili frondem querneam, & populneā. Ex Calēdis ad Idus, uel paleas, uel fœni pondo quadraginta. Maio pabulum affatim, Iunio ex Calendis frondem affatim, Iulio idem, Augusto idem, uel paleas ex aruo pondo quinquaginta, Septembri frondē affatim, Octobri frondem, & ficulnea folia. Nouembri ad Idus frōdem, uel folia ficulnea, quæ sint orbis unius. Ex Idibus glandis modium unum paleis immistum, & lupini macerati modium unum paleis immistum, uel maturam farraginem. Decembri frondem aridam, uel paleas cum erui semodio macerato, uel lupini, quod ex semodio macerato exierit, uel glādis modium unum, ut supra scriptum est, uel farraginem.

Prosa de cultu hortorum, & herbis hortensibus. Cap. III.

ET QVONIAM percensuimus opera, quæ suis quibusq; temporibus anni uillicum exequi oporteret, memores polliciti nostri subiūgemus cultus hortorum, quorum æque curam suscipere debebit, ut & quotidiani

quotidiani uictus sui leuet sumptum, & aduenienti domino præbeat, quod ait poeta, inemptas ruris dapes. Democritus in eo libro, quem georgicon appellauit, parum prudenter censet eos facere, qui hortis extruant monimenta, quod neq; latere fabricata materies perennare possit pluuijs, ac tempestatibus plerunque infestata, neque lapides supra rei dignitatem posset impensa. si uero amplum modum sepire quis uelit, patrimonio esse opus. Ipse igitur ostendā rationem, qua non magna opera hortum ab incursu hominum, pecudumq; munimus. Vetustissimi authores uiuam sepem structili prætulerunt, quia non solum minorem impensam desyderaret, uerum etiam diuturnior immensis temporibus permaneret. itaq; uepres efficiendi consitis spinis rationem talem reddiderunt. Locus, quem sepire destinaueris, ab æquinoctio autumnali simul atq; terra maduerit imbribus, circumuallādus est duobus sulcis tripedaneo spatio inter se distantibus. modum altitudinis, et latitudinis eorum abunde est esse bipedaneum, sed eos uacuos perhyemare patiemur præparatis seminibus, quibus obserantur. ea sint uastissimarum spinarum, maximéq; rubi, & paliuri, & eius, quam græci uocant κυνόσβατον, nos sentem canis appellamus. Horum autem ruborum semina quam maturissima eligi oportet, & erui moliti farinæ immiscere. quæ cum est aqua consperſa, illinitur uel nauticis uel teribus funibus, uel quibuslibet alijs restibus. siccati deinde funiculi reponuntur in tabulato. mox ubi bruma confecta est, intermissis quadraginta diebus circa hirundinis aduentum, cum iam fauonius exoritur, post Idus Februarij, si qua in sulcis per hyemem constitit aqua exhauritur, resolutáq; humus, quæ erat autumno regesta, usque ad mediam sulcorum altitudinem reponitur. Prædicti deinde funes de tabulato prompti explicantur, & in longitudinem per utrunque sulcum porrecti obruuntur, sed ita ut non nimium supergesta terra semina spinarum, quæ inhærent toris funiculorum enasci possint. ea ferè circa trigesimum diem prorepunt. atque ubi cœperunt aliquod incrementum habere, sic insuescī debent, ut in id spatium, quod sulcis interiacet, inclinentur. Oportebit autem uirgeam sepem interponere, quam superscendant sentes utriusque sulci, & sit. quo interdum quasi adminiculo prius, quàm corroborentur, ac quiescant. Hunc ueprem manifestum est interimi non posse, nisi radicatus effodere uelis. Cæterum etiam post ignis iniuriam melius renasci nulli dubium est. & hæc quidem claudendi horti ratio maxime est antiquis probata. Locum autē prius eligi conueniet, si permittit agri situs, iuxta uillam præcipue pinguem, quiq; aduenientē riuo, uel si non sit fluens aqua, fonte puteali possit irrigari. Sed ut certam perennitatis puteus habeat fidem, tam

demum effodiendus est, cum sol ultimas partes uirginis obtinebit, ideſt menſe Septembri ante æquinoctium autumnale. ſiquidem tunc maxime explorantur uires fontium, cum ex longa ſiccitate æſtatis terra caret humore pluuiali. Prouidendum eſt autem, ne hortus areæ ſubiacet, ne per trituram uenti poſſint paleas, aut puluerem in eum perferre, nam utraque ſunt oleribus inimica. Mox ordinandi, paſtinandiq; ſoli duo ſunt tempora, quoniam duæ quoque olerum ſationes. nam & autumno, & uere plurima ſeruntur, melius tamen uere riguis locis, quoniam & naſcentis anni clementia excipit prodeuntia ſemina, & ſitis æſtatis reſtinguitur fontibus. At ubi loci natura neq; manu illatam, neque ſuæ ſponte aquam miniſtrari patitur, nullum quidem aliud auxilium eſt, quàm hyemales pluuiæ. Poteſt tamen etiam in ſiccissimis locis opus cuſtodiri, ſe depreſſius paſtinetur ſolum, eiusq; abunde eſt gradum effodere tribus pedibus, ut in quatuor conſurgat regeſtum. At ubi copia eſt rigandi, ſatis erit non alto bipalio, ideſt minus quàm duos pedes ferramento nouale conuerti. Sed curabimus, ut ager quem uere conſeri oportet, autumno circa Calendas Nouembris paſtinetur. quem deinde uelimus autumno inſtituere, menſe Maio conuertemus, ut aut hyemis frigoribus, aut æſtuis ſolibus & gleba ſoluatur, & radices herbarum necentur. nec multo ante ſtercorare debebimus, & cum ſationis appropinquabit tempus, ante quintum diem exherbandus erit locus, ſtercorandusq;, & ita diligenter foſſione iterandus, ut ſimo terra commiſceatur. Optimum uero ſtercus eſt ad hunc uſum aſini, quia minimum herbarum creat, proximum uel armenti, uel ouium ſi ſit anno maceratum. nam quod homines faciunt, quamuis habeatur excellentiſſimum, non tamen neceſſe eſt adhibere, niſi aut nudæ glareæ, aut ſine ullo robore ſolutiſſimæ arenæ, cum maior ſcilicet uis alimenti deſyderatur. igitur ſolum, quod conſerere uere deſtinauerimus, poſt autumnum patiemur effoſſum iacere brumæ frigoribus, & pruinis inurendum. quippe è contrario ſicut calor æſtatis, ita uis frigoris excoquit terram, fermentatamq; ſoluit. quare peracta bruma tandem ſtercus iniicietur, & circa Idus Ianuarias humus refoſſa in areas diuiditur, quæ tamen ſic informandæ ſunt, ut facile runcantium manus ad dimidiam partem latitudinis earum perueniant, ne qui perſequuntur herbas, ſemina proculcare cogantur, ſed potius per ſemitas ingrediantur, & alterna uice dimidias areas eruncent. Hæc, quæ ante ſationem facienda ſunt dixiſſe abunde eſt. Nunc quid quoq; tempore uel colendum, uel ſerendum ſit, præcipiamus, & primum de his generibus loquendum eſt, quæ poſſunt duobus ſeri temporibus, ideſt autumno, & uere. Sunt autem ſemina braſſicæ, & lactucæ, cinaræ, erucæ, naſturcij, coriãdri, chærephyli, anethi, paſtinacæ, ſiſeris, papaueris. hæc enim uel circa Calendas Septembres, uel melius ante Calendas Martias Februario ſeruntur. Locis uero ſiccis, aut tepidis qualia ſunt Calabriæ, & Appuliæ maritima, poſſunt circa Idus Ianuarias terræ committi. Rurſus quæ tantum autumno conſeri debent (ſi tamen uel maritimum, uel apricum agrum incolimus) hæc ferè ſunt, allium, cepe capitula, ulpicum, ſinapis. Sed etiam nunc quo quidque tempore terræ mandari plerunque conueniat, per menſes digeramus. Ergo poſt Calendas Ianuarias confeſtim recte ponetur lepidium. Menſe autem Februario uel planta, uel ſemine ruta, atque aſparagus, & iterum cepe ſemen, & porri. nec minus ſi uernum, & æſtiuum fructum uoles habere, ſyriacæ radicis, & rapæ, napiq; ſemina obrues. nam allij, & ulpici ultima eſt huius temporis poſitio. At circa Calendas Martij locis apricis licet porrum (ſi iam ingranduit) transferre. Item panacem ultima parte Martij menſis. Deinde circa Calendas Apriles æque porrum, atque inulam, & ſerotinam plantam rutæ. Item ut maturius naſcatur cucumis, cucurbita, caparis ſerenda eſt. nam ſemen betæ, cum punicum malum florebit, tum demum optime ſeritur. Porri autem caput circa Idus maias tolerabiliter adhuc trãsfertur. Poſt hoc nihil ingruente æſtate obrui debet, niſi ſemen apij, ſi tamen rigaturus es, ſic enim optume per æſtatem prouenit. Cæterũ Auguſto circa uulcanalia tertia ſatio eſt. eáq; optima radicis, & rapæ, itemq; napi, & ſiſeris, nec minus oleris atri. atq; hæc ſunt ſationum tempora. nunc de ijs, quæ aliquam curam deſyderant, ſingulis loquar, quæq; præteriero intelligi oportebit nullam operam poſtulare niſi runcatoris. de qua ſemel hoc dicendum eſt, omni tempore conſulendum eſſe, ut herbæ exterminentur. Vlpicum, quod quidam allium punicum uocant, græci autem ἀμπελόπρασον appellant, longe maioris eſt incrementi, quàm allium. idq; circa Calendas Octobris, ante quàm deponatur ex uno capite in plura diuidetur. Habet enim uelut allium plures cohærentes ſpicas, eæq; cum ſint diuiſæ, liratim ſeri debent, ut in puluinis poſitæ minus infeſtentur hyemis aquis. Eſt autem lira ſimilis ei porcæ, quàm in ſationibus campeſtribus ruſtici faciunt, ut ligniem utent. ſed hæc in hortis minor eſt facienda, & per ſummam partem eius, ideſt in dorſo inter palmaria ſpatia ſpicæ ulpici, uel allij (nam id quoq; ſimiliter conſeritur) diſponendæ ſunt. ſulci lirarum inter ſe diſtent ſemipedali ſpatio. Deinde cum ternas fibras emiſerunt ſpicæ, ſarriantur. nam quo ſæpius id factum eſt, maius ſemina capiunt incrementum. deinde ante quàm caulem faciant, omnem utridem ſuperficiem intorquere, et in terram proſternere cõ-

neniet, quo uastiora capita fiant. Regionibus autem pruinosis neutrũ horum per autumnum seri debet, nam brumali tempore corrumpuntur. quod ferè mense Ianuario marcescit. & icarco frigidis locis tempus optimum est allium, uel ulpicum ponendi circa idus prædicti mensis. sed quandocunque uel conseremus, uel iam matura in tabulatũ reponemus, seruabimus in ijs locis, quibus aut obruentur, aut eruentur, ut Luna infra terram sit. nam sic sata, et rursus sic recondita existimantur, neque acerrimi saporis existere, neque mandentium halitus inodoratus. Multi tamẽ hæc ante Calendas Ianuarias mediis diebus seruant mense Decembri, si cœli tepor, & situs terræ permittit. Brassica, cum VI. foliorum erit, transferri debet, ita ut radix eius liquido fimo prius illita, & inuoluta tribus algæ tæniolis pangatur. hæc enim res efficit, ut in coctura celerius madescat, & uiridem colorem sine nitro conseruet. Est autem frigidis, & pluuijs regionibus positio eius optima post Idus Aprilis, cuius depressæ plantæ, cum tenuerint quantum olitoris ratio patitur, sæpius sarrita, & stercorata melius conualescit, plenioris q; incrementi, & coliculum facit, & cymam. Nonnulli hanc eandem locis apricioribus à Calendis Martijs deponunt. sed maior pars eius in cymam prosilit, nec postea hybernum caulem amplum facit, cum est semel desecta. Possis autem uel maximos caules bis transferre, id q; si facias, plus seminis, & maioris incrementi præbere dicuntur. Lactuca totidem foliorum quot Brassica transferri debet. Locis quidem apricis, & maritimis optime autumno ponitur, mediterraneis, & frigidis contra hyeme non æque cõmode dispergitur. sed & huius quoque radix fimo liniri debet, maioremq; copiam desyderat aquæ, sicq; fit tenerioris folij. Sunt autem complura lactucæ genera, quæ suo quoq; tempore seri oportet. earum, quæ fusci, & ueluti purpurei, aut etiam uiridis coloris, & crispi folij uti Cæciliana mense Ianuario recte disseritur. At Cappadocia, quæ pallido, & pexo, dẽsoq; folio uiret, mense Februario. quæ deinde candida est, & crispissimi folij, ut in prouincia Bætica est finibus gaditanũ municipij, mense Martio recte pãgitur. Est & cyprij generis ex albo rubicunda, leui, & tenerrimo folio, quæ in idibus Aprilis commode disponitur. Ferè tamen apricæ cœli statu, quibus locis aquarum copia est, penè toto anno lactuca seri potest. quæ quo tardius caulem faciat, cum aliquod incrementum habuerit, exiguam testam media parte accipiat, eo quasi onere coercita in latitudinem se diffundit. eadem est ratio etiam intybi, nisi quod hyemem magis sustinet. ideoq; uel frigidis regionibus proximo autumno seri potest. Cinaræ sobolem melius per autumni æquinoctium disponemus, semen commodius circa Calendas Martij sere-

mus, eiusq; plantam circa Calen. Nouemb. deprimemus, & multo cinere stercorabimus. Id enim genus stercoris huic oleri uidetur aptissimũ. Sinape atq; coriandrũ, nec minus erucam, & oZimum ita uti sata sunt, sua sede immota permanent. neq; est eorum cultus alius quàm ut stercorata runcentur. Possunt autem non solum autumno, sed & uere conseri. Plãtæ quoq; sinapis prima hyeme translatæ plus cymæ uere afferunt. Panax utroque tempore leui, & subacta terra rarissime disseritur, quo maius incrementum capiat. melius tamen eius uerna satio est. Porrum si sectiuum facere uelis, densius satum præceperunt priores relinqui. et ita cũ increuerit, secari. Sed nos docuit usus lõge melius fieri, si differas, et eodẽ more, quo capitatum modicis spatijs, ideſt inter quaternos digitos depangas, & cũ conualuerit, deseces. In eo autem, quod magni capitis efficere uoles, seruandum sit, ut ante quàm translatum deponas, omnes radiculas amputes, et fibrarũ summas partis intondeas. Tum testulæ, uel conchæ, quasi sedes in singulis subiectæ seminibus adobruuntur, ut fiant capita latioris incremẽti. Cultus autem porri capitati assidua sarritio, & stercoratio est. nec alius tamen sectiui nisi quod toties rigari, et stercorari, sarririq; debet, quoties demetitur. Semen eius locis calidis mense Ianuario, frigidis Februario seritur. cuius incrementum quo maius fiat, raris linteolis cõplura grana illigantur, atq; ita obruuntur. Enatum autem in ijs locis, quibus aqua subministrari non potest deferri debet circa æquinoctium autumni. at quibus possis humorem præbere, mense Maio recte transfertur. Apium quoq; possis plantis serere, nec minus semine, sed præcipue aqua lætatur, & ideo secundũ fontẽ commodissime ponitur. quod si quis id uelit lati folij facere, quantum seminis possint tres digiti comprehendere, raro linteolo illiget, & ita in areolas dispositum releget. Vel si crispæ frondis id fieri maluerit, semen eius inditum pilæ, & saligneo palo pinsitum, expoliatumq;, similiter in linteolis ligatum obruet. Potest etiam circa hanc operam fieri crispũ qualitercunq; satum, si cum est natum, incrementum eius superuoluto cylindro coerceat. Satio eius est optima post idus Maias usq; in solstitium, nam teporem desyderat. Ferè etiam his diebus oZima seruntur, quorum cum semen obrutum est, diligenter inculcatur paucula, uel cylindro. nam si terram suspensam relinquas, plerunq; corrumpitur. Pastinacat, & siser, atq; inula conualescunt alte pastinato, & stercorato loco, sed quam rarissime ponenda sunt, ut maiora capiant incrementa. Inulam uero interuallo trium pedum seri conuenit, quoniam uastos facit fruticas, & radicibus, ut oculus harundinis serpit. nec est alius cultus horum omnium, nisi ut sarritionibus herbæ tollan

tur. Commodissime autem deponentur prima parte Septembris, uel ultima Augusti parte. Atrum olus, quod græcorum quidam uocant πηλοσέλινον nonnulli σμύρνιον pastinato loco semine debet conseri maxime iusta macériam, quoniam & umbra gaudet, & qualicunque cœnaculescit locō. idq; cum semel seueris, si non totum radicitus tollas, sed alternos frutices in semen summittas, euo manet, parauamq; sarritionis exigit culturam. seritur à nonalibus usque in Calen. Septembris, sed etiam mense Ianuario menta dulcem desyderat uliginem, quam ob causam iusta fontem mense Martio recte ponitur. Cuius si forte semina defecerunt, licet de noualibus syluestre mentastrum colligere, atque ita inuersis cacuminibus disponere, quæ res feritatem detrahit, atque edomitam reddit. Rutam autumno semine satam mense Martio differre oportet in apricum, & cinerem aggerare, runcatriq;, donec cœnaculescat, ne herbis enecetur. sed uelata manu debebit runcari, quam nisi contexeris, perniciosa nascuatur ulcera. Si tamen per ignorantiam nuda manu runcaueris, & prurigo, atq; tumor incœsserit, oleo subinde perungito. eiusdem frutex pluribus annis permanet innoxius, nisi si mulier, quæ in mestruis ē, contigerit eū, & ob hoc exaruerit. Thymum, & trasmarina cunila, et serpyllum, sicut priore libro iam retuli, magis aluearia curātibus, quàm olitoribus studiose conseruntur. Sed nos ea condimentorum causa (nam sunt quibusdam esculentis aptissima) non alienum putamus etiam in hortis habere locum neque pinguem, neq; stercoratum, sed apricum desyderant, ut quæ macerrimo solo per se maritimis plerūq; regionibus nascuntur. hæ res et semine, et plantis ceræt æquinoctium uernum seruntur, melius tamen est thymi nouellas plantas disponere, quæ cum subacto solo depressæ fuerint, ne tarde comprehendant, aridi thymi fruticem contundi oportet. atq; ita pinsito pridie quàm uolueris uti, aqua mediatre, quæ, cum succū eius cœperit, depositis fruticibus infunditur, donec eos recte confirmet. Cæterum cunila uiuacior est, quàm ut impensius curāda sit. Lepidiū cum ante Cal. Martias habueris dispositū, uelut porrum sectiuum demetere poteris rarius tamen. nam post Cal. Nouemb. secundum non erit, quoniā frigoribus uiolatum emoritur, biennio tamen sufficiet, si diligenter sarritum, & stercoratum fuerit. Multis etiā locis uinacitatem suam usq; in annos decem prorogat. Beta florēti punico malo semine obruitur, & simulatq; quinq; foliorum est, ut brassica differtur æstate, si riguus ē hortus, at si cæaneus autūno cum iā pluuiæ incœsserint, disponi debebit. chærephylum, itemq; olus atriplicis, quod græci uocant ἀγριάφαξιν ceræt Cal. Octob. obrui oportet nō frigidissimo loco. nā si regio sæuas hyemes habet, post idus Februarias semine differenda sunt, suaq; de sede partiēda. Papauer, et anethum eandem habent conditionem sationis, quam chærephylum & ἀγριάφαξις. Satiui asparagi, quam cōrudam rustici uocant, semina, ferè biennio præparātur. ea cum pingui, et stercoroso solo post idus Februarias sic obrueris, ut quantum tres digiti seminis comprehendere queunt, singulis fossulis deponas. Ferè post quadragesimū diem inter se implicantur, et quasi unitatem faciunt, quas radiculas sic illigatas, atq; connexas olitores spongias appellant. easq; post quatuor et uiginti menses in locum apricum, et bene maridum, stercoratumq; transferri conuenit. Sulci autē inter se pedali mensura distantes fiunt non amplius dodrantalis altitudinis, in quam ita spongiolæ deprimuntur, ut facile superposita terra germinent. sed in locis siccis partibus sulcorum imis disponenda sunt semina, ut tanquā in alueolis maneant. at uliginosis ē contrario in summo porcæ dorso collocanda, ne humore nimio lædantur. Primo deinde anno, cū ita consitæ sunt, asparagum, quē emiserint, infringi oportet. nā si ab imo uellere uolueris, adhuc teneris, imalidisq; radiculis tota sphongiola sequetur. Reliquis annis non erit decerpēdus, sed radicitus uellendus. nam nisi i tafiat, surpes præfractæ angunt oculos sphongiarum, & quasi excæcant, nec patiuntur asparagum emittere. Cæterum stylus, qui nouissime autumnali tempore nascātur, non omnis est tollendus, sed aliqua pars eius in semen summittenda est. Deinde cum spinam fecerit, collectis seminibus ipsis, scorpiones ita uti sunt, in suo loco perurendi sunt, & deinde sulci omnes consarriendi, herbæq; eximendæ, mox uel stercus, uel cinis iniciendus, ut tota hyeme suaus eius pluuijs manans ad radicem pueniat. Vere deinde prius quam cœperit germinare, capreolus, quod genus bicornis ferramenti est, terra commoueatur, ut & facilius stylus emicet, et relaxa humo plenioris crassitudinis fiat radix. Raphani radix bis anno recte seritur, Februario mense, cum uernum fructum expectamus, & Augusto mense circa nonalia, cum maturius. sed hæc satio sine dubio melior habetur. cura ē eius, ut terra stercorata, & subacta obruatur, post ubi cœperit aliquod incrementum, subinde aggeretur. Nam si super terram emerserit, dura, & fungosa fiet. Cucumis, & cucurbita, cum copia est aquæ, minorē curam desyderant, nam plurimum iuuātur humore. Sin autem sicco loco seri deberint, quo rigationem ministrari nō expediat mense Februario sesquipedali altitudine sulci faciēdi sūt. Post idus deinde Martias, quasi tertia pars altitudinis sulci stramentis inditis tegenda, mox stercorata terra usq; in dimidium sulcum aggerenda, positisq; seminibus tamdiu est aqua præbenda, donec enascantur atque ubi cōnualuescere cœ

perint, adiecta humo incrementa eorum prosequenda sunt, donec sul cus cœquetur. Sic exculta semina sine rigatione tota æstate satis nale bunt, fructumq; iucundioris saporis, quam rigua præbebunt. A quo sis autem locis primo quoque tempore non tamen ante Calen. Mart. semen ponendum est, ut deferri possit æquinoctio confecto. idq; de media parte cucurbitæ semen inuerso cacumine ponito, ut fiat incre menti uastioris. nam sunt ad usum uasorum satis idoneæ, sicut ale xandrinæ cucurbitæ, cum exaruerint. at si esculentæ meræ præpa rabis, recto cacumine de collo cucurbitæ sumptum semen serendum erit, quod prolixior, & tenuior fructus eius enascatur, qui scilicet maius cæteris inuenit precium. Sed custodiendum est, ut quammini me ad eum locum, in quo uel cucumis, aut cucurbitæ consitæ sunt, mulier admittatur. nam ferè contactu eius languescunt incrementa uirentium. si uero etiam in menstruis fuerit, uisu quoque suo nouel los fœtus necabit. Cucumis tener, et iucundissimus fit, si ante quàm se ras, semen eius lacte macères. Nonulli etiam quo dulcior existat, aqua mulsa idem faciunt. sed qui præmaturum fructum cucumeris habere uolet, confecta bruma stercoratam terram inditam cophynis obserat, modicumq; præbeat humorem. Deinde cum enata semina fuerint, te pidis diebus, & insolatis iusta ædificium sub diuo ponat, ita ut ab o mni afflatu protegantur. Cæterum frigoribus, ac tempestatibus sub te ctum referat. idq; tandiu faciat, dum æquinoctium uernum confica tur. postea totos cophynos demittat in terram. Sic enim præcoquem fructum habebit. Possunt etiam, si sit operæ precium, uasis maioribus rotulæ subiici, quo minore labore producantur, & rursus intra tecta recipiantur. Sed nihilo minus specularibus integi debebunt, ut etiam frigoribus serenis diebus tuto producantur ad solē. Hac ratione ferè toto anno Tiberio Cæsari cucumis præbebatur. nos autem leuiore ope ra istud fieri apud ægyptiæ gentis Dolum Mendesium legimus, qui præcipit apricō, & stercoroso loco alternis ordinibus ferulas, alternis rubos in hortis consitas habere. deinde eas confecto æquinoctio paulu lum infra terram secare, & ligneo stylo laxatis uel rubi, uel ferulæ medullis stercus immittere, atq; ita semina cucumeris inserere, quæ sci licet incremento suo coeant rubis, & ferulis. Nā ita non sua, sed quasi materna radice aluntur, sicq; insitum surpem frigoribus quoq; cucu meris præbere fructum. Satio secunda eius seminis ferè quinquatri bus obseruatur. Capparis plurimis prouincijs sua sponte noualibus nascitur. sed quibus locis eius inopia est, si serenda fuerit, siccum locū desyderabit. Isq; debebit ante circundari fossula, quæ repleatur lapi dibus, & calce, uel punico luto, ut sit quasi quædam loricæ, ne possint

eam perrumpere

eam perrumpere prædicti seminis frutices, qui ferè per totū agrum uagantur, nisi munimento aliquo prohibiti sint. Quod tamen non tan tum incommodum est (subinde enim possunt extirpari) quantum qđ noxium uirus habent, succoq; suo sterile solum reddunt. Cultu aut tullo, aut leuissimo contenta est. Quippe quæres etiam in desertis agris citra rustica operam conualescit. Seritur utroq; æquinoctio. Ce pina magis frequenter. subactam postulat terram, quàm altius con uersam. Itaq; ex Calen. Nouembris proscindi solum debet, ut hyemis frigoribus, & gelicidijs putrescat, intermissisq; quadraginta diebus, tum demum iterari, & interpositis uno, ac uigenti diebus tertiari, ac protinus stercorari. mox bidentibus æqualiter per fossum in areas disponi deletis radicibus omnibus. Deinde ad Calendas Februarias sereno die conueniat semina spargi, quibus aliquod satureiæ semen intermiscendum erit, ut eam quoque habeamus. nam & uiridis esui est iucunda, nec arida inutilis ad pulmentaria condienda. Sed cepina uel sæpius, certe non minus debet, quàm quater sarriri. Cuius si semen excipere uoles, capita maxima generis ascalonij, quod est optimū, men se Februario disponito quaternorum, uel etiam quinum digitorum spatijs distantia, & cum cœperint uirere, ne minus ter consarrito, de inde cum fecerint caulem, humlioribus quasi canteriolis interpositis rigorem stylorum conseruato. nam nisi arundines transuersas in mo dum iugatæ uineæ crebras disposueris, thalli cæparum uentis pro sternentur, totumq; semen excutietur, quod scilicet non ante legendum est, quàm cum maturescere cœperit, coloremq; nigrum habere. Sed nec patiendum est, ut pera rescat, aut totum decidat, uerū integri thal li uellendi sunt, & sole siccandi. Napus, & rapa duas sationes habēt, & eandem culturam, quam raphanus. Melior est tamen satio mensis Augusti. Iugerum agri quatuor sextarios seminis eorum poscit, sed ita ut radicis syriacæ super hanc mensuram paulo plus quàm hemi nam seminis recipiat. Qui æstate ista seret, caueat, ne propter siccitates culex adhuc tenera folia prorepentia consumat. Id quoq; ut uitetur, puluis etiam, qui supra cameram inuenitur, uel etiam fuligo, quæ su pra focos tectis inhæret, colligi debet. deinde pridie quàm satio fiat, cō miscri cum seminibus, & aqua conspergi, ut tota nocte succum tra hant. nam sic macerata postero die recte seruntur. Veteres quidem au thores, ut Democritus, præcipiunt semina omnia succo herbæ, quæ se dum appellatur, mediatre, eodemq; remedio aduersus bestiolas uti, qđ uerum esse nos experientia docuit. Sed frequentius tamen, quoniam eius herbæ minus larga est facultas, fuligine, & prædicto puluere uti mur, satisq; commode tuemur his incolumitatem plantarū. Rapæ se

mina Higinius putat post triturã iacentibus adhuc in area paleis in spergi deberi, quoniam fiunt uastiora capita, cum subiacens soli duritia non patitur in altum descendere. Nos istud sæpe frustra tentauimus, itaq; rapum, & raphanum, & napum melius existimamus subacta terra obrui. Seruantq; adhuc antiquorũ consuetudinem religiosiores agricolæ, qui cum ea serunt, precantur, ut & sibi, & uicinis nascantur. Locis frigidis, ubi timor est, ne autũnalis satio hyemis gelicidijs peruratur, arundinibus humiles canterij fiunt, ijsq; uirgæ transuersæ imponuntur, & uirgis stramenta supra iaciuntur, & sic à pruinis semina defenduntur. Vbi uero apricis regionibus post pluuias noxia incesserũt animalia, quæ à nobis appellantur erucæ, græce autẽ κάμπαι nominantur, uel manu colligi debent, uel matutinis temporibus frutices olerum concuti. Sic enim dum adhuc torpent nocturno frigore, si deciderint. non amplius in superiorem partem prorepunt. Id tamen superuacuum est facere, si ante sationem semina, uti iam prædixi, succo herbæ sedi macerata sunt. nihil enim sic mediatis nocẽt erucæ. Sed Democritus in eo libro, qui græce inscribitur περὶ ἀντιπαθῶν affirmat has ipsas bestiolas enecari, si mulier, quæ in menstruis est, solutis crinibus, & nudo pede unanquãq; aream ter circumeat, post hoc enim decidere omnes uermiculos, & ita emori. Hactenus præcipiendum existimaui de cultu hortorum, & officijs uillici, quem quamuis instructũ, atq; eruditũ omni opere rustico esse oportere prima parte huius exordij censuerim, quoniam tamen plerunque euenit, ut eorum, quæ didicerimus, memoria nos deficiat, eaq; sæpius ex commentarijs renouanda sint, omnium librorum meorum argumenta subieci, ut, cum res exegisset, facile reperiri possit, quid in quoq; quærendũ, & qualiter quidq; faciendum sit.

LVCII IVNII MODERATI COLVMELLAE DE RE RVSTICA LIBER DVODECIMVS, ET VLTIMVS.

Villicæ.

XENOPHON Atheniensis eo libro publi Siluine, qui œconomicus inscribitur, prodidit maritale coniugum sic comparatum esse natura, ut non solum iucundissima, uerumetiam utilissima uitæ societas iniretur, quod iam pridem etiam Cicero ait, & ne genus humanum temporis longinquitate occideret, propter hoc marem cum fœmina esse coniunctum. deinde ut ex hac eadem societate mortalibus adiutoria senectutis, nec minus propugnacula præpararentur, tum etiam cum uictus, et cultus humanus non uti feris in propatulo, ac syluestribus locis, sed domi sub tecto accurandus erat, necessarium fuit alterutrũ, foris & sub dio esse, qui labore, & industria compararet, intus qui tectis recõderet, atq; custodiret, siquidem uel rusticari, uel nauigare, uel etiã alio genere negotiari necesse erat, ut aliquas facultates acquireremus. Cũ uero paratæ res sub tectum essent congestæ, alium esse oportuit, qui & illatas custodiret, & cætera conficeret opera, quæ domi deberent administrari. nã & fruges, & cætera alimenta terrestria indigebant tecto, & ouiũ, cæterarumq; pecudũ fœtus, atq; fructus clauso custodienda erant, nec minus reliqua utensilia, quibus aut alitur hominũ genus, aut etiã excolitur. Quare cũ et operã, & diligentiã ea, quæ proposuimus desyderarẽt, nec exigua cura foris acquirerentur, quæ domi custodiri oporteret iure, ut dixi, à natura cõparata est opa mulieris ad domesticã diligẽtiã, uiri autẽ ad exercitationẽ forẽsem, & extraneã. itaq; uiro æstus, & frigora perpetienda, tũ etiã itinera, & labores pacis, ac belli, idest rusticationis, & militariũ stipendiorũ distribuit. Mulieri de inceps, quod omnibus his rebus eã fecerat inhabilem, domestica negotia curanda tradidit. Et quoniam hunc sexum custodiæ, & diligentiæ assignauerat, ideo timidiorem reddidit, quàm uirilem. nã metus plurimum confert ad diligentiam custodiendi. Quod autem necesse erat foris, & in aperto uictum quærentibus nonnunquam iniuriam propulsare, ideo uirum, quàm mulierem fecit audaciorem. Quia uero partis opibus æque fuit opus memoria, & diligentia, non mino-

rem fœminæ, quàm uiro earum rerum tribuit possessionem. Tũ etiã quod simplex natura non omneis res commodas amplecti uolebat, iccirco alterum alterius indigere uoluit, quoniam quod alteri deest, præstò plerunque est alteri. Hæc in œconomico Xenophon, & deinde Cicero, qui eum latinæ consuetudini tradidit, non inutiliter disseruerunt. nam & apud græcos, & mox apud Romanos usq; in patrum nostrorum memoriam ferè domesticus labor matronalis fuit, tanquã ad requiem forensium exercitationum omni cura deposita patribusfamilias intra domesticos penates se recipientibus. Erat enim summa reuerentia cum concordia, & diligentia mista, flagrabatq; mulier pulcherrima diligentiæ æmulatione, studens negotia uiri cura sua maiora, atq; meliora reddere. Nihil conspiciebatur in domo diuiduum. Nihil, quod aut maritus, aut fœmina proprium esse iuris sui diceret, sed in commune conspirabatur ab utroq;, ut cum forensibus negotijs, matronalis sedulitas industriæ rationem parem faceret. Itaq; nec uillici quidem, aut uillicæ magna erat opera, cum ipsi domini quotidie negotia sua reuiserent, atq; administrarent. Nunc uero cum pleræq; sic luxu, & inertia destituant, ut ne lanificij quidem curam suscipere dignentur, sed domi sedentes confectas uestes fastidio habeant, peruersaq; cupidine pretiosiores alias à uiris pelliceant, quæ grãdi pecunia, & totis penè censibus redimuntur, nihil mirum est easdem ruris, & instrumentorum agrestium cura grauari, sordidissimumq; negocium ducere paucorũ dierũ tempus in uilla morari. Quam ob causam cum in totum non solum exoleuerit, sed etiam occiderit uetus ille matrumfamiliarum mos Sabinarum, atq; Romanarum, necessaria irrepsit uillicæ cura, quæ tueretur officia matronæ, quoniam & uillici quoq; successerunt in locum dominorum, qui quondam prisca consuetudine non solum coluerant, sed habitauerant rura. Verum, ne uidear intempestiue censorium opus obiurgandis moribus nostrorum temporum suscepisse, iam nunc officia uillicæ prosequar.

Cura rei domesticæ, & præcepta, quæ uillicæ exequi debeat. Ca. I.

EA porrò (ut institutum ordinem teneamus, quem priore uolumine inchoauimus) iuuenis esse debet, ideſt non nimium puella, propter easdem causas, quas de ætate uillici retulimus, integræ quoq; ualetudinis, nec fœdi habitus, nec rursus pulcherrimæ. nam illibatum robur & uigilijs, & alijs sufficiet laboribus, fœditas fastidiosum, nimia species desidiosum faciet eius contubernalem. Itaq; curandum est, ut nec uagum uillicum, nec auersum contubernio suo habeamus, nec rursus intra tecta desidem, & complexibus adiacentem fœminam. Sed nec hæc

hæc tantum, quæ diximus, in uillicæ custodienda sunt. Nam in primis consyderandum erit. an à uino, ab escis, à superstitionibus, à somno, à uiris remotissima sit, & ut cura eam subeat, quid meminisse, quid in posterum prospicere debeat, ut ferè eum morem seruet, quem uillico præcepimus, quoniam pleraq; similia esse debent in uiro, atq; fœmina, & tam etiam malum uitare, quàm præmium recte factorum sperare. Tum elaborare, ut quã minimam operam uillicus intra tectum impendat, cui & primo mane cum familia prodeundum est, & crepusculo peractis operibus fatigato redeundum. Nec tamen instituendo uillicæ, domesticarum rerum uillico remittimus curam, sed tãtummodo laborem eius, adiutricæ datæ, leuamus. Cæterum munia, quæ domi cæpescenda, non in totum muliebri officio relinquenda sunt, sed ita delegãda ei, ut identidem oculis uillici custodiantur. Sic enim erit diligentior uillica, si meminerit ibi esse, cui ratio frequenter reddẽda sit. ea porrò persuasissimum habere debebit, aut in totum, aut certe plurimum domi se morari oportere. Tunc quibus aliquid in agro faciendum erit seruis, eos foras emittere, quibus autem in uilla quid agendum uidebitur, eos intra parietes cõtinere, atq; animaduertere, ne diuturna cessatione frustrentur opera. Quæ domum autem inferũtur diligenter inspicere, ne delibata sint, & ita explorata, atq; inuiolata recipere, tum separare, quæ consumenda sunt, & quæ superfieri possunt custodire, ne sumptus annuus menstruus fiat. tum siquis ex familia cœperit aduersa ualetudine affici, uidendum erit, ut is quam commodissime ministretur. Nam ex huiusmodi cura nascitur beneuolentia, nec minus obsequium. Quinetiam fidelius, quàm prius seruire studebunt, qui conualuerint, cum est ægris adhibita diligentia.

Quemadmodum tractare debeat penora, siue cellaria. Cap. II.

POST hæc meminisse debebit, quæ inferantur, ut idoneis, & salubribus locis recondita sine noxa permaneant. Nihil enim magis curãdum est, quàm præparare, ubi quidq; reponatur, ut, cum opus sit, promatur. ea locat qualia esse debeant, & in primo uolumine, cum uillam, constitueremus, & in undecimo, cum de officio uillici disputaremus, iam dicta sunt. Sed ne nunc quidem demonstrare breuiter pigebit. nam quod excelsissimum est conclaue pretiosissima uasa, & uestẽ desyderat, quod denique horreum siccum, atque aridum, frumentis habetur idoneum, quod frigidum commodissime uinum custodit, quod bene illustre fragilem suppellectilẽ, atque ea postulat opera, quæ multi luminis indigent. Præparatis igitur receptaculis, oportebit suo quidq; loco generatim, atque etiam specialiter nonnulla disponere, quo faci-

lius, cum quid expostulabit usus recipere possit. nam uetus est prouerbium, paupertatem certissimam esse, cum alicuius indigeas, uti eo non posse, quia ignoretur, ubi proiectum iaceat, quod desyderatur. Itaque in re familiari laboriosior est negligentia, quàm diligentia. Quis enim dubitet nihil esse pulchrius in omni ratione uitæ dispositione, atque ordine? quod etiam ludicris spectaculis licet sæpe cognoscere. Nam ubi chorus canentium non ad certos modos, neque numeris præeuntis magistri consensit, dissonum quiddam, ac tumultuosum audientibus canere uidetur. at ubi certis numeris, ac pedibus uelut facta conspiratione consensit, atque conuenit, ex eiusmodi uocum concordia non solum ipsis canentibus amicum quiddam, & dulce resonat, uerumetiam spectantes, audientesq; lætissima uoluptate permulcentur. Iam uero in exercitu neque miles, neque imperator sine ordine, ac dispositione quicquam ualeat explicare, cum armatus inermem, eques peditem, plaustrum equites, si sine permisti confundant. Hæc eadem ratio præparationis, atque ordinis etiam in nauigijs plurimum ualet. nam ubi tempestas incessit, & est rite disposita nauis, suo quidq; ordine locatum armamentum sine trepidatione minister promit, cum est à gubernatore postulatum. Quod si tantũ hæc possunt, uel in theatris, uel in exercitibus, uel etiam in nauigijs, nihil dubium est, quin cura uillicæ ordinem, dispositionemq; rerum, quas reponit, desyderet. Nam & unumquodque facilius consyderatur, cum est assignatum suo loco, & siquid forte abest, ipse uacuus locus admonet, ut quod deest, requiratur. Siquid uero curari, aut concinnari oportet, facilius intelligitur, cum ordine suo recensetur, de quibus omnibus M. Cicero authoritatem Xenophontis secutus in œconomico sic inducit Ischomachum scisitanti Socrati hæc narrantem.

Distributio instrumenti, & supellectilis. Cap. III.

PRAEPARATIS idoneis locis instrumentum, & supellectilem distribuere cœpimus. ac primum ea secreuimus, quibus ad res diuinas uti solemus, postea mundum muliebrem, qui ad dies festos comparatur, deinde ad uirilem, item dierum solennium ornatum, nec minus calciamenta utriq; sexui conuenientia. tum iam seorsum arma, ac tela se ponebantur, & in altera parte instrumenta, quibus ad lanificia utuntur. Post quæ ad cibum conficiendum uasa (ut assolent) constituebantur. inde quæ ad lauationem, quæ ad exornationem, quæ ad mensam quotidianam, atq; epulationem pertinerent, exponebantur. Postea ex ijs, quibus quotidie utimur, quod mẽstruum esset se posuimus, quod annuum quoq; in duas partes diuisimus. nam sic minus fallit, qui exi-

tus futurus sit. Hæc postquam omnia secreuimus, tum suo quæq; loco disposuimus. deinde quibus quotidie seruuli utantur, quæ ad lanificia, quæ ad cibaria coquenda, & confidenda pertinent, hæc ipsa ei, qui uti solet tradidimus, & ubi ea ponerent, demonstrauimus, & ut salua essent, præcepimus. Quibus autem ad dies festos, & ad hospitum aduentum utimur, & ad quædam rara negotia. hæc primo tradidimus, & loca singulis demonstrauimus, & cuiq; sua annumerauimus, atq; annumerata ipsi exscripsimus, eumq; admonuimus, ut quodcũq; opus esset, sciret unde daret, & meminisset, atq; annotaret quid, & quando, & cui dedisset, & cũ recepisset, ut quidq; suo loco reponeret. Igitur hæc nobis ab antiquis per Ischomachi personam præcepta industriæ, ac diligentiæ tradiderunt, quæ nunc nos uillicæ demonstramus. nec tamen una eius cura esse debebit, ut clausa custodiat, quæ tectis illata receperit, sed subinde recognoscat, atq; consyderet, ne aut supellex, uestis ue condita situ dilabatur, aut fruges, aliaue utensilia negligentia, desidiaue sua corrumpantur. Pluuijs uero diebus, uel cũ frigoribus, aut pruinis mulier sub dio rusticum opus obire non poterit, ut ad lanificium reducatur, præparatæ sint, & pectitæ lanæ, quo facilius iusta lanificio persequi, atq; exigere possit. nihil enim nocebit, si sibi, atq; actoribus, & alijs in honore seruilis uestis domi confecta fuerit, quo minus patrisfamilias rationes onerentur. Illud uero etiam in perpetuũ custodiendũ habebit, ut eos, qui foris rusticari debebunt, cũ iam è uilla familia profecerit, requirat, ac siquis (ut euenit) curã contubernalis eius intra tectum tergiuersans fefellerit, causam desidiæ scitetur, exploreq; utrum aduersa ualetudine inhibitus restiterit, an pigritia delituerit. Etsi compererit, uel simulantem langorẽ sine cunctatione in ualetudinariũ deducat. præstat enim opere fatigatum sub custodia requiescere, unum, aut alterum diem, quàm pressum nimio labore ueram noxam concipere. Denique uno loco quamminume oportebit eam consistere, neque enim sedentaria eius opera est, sed modo ad telam debebit accedere, ac siquid melius sciat docere, si minus addiscere ab eo, qui plus intelligat, modo eos, qui cibum familiæ confi-ciunt inuisere, tum etiã culinam, & bubilia, nec minus præsepia mundanda curare. Valetudinaria quoq; uel si uacent ab imbecillis, identem aperire, & immunditijs liberare, ut cum res exegerit, bene ordinata, & ornata, & salubria languentibus præbeantur. promus quoq; & cellaris aliquid attendentibus, aut metuentibus interuenire, nec minus interesse pastoribus in stabulis fructum cogentibus, aut fœtus ouium, aliarumue pecudum subrumantibus, tonsuris uellerum quoq; interesse, & lanas etiam diligẽter percipere, & uellera ad numerum

pecoris recensere, tum insistere atriensibus, ut supellectilem exponant, & ferramenta detersa nitidentur, atque rubigine liberentur. Cæteraq; si refectionem desyderant, fabris concinnanda tradantur. Postremo his rebus omnibus constitutis, nihil hanc arbitror distributionem profuturam, nisi, ut iam dixi, uillicus sæpius, & aliquando tamen dominus, aut matrona consyderauerit, animadueritq; ut ordinatio constituta conseruetur. Quod etiam in bene moratis ciuitatibus semper est obseruatum, quarum primoribus, atque optimatibus, non satis uisum est bonas leges habere, nisi custodes earum diligentissimos ciues creassent, quos Græci νομοφύλακας appellant. Horum erat officiũ, eos, qui legibus parerent, laudibus prosequi, nec minus honoribus, eos autem, qui non parerent, pœna multare. Quod nunc scilicet faciunt magistratus assidua iurisdictione uim legum custodientes. Sed hæc in uniuersum administranda tradidisse abunde sit.

Quæ, & qualia uasa parare debeat penoribus, & salgamis condiendis Cap. IIII.

NVNC de cæteris rebus, quæ omissæ erant prioribus libris. quoniam uillicæ reseruabantur officijs, præcipiemus, & ut aliquis ordo custodiatur, incipiemus à uerno tempore, quoniã uere maturis herbis atq; trimestribus consumatis sationibus uacua temporaiam cõtingunt, ad ea exequenda, quæ deinceps docebimus. Paruarum rerum curam non defuisse pœnis, græcisq; authoribus, atq; etiam Romanis memoria tradidit. nam & Magõ Carthaginiensis, & Hamilcar, quos secuti uidentur græcæ gentis non obscuri scriptores Mnaseas, atq; Paxamus, tum demum nostri generis, post quam à bellis otium fuit, quasi quoddam tributum uictui humano conferre dedignati non sunt, ut M. Ambiuius, & Mænas Licinius, tum etiam C. Matius, quibus studium fuit pistoris, & coci, nec minus cellarij diligentius suis præceptis instituere. His autem omnibus placuit eum, qui rerum harum officium susceperit, castum esse, continentemq; oportere, quoniam totum in eo sit, ne contractentur pocula, uel cibi, nisi aut ab impube, aut certe abstinentissimo rebus uenereis. quibus si fuerit operatus uel uir, uel fœmina, debere eos flumine, aut perẽni aqua, prius quàm penora contingant, ablui. propter quod his necessarium esse pueri, uel uirginis ministerium, per quos promãtur, quæ usus postulauerit. Post hoc præceptum locũ et uasa idonea salgamis præparari iubent locum esse debere auersum à sole, quam frigidissimum, & siccissimum, ne situ penora mucorẽ contrahant. Vasa autem fictilia, uel uitrea plura potius, quàm ampla, et eorum

eorum alia recte picata, nonnulla tamen pura prout conditio condituræ exegerit. Hæc uasa dedita opera fieri oportet patenti ore, et usq; ad imum æqualia, nec in modum doliorum formata, ut exemptis ad usum salgamis quicquid supersit æqualiter pondere usq; ad fundum deprimatur, cum ea res innoxia penora conseruet, ubi non innatent, sed semper sint iure submersa. quod in utero dolij uix fieri posset propter inæqualitatem figuræ. maxime autem ad hoc necessarium esse aceti, & duræ muriæ usum. quæ utraq; sic conficiuntur.

Quemadmodum ex uino uapido acetum fiat. Cap. V.

IN Vini uapidi, ut acre fiat, sextarios duodequinquaginta, fermẽti libram, fici aridæ pondo quadrantem, salis sextarium subterito, et subtrita cum quartario mellis aceto diluito, atq; ita in prædictã mẽsurã adijcito. quidam ordei tosti sextarios quatuor, & nuces ardentes iuglandes. quadraginta, & mentæ uiridis pondo selibram in eandẽ mensurã adijciunt. quidam ferri massas exurunt, ita ut ignis speciem habeant, easq; in eandem mensuram demittunt. tum etiam exemptis nucleis ipsas nuces pineas uacuas numero quinq; uel sex incendunt, et ardentes eodẽ demittunt. alij nucibus sapineis ardentibus idẽ faciunt.

Quomodo muria dura fiat. Cap. VI.

MVRIAM duram sic facito, dolium quam patentissimi oris locato in ea parte uillæ, quæ plurimum solis accipit. id dolium aqua cœlesti repleto, ea est enim huic rei aptissima, uel si non fuerit pluuialis, certe fontana dulcissimi saporis. In eam tum indito sportam iunceam, uel sparteam, quæ replenda sit sale candido, quo candidior muria fiat, cum salẽ per aliquot dies uidebis liquescere, ex eo intelliges nundum esse muriam maturam. itaq; subinde alium salem tandiu ingeres, donec in sporta pmaneat integer, nec minuatur, quod cum animaduerteris, scies habere muriam maturitatem suã. & si aliam in id uas facere uolueris, hanc in uasa bene picata diffundes, & opertam in sole habebis, omnem enim mucorem uis solis aufert, & odorem bonum præbet. Est aliud muriæ maturæ experimentum. nam ubi dulcem caseum demiseris in eam, si pessum ibit, scies esse adhuc crudam, si innatabit, maturam.

Quæ p quatuor annitẽpora herbæ, et quomodo condiantur. C. VII.

HIS præparatis circa uernum æquinoctium herbas in usum colligi, & reponi oportebit, cymam, caulem, capparim, apij coliculos, rutam olusatrum cum suo caule ante quàm de folliculo exeat, item seru-

læ cum cõliculo silentes, quam tenerrimum florem pastinacæ agrestis, uel satiuæ cum coliculis, silentem florem uitis albæ, & asparagi, & ruscí, & thanni, & digitelli, & puleij, & nepetæ, & lapsanæ, et battis, & eius cõliculum, qui miluinus pes appellatur, quinetiam tenerum cõliculum fœniculi. Hæc omnia una cõditura commode seruantur, idest aceti duas partes, & tertiam duræ muriæ si miscueris. sed uitis alba, ruscus, & thanum, & asparagus, lapsana, & pastinaca, & nepeta, & battis generatim in alueos componuntur, & sale cõsperso biduo sub umbra, dum cõsudent, reponuntur deinde si tantum remiserint humoris, ut suo sibi iure ablui possint, si minus superfusa dura muria lauantur, & pondere imposito exprimuntur. tum suo quidq; uase conditur, & ius, ut supra dixi, quod est mistum duabus partibus aceti, & una muriæ infunditur. fœniculíq; aridi, quod est per uindemiam proximo anno lectum spissamentum imponitur, ita ut herbas deprimat, & ius usque in summum labrum fideliæ perueniat. olus atrum, & ferulam, & fœniculum cum legeris sub tecto exponito, dũ flaccescat. deinde folia, & corticem omnem folliculorum detrahito. Caules si fuerint pollicæ, crassiores arundine secato, & in duas partes diuidito. ipsos quoq; flores, ne sint immodici, diduca, & partiri oportebit, atq; ita in uasa condi. deinde ius, quod supra scriptum est, infundi, & paucas radiculas laseris, quod Græci οἴλφιον uocant, adiectas, ita spissamento fœniculi aridi contegi, ut ius superueniat. Cymam caulem, capparim, pedem milui, puleium, digitellum compluribus diebus sub tecto siccari, dum flaccescat, & tum eodem modo condiri conuenit, quo ferulam rutam satureiam cunilam. Sunt qui rutam muria tantum dura sine aceto condiant, deinde, cum usus exigit, aqua, uel etiam uino abluant, & superfuso oleo utantur. Hac conditura posset commode satureia uiridis, & æque uiridis cunila seruari.

Oxygala quomodo fiat. Cap. VIII

OXYGALAM sic facito, ollã nouam sumito, eaḿq; iuxta fundum terebrato. deinde cauum, quem feceris, surculo obthurato, & lacte ouillo quam recentissimo uas repleto, coq; adijcito uiridium condimentorum fasciculos origani, mentæ, cepe, coriandri. has herbas ita in lacte demittito, ut ligamina earum extent. Post diem quintum, surculum, quo cauum obthuraueras, eximito. & serum emittito. cum deinde lac cœperit manare, eodem surculo cauum obthurato, intermissóq; triduo, ita, ut supra dictum est, serum emittito, & fasciculos condimentorum exemptos abijcito. deinde exiguum aridi thymi, & cunilæ aridæ super lac distringito, concisíq; sectiui porri quantum uidebitur, adijcito, & permisceto. mox intermisso biduo rursus serum emittito, cauumq; obthurato, & salis triti, quantum satis erit, adijcito, & misceto, deinde operculo imposito, & oblinito, non ante aperueris ollam quàm usus exegerit. sunt qui satiui, uel etiam syluestris lepidij herbam cum olle gerunt, in umbra siccent, deinde folia eius abiecto caule die, & nocte muria macerata, expressáq; lacti misceant sine condimentis, & salis quantum satis arbitrantur, adijciant. tum cætera, quæ supra præcepimus faciant. Nonnulli recentia folia lepidij cum dulci lacte in olla miscent, & post diem tertium quemadmodum præcepimus, serum emittunt. deinde compertam satureiam uiridem, tum etiam arida semina coriandri, atque anethi, & thymi, & apij in unum bene trita adijciunt, salemq; bene coctum cribratum permiscent. Cætera eadem quæ supra, faciunt.

Conditura lactucæ. Cap. IX.

CAVLES lactucæ abimo depurgatos eatenus, qua tenera folia uidebuntur, in alueo salire oportet, diemq; unum, & noctem sinere, dum muriam remittant. deinde muria eluere, & expressos in crates pandere, dum assiccescant. tum substernere anethum aridum, & fœniculum, rutæq; aliquid & porri concidere, atq; ita miscere. tum siccatos coliculos ita, componere, ut faseoli uirides integri interponantur, quos ipsos ante dura muria die, & nocte macerare oportebit. similiterq; assiccatos cum fasciculis lactucarum condi, & superfundi ius quod sit aceti duarũ partium, atq; unius muriæ. deinde arido spissamento fœniculi sic comprimi, ut ius supernatet. quod ut fiat, is, qui huic officio præerit, sæpe suffundere ius debebit, nec pati sitire salgama, sed extrinsecus munda spongia uasa pertergere, & aqua fontana quam recentissima refrigerare. simili ratione in tubum, & cacumina rubi, qua lactucam condire oportet, nec minus thymi & satureiæ, & origani, tum etiam armoraciorum cymam. hæc autem, quæ supra scripta sunt, uerno tempore componuntur.

Cepæ, pyrorum, & malorũ, cæterorũq; pomorũ cõpositio. Cap. X.

NVNC quæ per æstatem circa messem, uel etiam exactis iã messibus colligi, & reponi debeant, præcipiemus. Pompeianam, uel ascalonicam cepam, uel etiam marsicam simplicem, quam uocant unionem rustici, eligito. ea est autem, quæ non fruticauit, nec habuit soboles adhærentes. hanc prius in sole siccato, deinde sub umbra refrigeratam substrato thymo, uel cunila componito in fideliæ, & infuso iure, quod sit aceti trium partium, & unius muriæ fasciculum cunilæ super poni-

to, ita ut cepa deprimatur, quæ cum ius combiberit, simili mistura uas suppleatur. Eodem tempore corna, & pruna onychina, & pruna syluestria, nec minus genera pyrorum, et malorũ condiuntur. Corna, quibus pro oliuis utamur. item pruna syluestria, & pruna onychina adhuc solida, nec maturissima legenda sunt, nec tamen nimiũ cruda, deinde uno die umbra siccanda. tum æquis partibus acetum, & sapa, uel defrutum misceatur, & infundatur. Oportebit autem aliquid salis adijcere, ne uermiculus, aliud'ue animal innasci possit. uerũ commodius seruãtur, si duæ partes sapæ cum aceti una parte misceantur. pyra dolobelliana, crustumina, regia, ueneria, uolema, neuiana, lateritiana, decumana, laurea, mirappia pruna purpurea, cũ immatura non tamen ꝑcruda legeris, diligenter inspicito, ut sint integra sine uitio, aut uermiculo. tũ in fictili picata fidelia cõponito, & aut passo, aut defrutu cõpleto ita ut omne pomũ submersum sit, operculo deinde imposito gypsato. Illud in totum præcipiendũ existimaui, nullũ esse genus pomi, quod non possit melle seruari. itaq; cum sit hæc res interdum ægrotãtibus salutaris, censeo uel pauca poma in melle custodiri, sed separata generatim. nã si commisceas, alterum ab altero genere corrumpitur, et quoniam opportune mellis fecimus mentionem, hoc eodẽ tempore alui castrandæ, ac mel conficiendum, cera facienda est, de quibus nono libro iam diximus. nec nunc aliam curam exigimus à uillico, quàm ut administrantibus intersit, fructumq; custodiat.

De mella facienda, qua in condituris utuntur. Cap. XI.

CAETERVM cum eodem tẽpore mella, nec minus aqua mulsa in uetustatem reponi debeat, meminissẽ oportebit, ut cum secundarium mel de fauis fuerit exceptum, ceræ statim minute resoluantur, & aqua fontana, uel cœlesti macerentur. expressa deinde aqua coletur, & in uas plumbeum defusa decoquatur, omnisq; spurcitia cum spumis eximatur. quæ decocta, cum tam crassa fuerit quàm defrutũ, refrigeretur, & bene picatis lagænis condatur. Hac quidam mella pro aqua mulsa utuntur, nonnulli etiam pro defruto in condituras oliuarum, quibus quidem magis idoneam censeo, quod cibarium saporem habet, nec potest languentibus pro aqua mulsa remedio esse, quoniam si bibatur, inflationem stomachi, & præcordiorum facit. itaq; se posita esse, & ad condituras destinata.

De aqua mulsa facienda. Cap. XII.

PER se facienda erit optimo melle aqua mulsa. hæc autem non uno modo componitur, nam quidam multos ante annos cœlestem aquã

uasis includunt, & sub dio in sole habent. deinde cum sæpius eam in alia uasa transfuderint, & eliquauerint (nam quoties etiam per longum tempus diffunditur, aliquod crassamentum, in imo simile fœci reperitur) ueteris aquæ sextarium cum libra mellis miscent. nonnulli tamen cum austeriorem uolũt efficere gustum, sextarium aquæ cum dodrante põdo mellis diluunt, & ea portione repletam lagænam, gypsatamq; patiuntur per caniculæ ortum in sole quadraginta diebus esse, tum demum in tabulatum, quod fumum accipit, reponunt. nõnulli, quibus non fuit curæ cœlestem inueterare aquam, recentem sumunt, eamq; usq; in quartam partem decoquunt. deinde cum refrixerit, siue dulciorem mulsam facere uolunt, duobus aquæ sextarijs sextarium mellis permiscent. Si uero austeriorem, sextario aquæ dodrantem mellis adijciunt, & his portionibus factam in lagænam diffundunt. eãq;, ut supra dixi, quadraginta diebus insolatam, postea in tabulatum, quod suffumigatur, reponunt.

De caseo in usus domesticos seruando, & de quibusdam herbis condiendis. Cap. XIII.

CASEO usibus domesticis præparando, hoc maxime idoneum tempus est, quo & caseus seri minimum remittit, & ultimo tempore, cum iam exiguum lactis est, non tam expedit operas morari ad forũ fructibus deferendis, & sanè sæpe deportati per æstum, acore uitiantur. itaq; præstat eos hoc ipso tempore in usum conficere. id autem ut quamoptime fiat opilionis officium est, cui septimo libro præcepta dedimus, quæ sequi debeat. Sunt etiam quædam herbæ, quas appropinquante uindemia condire possis, ut portulaca, & olus cordum, quod quidam satiuum battim uocant. hæ herbæ diligenter purgantur, & sub umbra expanduntur. deinde quarto die sal infundis fideliarum substernitur, & separatim unaquæq; earum componitur, acetoq; in fuso iterum sal superponitur, nam his herbis muria non conuenit.

De malis, & pyris, in sole siccandis. Cap. XIIII.

HOC eodem tempore, uel etiam primo mense Augusto mala, & pyra dulcissimi saporis mediocriter matura eliguntur, & in duas, uel tres partes arundine, uel osseo cultello diuisa in sole ponuntur, donec arescant. eorũ si est multitudo, non minimã partem cibariorũ ꝑ hyemem rustici uindicant. nã pro pulmentario cedit. sicuti ficus, quæ cum arida seposita est, hyemis temporibus rusticorum cibaria adiuuat.

De ficis aridis. Cap. XV.

EA porrò neque nimium uieta, neque immatura legi debet, &

in eo loco expandi, qui toto die solem accipiat. pali autem quatuor pedibus inter se distantes figuntur, & perticis iugantur. factæ deinde in hunc usum cannæ iugis superponuntur, ita ut duobus pedibus absint à terra, ne humorem, quem ferè noctibus remittit humus, trahere possint. tunc ficus iniicitur, & crates pastorales culmo, uel cariæ, uel filicæ textæ ex utroq; latere super terram planæ disponuntur, ut cum sol in occasum fuerit, erigantur, & inter se accliues testudineato tecto more tuguriorum inarescentem ficum â rore, & interdum à pluuia defendant, nam utraq; res prædictum fructum corrumpit. cum deinde aruerit, in orchas bene picatas meridiano tempore calentem ficum condere, & calcare diligenter oportebit, subiecto tamen arido fœniculo, & iterum uasis repletis superposito, quæ uasa confestim operculare, & oblinire conuenit, & in horreum siccissimum reponi, quo melius ficus perennet. Quidam lectis ficis pediculos adimunt, & in sole expandunt, cum deinde paulum siccatæ sunt, antequàm indurescant in labra fictilia, uel lapidea congerunt eas. tum pedibus lotis in modum farinæ proculcant, & admiscent torrefacta sesama cum aniso ægyptio, & semine fœniculi, & cymini. hæc cum bene proculcauerint, & totam massam comminutæ fici permiscuerint, modicas offas foliis ficulneis inuoluunt, ac religatas iunco, uel qualibet herba offas reponunt in crates, & patiuntur siccari. deinde cum peraruerũt, picatis uasis eas condunt. nonnulli hanc ipsam formam ficorcis sine picè includunt, & oblita uasa clibano, uel furno torrefaciunt, quo celerius omnis humor excoquatur, sic siccatam in tabulatum reponunt, & cum exegerit usus, testam comminuunt. nam duratam massam fici aliter eximere non possunt. alij pinguissimam quanq; uiridem ficorum eligũt, & arundine, uel digitis diuisam dilatant, atq; ita in sole arescere patiuntur, quas deinde bene siccatas meridianis teporibus, cũ calore solis emollitæ sunt, colligunt. & ut est mos Afris, Atq; Hispanis, inter se compositas comprimunt in figuram stellarum, floscul orumq;, uel in formam panis redigentes. tum rursus in sole assiccant, & ita in uasis recondunt.

De uuis passis faciendis, & sorbis seruandis. Cap. XVI.

SIMILEM curam uuæ desyderant, quas dulcissimi saporis albas maximis acinis, nec spissis luna decrescente sereno, & sicco cœlo post horam quintam legi oportet, & in tabulas paulisper porrigi, ne inter se pondere suo pressæ collidantur. deinde aheno, uel in olla noua fictili ampla, præparatam lixiuiam cineris sarmenti calefieri conuenit, quæ cum feruebit exiguum olei quam optimi adijci, & ita per-

misceri. deinde uuas pro magnitudine binas, uel ternas inter se colligatas in aheneum feruens demitti, & exiguum pati, dum decolerẽtur, nec rursus committere, ut excoquantur, nam quadã moderatione temperamentoq; opus est. Cum deinde exemeris, in crate disposito rarius quàm ut altera alteram contingas. Post tres deinde horas unanquanq; uuam conuertito, nec in eodem uestigio reponito, ne in humore, qui defluxerit, corrumpatur. noctibus autem contegi debent quemadmodũ fici, ut à rore, uel pluuia tutæ sint. cũ deinde modicè aruerint, in uasa noua sine picè operculata, & gypsata, sicco loco reponito. quidã uuam passam foliis ficulneis inuoluunt, & assicãt. alij foliis uitigineis, nonnulli plataninis semiuietas uuas contegunt, & ita in amphoras recondunt. sunt qui culmos fabæ exurãt, & ex eo, quod cremauerint, cinere lixiuiam faciant. deinde in lixiuiæ sextarios decẽ salis tres cyathos, & olei cyathum adijciant. tum adhibito igne calefaciant, & cætera eodem modo administrent. quod si uidebitur in aheno parũ inesse olei: subinde quãtũ satis erit adijciatur, quo sit pinguior, & nitidior uua passa. eodẽ tẽpore sorba manu lecta curiosè in urceolos picatos adijcito, & opercula picata imponito, & gypso linito. tũ scrobibus bipedaneis sicco loco intra tectum factis urceolos ita collocato, ut oblita ora eorum deorsum spectent. deinde terrã congerito, & modicè desuper calcato. melius est autẽ pluribus scrobibus pauciora uasa distantia inter se disponere. nam in exemptione eorũ dum unum tollis, si reliqua commoueris, celeriter sorba uitiantur. quidã hoc idem pomum etiã in defruto cõmode seruant, adiecto spissamento aridi fœniculi, quo deprimãtur, ita sorba, ut semper ius supernatet, ac nihilominus picata opercula diligenter gypso linunt, ne possit spiritus introire.

De aceto ficulneo faciendo. Cap. XVII.

SVNT quædam regiones, in quibus uini, ideoq; etiam aceti penuria est. itaq; hoc eodem tempore ficus uiridis quam maturissima legenda est, utiq; etiam si iam pluuiæ incesserunt, & propter imbres in terram decidit, quæ cum sublecta est, in dolium, uel in amphoras condatur, & ibi sinitur fermentari. deinde cum exacuit, et remisit liquorẽ, quicquid est aceti diligenter colatur, & in uasa picata bene olida diffunditur. hoc primæ notæ acerrimi aceti usum præbet, nec unquã situm, aut mucorem contrahit, si non humido loco positũ est. sunt qui multitudini studentes aquã ficis permisceant, & subinde maturissimas ficus recentes adijciant, & patiantur in eo iure tabescere, donec satis acris aceti sapor fiat. postea in iuncis fiscellis, uel sparteis sacis percolant, liquatumq; acetum inferuefaciant, dum spumam, & omnem spurci-

etiam eximant. tum torridi salis aliquid adijciant, quæ res prohibet uermiculos, aliáue innasci animalia.

Quæ præparanda sint uindemiæ. Cap. XVIII.

QVAMVIS *priore libro, qui inscribitur uillicus, iam diximus quæ ad uindemiam præparanda sunt, non tamen alienum est etiam uillicæ de ijsdem rebus præcipere, ut intelligat suæ curæ esse debere quæcunque sub tecto administrantur circa uindemiam. Si ager amplus, aut uineta, aut arbusta grandia sunt, perenne fabricandæ decimodiæ, & trimodiæ, & fiscellæ texendæ, & picandæ. nec minus falculæ, & ungues ferrei quamplurimi parandi, & exacuendi sunt, ne uindemiator manu distringat uuas, et non minima fructus portio dispersis acinis in terrā dilabatur. Funiculi quoq; fiscellis aptandi sunt, & lora trimodijs. tum lacus uinarij, & torcularij, & fora, omniáq; uasa (si uicinum est mare) aqua marina, si minus, dulci eluenda sunt, & cōmundanda, & diligenter assicanda, ne humorem habeant. Cella quoq; uinaria omni fœtore liberanda, & bonis odoribus sufficienda, neque redoleat fœtorem, acorem'ue. Tum sacrificia Libero, Liberáq;, & uasis pressorijs quā sanctissime, castissimeq; facienda, nec per uindemiam ab torcularij, aut uinaria cella recedendum est, ut omnia, quæ mustum cōficiunt, pure, mundéq; faciant, ne furi locus detur præsentem fructum intercipiendi. Dolia quoq;, & seriæ, cæteráq; uasa ante quadragesimum uindemiæ diē picanda sunt, atq; aliter ea, quæ demersa sunt humi, aliter quæ stant supra terram. Nam ea, quæ demersa sunt, ferreis lampadibus ardentibus calefiunt, & cum picem in fundū destillauit, sublata lampade rutabulo ligneo, & ferrea curuata radula ducitur, quod destillauit, aut quod in lateribus hæsit. deinde penicillo detergitur, & feruentissima picē infusa nouo alio rutabulo, & scopula picatur. At quæ supra terram consistunt, complures dies ante quàm curentur, in solem producuntur. deinde cum satis insolata sunt, in labra conuertuntur, & subiectis paruis tribus lapidibus suspenduntur, atq; ita ignis subijcitur, & tandiu incenditur, donec ad fundum calor tam uehemens perueniat, ut apposita manus patiens eius non sit. tum dolio in terram demisso, & in latus deposito, pix feruentissima infunditur, uolutaturq;, ut omnes dolii partes linā tur. Sed hæc die quieto à uentis fieri debent, ne admoto igne cum afflauerit uentus, uasa rumpantur. Sunt autem satis sex qui cullearibus dolijs picis duræ pondo uicenaquina, nec dubium, quin si quinta pars picis bruttiæ in uniuersam cōcturam adijciatur, utilissimum sit omni uindemiæ.*

De pluribus

De pluribus generibus cōdituarum, quibus uinum cōfirmatur. Cap. XIX.

CVRA *quoq; adhibenda est, ut expressum mustum perenne sit, aut certe usq; ad uenditionem durabile. Quod quemadmodum fieri debeat, & quibus condituris adiuuari deinceps subijciemus. Quidā partem quartam eius musti, quod in uasa plumbea coniecerunt, nonnulli tertiam decoquunt. Nec dubium, quin ad dimidiam siquis excoxerit, meliorem sapam facturus sit, eoq; usibus utiliorem, adeo quidem, ut etiam uice defruti, sapa, mustum, quod est ex ueteribus uineis, condire possit. Quæcunq; uini nota sine condimento ualet perennari, optimā esse eam censemus, nec omnino quicquam permiscendum, quo naturalis sapor eius infuscetur. Id enim præstantissimum est, quod suapte natura placere poterit. Cæterum cum aut regionis uitio, aut nouellarum uinearum mustum laborabit, eligenda erit pars uineæ (si est facultas) amineæ, si minus, quàm bellissimi uini, quáq; erit & uetustissima, & minime uliginosa. tum obseruabimus decrescentem lunam, cum est sub terra, & sereno, siccóq; die uuas quammaturissimas legemus, quibus proculcatis mustum, quod defluxerit, ante quàm prælo pes eximatur, satis de lacu in uasa defrutaria deferemus, leuiq; primum igne, & tenuibus admodum lignis, quæ gremia rustici appellant, fornacem incendemus, ut ex commodo mustum ferueat. Isq;, qui præerit huic decoquendo, cola iuncea, uel spartea ex crudo, ideſt non malleato sparto præparata habeat. Itemq; fasciculos fœniculi fustibus illigatos, quos possit utique ad fundum uasorum demittere, ut quicquid fecis subsederit, exagitet, & in summum reducat. tum colis omnē spurcitiam, quæ redundarit, expurget. nec absistat id facere, donec uidebitur eliquatum omni fece mustum carere. tum siue mala cydonia, quæ percocta sublaturus sit, seu quoscunque uoluerit conuenientes odores adijciat, & nihilo minus subinde fœniculo peragitet, nequid subsederit, quod possit plumbeum perforare. cum deinde iam acriorem potuerit ignem uas sustinere, ideſt cum aliqua iam parte mustum excoctum in se feruebit, tum codices, & uastiora ligna subijciantur, sed ita ne fundum contingant. Quod nisi uitatum fuerit, uel uas ipsum, qđ aliquando contingit, perfundetur. uel si id factum non erit, utiq; aduretur mustum, & amaritudine concepta condituris fiet inutile. Oportebit autem ante quàm mustum in uasa defrutaria conijciatur, oleo bono plumbea ipsa intrinsecus imbui, & bene fricari, atq; ita mustum adijci. ea res non patitur defrutum aduri.*

De sapa, & defruto coquendis. Cap. XX.

QVIN etiam diligenter factum defrutum, sicut uinum solet acescere. quod cum ita sit, meminerimus anniculo defruto, cuius iam bonitas explorata est, uinum condire, nam uitioso medicamine fructus, qui perceptus est, uitiatur. Ipsa autem uasa, quibus sapa, aut defrutum coquitur, plumbea potius quàm aenea esse debent. nam in coctura aeruginem remittunt aenea, & medicaminis saporem uitiant. odores autē uino ferè apti sunt, qui cum defruto coquuntur, iris, fœnum græcum, schœnum. harum rerum singulæ libræ in defrutarium, quod cœperit musti amphoras nonaginta, cum iam deferbuerit, et expurgatum erit, tum adiici debent. deinde si natura tenue mustum erit, cum ad tertiā partem fuerit decoctum, ignis subtrahendus est, & fornax protinus aqua refrigeranda. quod si fecerimus, nihilominus defrutum infra tertiam partem uasis consedit. Sed id quamuis aliquid detrimenti habeat, prodest tamen, nam quanto plus decoquitur (si modo non est adustum) melius, & spissius fit. Ex hoc autem defruto, quod sic erit coctum, satis est singulos sextarios singulis amphoris immiscēri. Nam cum amphoras musti nonaginta in defrutario decoxeris, ita ut iam exiguum supersit decoctura, quod significat decoctum ad tertias. tum demum medicamina adijcito, quae sint aut liquida, aut resinosa, ideſt picis liquidæ nemeturicæ, cum eam diligenter ante aqua marina decocta perlueris, decem sextarios. Item resinæ terebinthinæ sesquilibram. Hæc cum adjcies, plumbeum peragitabis, ne adurantur. cum deinde ad tertias subsederit coctura, subtrahe ignem, & plumbeum subinde agitabis, ut defrutum, & medicamenta coeant. deinde cum uidebitur mediocriter calere defrutum, reliqua aromata contusa, & cribrata paulatim insperges, & iubebis rutabulo ligneo agitari, quod decoxeris eousque, dum defrigescit. Quod si non ita, ut præcipimus, permiscueris, subsident aromata, & adurentur. Ad prædictū autem modum musti adijci debent ij odores, nardi folium, iris illyrica, nardum gallicum, crocum, palma, cyperum, schœnum, quorum singulorum selibræ satisfacient. Item myrrhæ quincunx, calami pondo libram, casiæ selibram, amomi pondo quadrans croci quincunx, cypriæ pampinaceæ libram. Hæc, ut dixi, arida contusa, & cribrata debent adjci, & his commiscēri rasis, quod est genus crudæ picis, eaq; quanto est uetustior, tanto melior habetur. nam longo tempore durior facta, cum est contusa in puluere redigitur, & his medicaminibus admiscetur. Satis est autem prædictis ponderibus sex libras eius miscēri. Ex hac compositione, quātum in sextarios musti quadragenos octonos adijciendum sit incertum est, quoniam pro natura uini æstimari oportet, quod satis sit. Cauendumq; est, ne conditus sapor intelligatur, nam ea res emptorem fugat. Ego tamen, si humida fuerit uindemia, trientem, si sicca, quadrantem medicaminis in binas amphoras miscēre solitus sum, ita, ut quatuor urnarū esset musti modus. Vrna autem quatuor & uiginti sextariorum. Nonnullos agricolas singulis amphoris quadrantem medicaminis indidisse scio, sed hoc coactos fecisse propter nimiam infirmitatem uini eiusmodi, quod uix triginta diebus in tegrum permanebat. Hoc tamen mustum si sit lignorum copia, satius est inferuefacere, & omnem spumam cum fecibus expurgare, quo facto decima pars decidet, sed reliqua perennis erit. At si lignorum penuria ē, marmoris, uel gypsi, quod flos appellatur, uncias singulas, itē ad tertias decocti defruti sextarios binos singulis amphoris miscēre oportebit. ea res etiam si non in totum perennat, certe usque in alteram uindemiam plerunque uini saporem seruat.

De defruto, quod adijcitur in uinum ad uetustatem. Cap. XXI.

MVSTVM quamdulcissimi saporis decoquatur ad tertias, & decoctum, sicut supra dixi, defrutum uocatur. quod cum defrixit, transfertur in uasa, & reponitur, ut post annum sit in usu. Potest tamen etiā post dies nouem, quàm refrixerit, adjci in uinum, sed melius est, si anno requieuerit. Eius defruti sextarius in duas urnas musti adjcitur, si mustum ex uineis collinis est, sed si ex campestribus, tres heminæ adjciuntur. Putamur autem, cum de lacu mustum sublatum est, biduo deferuescēre, & purgari. Tertio die defrutum adjcimus. deinde interposito biduo, cum id mustum pariter cum defruto deferbuerit, purgatur, & ita coadjcitur in binas urnas ligula cumulata, uel mensura semunciæ bene plenæ salis cocti, & triti. Sal autem quam candidissimus conjcitur in urceo fictili sine pice, qui urceus, cum recipit salem, diligenter totus oblinitur luto paleato, & ita igni admouetur, ac tandiu iam torretur, quandiu strepitum edit. cum silere cœpit, finem habet coctu ræ. Præterea fœnum græcum macerātur in uino uetere per triduum, deinde eximitur, & in furno siccatur, uel in sole. idq; cum est aridum factum, molitur, & ex eo molito post saliturā musti cochlear cumulatum, uel simile genus poculi eius, qui est quarta pars cyathi adjcitur in binas urnas. deinde cum iam perfecte mustum deferbuit, & consitit, tantundem gypsi floris miscemus, quātum salis adieceramus. atque ita postero die purgamus dolium, & nutritum uinum operimus, atque oblinimus. Hac conditura Columella patruus meus illustris

agricola uti solitus est in ijs fundis, in quibus palustres uineas habebat. Sed idem, cum collina uina condiebat, aquam salsam decoctam ad tertias pro sale adijciebat. ea porrò facit sine dubio maiorem mensuram, & odoris melioris, sed periculum habet, ne uitietur uinum, si male cocta sit aqua. sumitur autem haec, ut iam dixeram, quam longissime à litore. nam liquidior, & purior est, quantum altiore mari hausta est. Eam siquis (ut Columella faciebat) reponet, post triennium in alia uasa eliquatam transfundat. deinde post alterum triennium decoquat usque ad partem tertiam, longe meliorem habebit condituram uini. Nec ullum periculum erit, ne uina uitientur. Satis est autem sextarios singulos adijcere salsæ, eosq; in binas musti urnas, quamuis multi etiam binos immisceant, nonnulli etiam ternos sextarios. idq; ego facere non recusem, si genus uini tantum ualeat, ut aquæ salsæ non intelligatur sapor. Itaq; diligens paterfamilias, cum parauerit fundum, statim prima uindemia tres, aut quatuor notas conditurae totidē amphoris musti experietur, ut exploratum habeat quantum plurimum salsæ uinum, quod fecerit, sine offensa gustus pati possit.

Picis liquidæ alterū medicamen, quo mustum condias. Cap. XXII.

PICIS liquidæ nemeturicæ metretam adde in labrum, aut in alueum, & in eodem infundito cineris lixiuiæ congios duos, deinde permisceto spatha lignea. cum requieuerit, eliquato lixiuiam. deinde iterum tantundem lixiuiæ addito, eodem pacto permisceto, & eliquato. Tertio quoque idem facito. Cinis autem odorem picis aufert, & eluit spurcitiam. Post eodem addito picis brutiæ, si minus, alterius quam purissimæ quinque libras. Hæc minute concidito, & admisceto pici nemeturicæ. tum aquæ marinæ quamuetustissimæ, si erit, si minus, ad tertiam partem recentis aquæ marinæ decoctæ congios duos inijcito. Apertum labrum sinito in sole per caniculæ ortum, & spatha lignea permisceto quam sæpissime, usque eò, dum ea, quæ addideris, in picē colliquescant, & unitas fiat. Noctibus autem labrum operire conueniet, ne irroretur. deinde cum aqua marina, quam addideris, sole consumpta uidebitur, sub tectum uas totum ferre curabis. Huius autem medicaminis quidam pondo quadrantem in sextarios. XLVIII. miscere soliti sunt, & hac conditura contenti esse. Alij cyathos tres eius medicamenti adjciunt in totidem sextarios, quot supra diximus.

De picē, qua utuntur Allobroges ad conditurā uini picati. Cap. XXIII.

PIX corticata appellatur, qua utuntur ad condituras Allobroges. Ea sic conficitur, ut dura sit, & quanto facta est uetustior, eo melior in usu est.

usu est. nam omni lentore misso facilius in puluerem resoluitur, atque cribratur. Hanc ergo conteri, & cribrari oportet, deinde cum bis mustum deferbuerit, quod plerunq; est intra quartum diem, quàm de lacu sublatum est, diligenter manibus expurgatur. Et tunc demum prædictæ picis sextans, & semuncia in sextarios quinque, et quinquaginta adjcitur, & rutabulo ligneo permisceatur, nec postea tangitur, dum conferuescat. quod tamen non amplius diebus quatuordecim à conditura patiendum est. nam oportebit post hunc numerum dierum confestim uinum emundare, & siquid fecis aut labris uasorum, aut lateribus inhæsit, eradi, ac suffricari, & protinus operculis impositis oblini. At si ex eadem picē totam uindemiam condire uolueris, ita ne gustus picati uini possit intelligi, sat erit eidem picis sex scrupula in sextarios quinq; & quadraginta. tum demum miscere, cum mustum deferbuerit, & fecēs expurgatæ fuerint, oportebit, atque salis decocti, contritiq; semunciam in eundem modum musti adjcere. nec solū huic notæ uini sal adhibendus est, uerum, si fieri possit, in omnibus regionibus omne genus uindemiæ hoc ipso pondere saliendum est, nam ea res mucorem uino inesse non patitur.

De picē nemeturicā ad condituras. Cap. XXIIII.

PIX nemeturica in Liguria conficitur. ea deinde ut fiat condituris idonea, aqua marina quā longissime à litore de pelago sumenda ē, atq; in dimidiam partem decoquenda, quæ cum in tantum refrixerit, quantum ne contacta corpus urat, partē aliquam eius, quæ satis uidebitur, prædictæ pici immisceamus, & diligenter lignea spatha, uel etiam manu peragitabimus, ut siquid inest uitij eluatur. deinde patiemur picem considere, & cum siderit, aquam eliquabimus. postea bis, aut ter ex reliqua parte aquæ decoctæ tandiu lauabimus, & subigemus eam, donec rutila fiat. tum eliquatam in sole quatuordecim diebus patiemur esse, ut quisquis ex aqua humor remansit, assiccetur, noctibus autem uas tegendum erit, ne irroretur. Cū hoc modo picem præparauerimus, & uina, cum iā bis deferbuerint, condire uoluerimus, in musti sextarios octo & quadraginta, cyathos duos picis prædictæ sic adjciemus. Ex ea mensura, quam condituri sumus, sextarios duos musti sumere oportebit. deinde ex his sextarijs in picis sextantem paulatim mustum infundere, & manu tanquam mulsum subigere. quo facilius cocat. Sed ubi toti duo sextarij cum picē coierint, & quasi unitatem fecerint, tum eosdem in id uas, unde sumpseramus, perfundere. et ut permisceatur medicamen, rutabulo ligneo peragitare conueniet.

De aqua salsa, uel muria ad uina condienda. Cap. XXV.

QVONIAM quidam, immo etiam ferè omnes græci aqua salsa, uel muria mustum condiunt, eam quoque partem curæ non omittendam putaui. In mediterraneo, quò non est facilis aquæ marinæ inuectio, sic erit ad condituras conficienda muria. Huic rei uel maxime est idonea cœlestis aqua, si minus ex fonte liquidissimo profluens. Harum ergo alterutram curabis quamplurimam, & quamoptimis uasis conditam ante quinquennium in sole ponere. deinde cum computruerit, tandiu pati, donec ad pristinum modum perueniat. Quod cum factum fuerit, alia uasa habeto, & in ea sensim aquam eliquato, donec ad fecem perueniat, semper enim in requieta aqua crassamen aliquod in imo reperitur. Sic curata cum fuerit, in modum defruti ad tertias decoquenda est. adijciuntur autem in aquæ dulcis sextarios quinquaginta, salis sextarius, & mellis optimi unus sextarius. hæc pariter decoqui, & omnem spurcitiam expurgari oportet. deinde cum refrixerit, tum quantumcunque humoris est, tantum in amphoram musti portionem adijci. Quod si ager maritimus est, silentibus uentis de alto quam quietissimo mari sumenda est aqua, & in tertiam partem decoquenda, adiectis, si uidebitur, aliquibus aromatis ex ijs, quæ supra retuli, ut sit odoratior uini curatio. Mustum autem ante quàm de lacu tollas, uasa rore marino, uel lauro, uel myrto suffumigato, & large repleto, ut in effervescendo uinum se bene purget. Postea uasa nucibus pineis suffricato. quod uinum uolueris dulcius esse postero die, quæ austerius quinto die, quam sustuleris, condire oportebit, & ita supplere, & oblinire uasa. Nonnulli etiam suffumigatis serijs prius condituram addunt, & ita mustum infundunt.

Remedia acescentis uini. Cap. XXVI.

IN quo agro uinum acescere solet, curandum est, ut cum uuam legeris, & calcaueris, prius quàm uinacea torculis exprimantur, mustum in orbem defundas, & aquæ dulcis puteanæ ex eodem agro partem decimam adijcias, & coquas, donec ea aqua, quam adieceris, decocta sit. Postea cum refrixerit, in uasa defundas, & operias, & oblinas. ita diutius durabit, & detrimenti nihil fiet. Melius est, si ueterem seruatam compluribus annis aquam addideris, longeq; melius, si aquæ nihil addideris, & decimam musti decoxeris, frigidumq; in uas transtuleris, & si in sextarios. VII. musti heminam gypsi miscueris, postea quam decoctum refrixerit. Reliquum mustum, quod in uinaceis fuerit expressum, primo quoque tempore absumito, aut ære commutato.

De uino dulci faciendo. Cap. XXVII.

VINVM dulce sic facere oportet. Vuas legito, in sole per triduum expandito, quarto die meridiano tempore calidas uuas proculcato, mustum lixiuum (hoc est ante quàm prælo pressum sit, quod in lacum musti fluxerit) tollito, cum deferbuerit in sextarios quinquaginta irim bene pinsitam nec plus unciæ pondere addito, uinum à fecibus eliquatum diffundito. hoc uinum erit suaue, firmum, corpori salubre.

De alijs salubribus conditurarum generibus. Cap. XXVIII.

ALIA mediatminum genera uini condituris, & firmitati aptissima sic facito. Irim quamcandidissimam pinsito, fœnum græcum uetere uino macerato, deinde in sole exponito, aut in furno, ut siccescat. tum commolito minutissime. Item odoramenta trita, ideſt irim cribratam, quæ sit instar pondo quincuncem, et trientem, fœni græci pondo quincuncem et trientem, schœni pondo quincuncem in unum permisceto. tum in serias singulas, quæ sint amphorarum septenum addito mediatminis pondo unciam, et scrupula octo gypsi. Cum ex locis palustribus mustum erit, in singulas ternas heminas, cum de nouellis uineis erit, sextarium, cum de ueteribus & locis siccis, heminas singulas adijcito. Tertio die quam calcaueris conditura infundito, sed ante quàm condias musti aliquantum in seriam de seria transferto, ne in condiendo cum mediatmento effervescat, & fluat. Sic autem curatum gypsum, et mediatmentum, in labello permisceto, quantum serijs singulis fuerit necessarium, idq; mediatmentum musto diluito, et ipsa ad serias addito, et permisceto. cum deferbuerit, statim repleto, et oblinito. Omne uinum cum condieris, nolito statim diffundere, sed sinito in dolijs quiescere. postea cum de dolijs, aut de serijs diffundere uoles, uere florente rosa defecatum quam limpidissimum in uasa bene picata, et pura transferto. si in uetustatem seruare uoles, in cado duarum urnarum quamoptimi uini sextarium, aut fecis generosæ recentis sextarios tres addito. aut si uasa recentia, ex quibus uinum exemptum sit, habebis, in ea confundito. Si horum quid feceris, multo melius, et firmius erit uinum, etiam si bonos odores addideris, omnem malum odorem, et saporem prohibueris. nam nulla res, alienum odorem celerius ad se ducit, quàm uinum.

Quẽadmodũ mustum semp dulce tanq; recens pmaneat. Cap. XXIX.

MVSTVM ut semper dulce tanquam recens permaneat, sic facito. Ante quàm prælo uinacea subijciantur de lacu quã recentissimam

addito mustum in amphoram nouam, eamq; oblinito, & impicato diligenter, ne quicq̃ aquæ introire possit. tunc in piscinam frigidæ, & dulcis aquæ totam amphoram mergito, ita nequa pars extet. deinde post dies. XL. eximito, sic usque in annum dulce permanebit.

Optima uini curatio, & remedia languentis uini. Cap. XXX.

AB eo tempore, quo primum dolia operculaueris. usque ad æqui noctium uernum semel in diebus. XXXVI. uinũ curare satis est, post æquinoctium uernum bis. aut si uinum florere incipiet, sæpius curare oportebit. ne flos eius pessum eat, & saporem uitiet. Quanto maior æstus erit, eo sæpius conuenit uinum nutriri, refrigerariq;, et uentilari. nam quandiu bene frigidum erit, tandiu recte manebit. Labra uel fauces doliorum semper suffricari nucibus pineis oportebit, quoties uinum curabitur. si qua uina erunt duriora, aut minus bona, quod agri uitio, aut tempestate sit factum, sumito fecem uini boni, & panes facito, & in sole arefacito, & coquito in igne. postea terito, et pondo quadrantem amphoris singulis infricato, & oblinito, bonum fiet.

Si quod animal in mustũ ceciderit, & interierit remedia. Cap. XXXI.

SIQVOD animal in mustum ceciderit, & interierit, uti serpens, aut mus, sorex ue, ne mali odoris uinum faciat, ita ut repertum corpus fuerit, id igne aduratur. cinisq; eius in uas, quò deciderat, frigidus infundatur, atq; rutabulo ligneo permisceatur. ea res erit remedio.

Vinum ex Marrubio. Cap. XXXII.

VINVM Marrubij multi utile putant ad omnia intestina uitia, & maxime ad tussim. Cum uindemiam facies, Marrubij caules teneros, maxime de locis incultis, & macris legito, eosq; in sole siccato. deinde fasciculos facito et tomice palmea, aut iuncea ligato, et in seriã mittito, ita ut uinculũ extet. in musti dulcis sextarios. CC. Marrubij libras VIII. adijcito, ut simul cum musto defruescat. postea eximito Marrubium, & purgatum uinum diligenter oblinito.

Vinum scylliten. Cap. XXXIII.

VINVM scylliten ad conquoquendum, & ad corpus reficiendum, itemq; ad ueterem tussim, & ad stomachum hoc modo condire oportet. Primum ante dies quadraginta quàm uinum uoles uindemiare, scyllam legito, eamq; secato quam tenuissime, sicut raphani radicem, taleolasq; sectas suspende in umbra, ut adsiccentur. deinde cum aridæ erunt, in musti amphorei sextarios. XLVIII. scyllæ aridæ adde pondo

pondo libram, eamq; inesse patere diebus. XXX. postea eximito, & defecatum uinum in amphoras binas adijcito. Alij scribunt in musti sextarios. XLVIII. scyllæ aridæ pondo libram, & quadrantem adijci oportere, quod & ipsum non improbo, alij hoc ipsum scyllæ pondus, quod supra dixi, in aceti duas urnas adijciunt, & per. XL. dies inesse patiuntur.

De aceto scyllitico. Cap. XXXIIII.

QVI Scyllitium acetum facere uolunt, decem bambatæ in tres amphoras musti mitis, aceti acris congium, aut duplum, si non est acre, & in ollam, quæ fert amphoras tres, decoquis ad palmum. ideſt ad quartas, aut si non dulce mustum ad tertias dispumetur. sed mustum de submassa, & limpidum sit.

Vinum absynthiten, & hyssopiten, & abrotoniten, & reliquarum notarum quomodo facias. Cap. XVXV.

VINVM absynthiten, & hyssopiten, & abrotoniten, & thymiten, & maratriten, & glyciriziten sic condire oportet. Pontici absynthij pondo libram cum musti sextarijs. IIII. decoque usq; ad quartas. reliquum, quod erit, id frigidum adde in musti aminei urnam. idẽ ex reliquis rebus, quæ suprascriptæ sunt, facito. possunt etiam puleij aridi tres libræ cum congio musti ad tertias decoqui, & cum refrixerit liquor, exempto puleio in urnam musti adijci. idq; mox tussientibus per hyemem recte datur. uocaturq; uini nota glechonites.

De musto tortiuo. Cap. XXXVI.

MVSTVM tortiuum est, quod post primam pressuram uinaceorum circunciso pede exprimitur. id mustum conijcies in amphoram nouam, & implebis ad summum. tum adijcies ramulos roriſmarini aridi lino colligatos, & patieris unà defruescere per dies septem. deinde eximes ramulorum fasciculum, & purgatum diligenter uinum gypsabis. sat erit autem roriſmarini sesquilibram in duas urnas musti adijcere. hoc uino post duos menses possis pro remedio uti.

Vinum simile græco facere. Cap. XXXVII.

VVAS præcoquas quam maturissimas legito, easq; per triduũ in sole siccato, quarto die calcato, & mustum, quod nihil habeat ex tortiuo, conijcito in seriam, diligenterq; curato, ut cum defruerit, fæces expurgentur. deinde quinto die, cum purgaueris mustum, salis cocti, & cribrati duos sextarios, uel quod est minimum, adijcito unum sextariũ

in sextarios musti. XLIX. Quidam etiam defruti sextarium miscent. nonnulli ēt duos adiciunt, si existimant uini notam parum esse firmā.

Vinum myrtiten quomodo facias. Cap. XXXVIII.

VINVM myrtiten ad tormina, & ad alui proluuiem, & ad imbecillum stomachum sic facito. Duo sunt genera myrti, quorum alterum est nigrum, alterum album. Nigri generis bacæ, cum sunt maturæ leguntur, & semina earum eximuntur, atque ipsæ sine seminibus in sole siccantur, et in fictili fidelia sicco loco reponūtur. deinde p uim demiam ex uetere arbusto, uel, si id non est, ex uetustissimis uineis amineæ bene maturæ unæ sole cālido leguntur, et ex his mustū adijcitur in seriam, & statim primo die ante quàm id feruеat, bacæ myrti, quæ fuerant repositæ, diligenter cōteruntur, & totidem earum libræ cōtusarum appenduntur, quot amphoræ cōdiri debent. tum exiguum musti sumitur ex ea seria, quam medicaturi sumus, & tanquam farina cōspergitur, quicquid cōtusum, & appensum est. post hæc cōplures ex ea massulæ fiunt. & ita per latera seriæ in mustū demittuntur, ne altera offa super alteram perueniat. cum deinde bis mustum deferbuerit, & bis curatum est, rursus eodem modo, & tantundem ponderis bacæ, sicut supra dixi, cōtunditur. nec iam ut prius massulæ fiunt, sed in labello mustum de eadem seria sumitur, prædicto ponderi permiscētur, sic ut sit instar iuris crassi, quod cum est per mustum, in eandem seriam cōfunditur, & rutabulo ligneo peragitatur. deinde post nonum diem quàm id factum est, uinum purgatur, & sæpulis aridæ myrti seria suffriatur, operculumq; superimponitur, nequid eò decidat. Hoc facto, post septimum diem rursus uinum purgatur, & in amphoras bene picatas, & bene olidas diffunditur. sed curandum est, ut cum diffundis, liquidum, & sine fece diffundas. Vinum aliud myrtiten, sic temperato. mel atticum ter inferuere facito, & toties dispumato. uel si atticum non habueris, quam optimum mel eligito, & quater, uel quinquies dispumato. nam quanto est deterius, tanto plus habet spuriæ. cum deinde mel refrixerit, bacas albi generis myrti quam maturissimas legito, & perfriato, ita ne interiora semina conteras. mox fiscello ligneo inclusas exprimito, sucumq; earum, qui sit sextariorum sex cum mellis decocti sextario immiscēto, & in lagunculam diffusum oblinito. sed hoc mense Decembri fieri debebit, quo ferè tempore matura sunt myrti semina. custodiendumq; erit, ut ante quàm bacæ legantur, si fieri potest, septem diebus, sin autem ne minus triduum serenum fuerit, aut certe non pluerit, & ne rorulentæ legantur cauendum. multi nigram, uel albam myrti bacam,

cum iam maturuit, distringunt, & duabus horis eam cum paululum in umbra expositam siccauerunt, perterunt ita, ut quantum fieri potest, interiora semina integra permaneant. tum per lineum fiscum, qđ pertriuerant, exprimunt, & per colū iuncēum liquatum sucum lagūculis bene picatis cōdunt, neq; melle, neq; alia re ulla immista. hic liquor non tam est durabilis, sed quandiu sine noxa manet, utilior est ad ualetudinem quàm alterius myrti notæ compositio. sunt qui hunc ipsum expressum sucum, si sit eius cōpiosior facultas, in tertiam partem decoquant, & refrigeratum picatis lagunculis cōdant. sic cōfectum diutius permanet. sed quod non decoxeris, poterit innoxium durare biennio, si modo munde, & diligenter id feceris.

Passum quemadmodum fiat. Cap. XXXIX.

PASSVM optimum sic fieri Mago præcipit, ut & ipse feci. Vuā præcoquem bene maturam legere, acina arida, aut uitiosa reijcere, furcas, uel palos, qui cannas sustineant, inter quaternos pedes figere, & perticis iugare. Tum insuper cannas ponere, & in sole pandere uuas, & noctibus tegere, ne irrorentur. Cum deinde exaruerint acina decerpere, & in dolium, aut in seriam cōijcere. eodem mustum quamoptimum, sic ut grana submersa sint, adijcere. ubi combiberint uuæ, seq; impleuerint, sexto die in fiscellam cōferre, & prælo premere, passumq; tollere. Postea uinaceos calcare adiecto recentissimo musto, qđ ex alijs uuis factum fuerit, quas per triduum insolaueris. tum permiscere, & subactam brisam prælo subijcere, passumq; secundarium statim uasis oblinitis includere, ne fiat austerius. deinde post uiginti, uel triginta dies, cum deferbuerit, in alia uasa deliquare, & cōfusum opercula gypsare, & pellicylare. Passum si ex uua apiana facere uolueris, uuam apianam integram legito. acina corrupta purgato, & secernito. Postea in perticis suspendito. perticæ uti semper in sole sint facito. ubi satis corrugata erunt acina demito, & sine sapionibus in dolium cōijcito, pedibusq; bene calcato. ubi unum tabulatum feceris, uinū uetus cōspergito. postea alterum supercalcato, item uinum cōspergito. eodem modo tertium calcato, & infuso uino ita superponito, ut supernatet, & sinito dies quinque. postea pedibus proculcato, & in fiscina noua uuas premito. Quidam aquam cœlestem ueterem ad hunc usum præparant, & ad tertias decoquunt. deinde cum sic uuas ut supra scriptum est, passas fecerunt, decoctam aquam pro uino adijciunt, & cætera similiter administrant. hoc ubi lignorum cōpia est, uilissime constat, & est in usu uel dulcius, quàm superiores notæ passi.

Lora optima quomodo fiat. Cap. XL.

QVANTVM uini uno die fœceris, eius partem decimam quot metretas efficiat cõsyderato, & totidem metretas aquæ dulcis in uinacea, sed quibus unius diei uinum expressum erit, addito eodem et spumas defruti, siue sapæ, & fœcem ex lacu cõfundito, & permiscẽto, eamq; intritam macerari una nocte sinito, postero die pedibus proculcato, & sic permistam prælo subijcito. quod deinde fluxerit aut dolijs aut amphoris cõdito, & cum deferbuerit, obthurato. Commodius autem seruatur in amphoris. Hanc ipsam loram. M. Columella ex aqua uetere faciebat, & nonnunq; plus biennio innoxiã seruabat.

Mustum lixiuum quomodo fiat. Cap. XLI.

MVSTVM lixiuum de lacu statim tollito. hoc autem erit, quod distillauerit, ante quàm nimium calcetur uua. sed de arbustuo genere, quod sicco die legeris id facito, conijcies in urnam musti mellis optimi pondo. X. & diligenter permistum recondes in lagæna, eamq; protinus gypsabis, iubebusq; in tabulato reponi, si plus uolueris facere, proportione qua supra mel adijcies. post trigesimum & alterum diem lagænam aperire oportebit, & in aliud uas mustum eliquatum oblinire, atque in fornum reponere. Conditura ex cydoneis fit hoc modo. In cacabo figuli nouo, uel in stagneo coquitur musti arbustui amnei urna, & mala cydonea grandia expurgata uiginti, & integra mala dulcia granata, quæ punica uocantur, & sorba non permitia diuisa exemptis seminibus, quæ sint instar sextariorum trium. hæc ita coquuntur, ut omnia poma deliquescant cum musto, & sit puer, qui spatha lignea, uel arundine permisceat poma, ne possint aduri. deinde cum fuerint decocta, ut non multum iuris supersit, refrigerantur, & percolantur, eaq;, quæ in colo subsiderunt, diligenter contrita leuigantur, & iterum in suo sibi iure lento igni, ne adurantur, carbonibus decoquuntur, donec crassamen in modum fecis existat. prius tamen quàm de igne medicamentum tollatur, tres heminæ roris syriaci contriti, & cribrati super omnia adijcuntur, & spatha permiscentur, ut coeant cum cæteris. Tum refrigeratum medicamentum adijcitur in uas fictile nouum picatum, idq; gypsatum alte suspenditur, ne pallorem trahat.

De cæseo cõdendo. Cap. XLII

CASEI aridi ouilli proximi anni frusta ampla facito, & in picato uase cõponito. tum optimi generis musto adimpleto, ita ut supernatet. uas autem, cum impleueris, statim gypsabis. deinde post dies. XX. licebit aperiri, & uti qua uoles adhibita conditura, est autem etiam per se non iniucundus.

peruenìat, & sit ius aliquanto copiosius, quàm cæseus. nã cæseus cõbibit, & fit uitiosus, nisi mustum semper supernatet. uas autem, cum impleueris, statim gypsabis. deinde post dies. XX. licebit aperiri, & uti qua uoles adhibita conditura, est autem etiam per se non iniucundus.

Vuæ ollares quemadmodum cõponantur, & seruentur. Cap. XLIII.

VVAS bumastos, uel duracinas, uel purpureas cum desecueris à uite, continuo pediculos earum impicato dura picẽ. deinde labellum fictile nouum impleto paleis q̃ siccissimis cribratis, ut sine puluere sint, & ita uuas superponito. tum labello altero adoperito, & circumlinito luto paleato, atque ita in tabulato siccissimo composita labra paleis siccis obruito. Omnis autem uua sine noxa seruari potest, si luna decrescente, & sereno cœlo post horam quartam, cum iam insolata est, nec roris quicquam habet, uiti detrahatur. sed ignis in proximo decumano fiat, ut pix ferueat, in qua pediculi uuarum statim demittantur. In dolium bene picatum defruti amphoram conijcito, deinde transuersos fustes spisse arctato, ita ut defrutum non contingant. tum superponito fictiles nouas patinas, & in his sic uuam disponito, ut altera alteram non contingat. tum opercula patinis imponito, & linito. deinde alterum tabulatum, & tertium, & quandiu magnitudo patitur dolij similiter instruito, & eadem ratione uuas componito. deinde picatum operculum dolij defruto large linito, & impositum cinere obthurato. nonnulli adiecto defruto contenti sunt transuersas perticas arctare, & ex his uuas ita suspendere, ne defrutum contingant. deinde operculum impositum oblinire. quidam uuas, cum ita, ut supra dixi, legerunt, doliola noua sine picẽ in sole siccant. deinde cum ea in umbra refrigerauerunt, furfures ordeaceos adijciunt, & uuas ita superponũt, ut altera alteram non comprimat. tum generis eiusdẽ furfures infundunt, & alterum tabulatum uuarum eodem modo collocant. idq; faciunt usq; dũ dolium alternis furfuribus, & uuis compleant. mox opercula imposita linunt, & uuas siccissimo, frigidissimoq; tabulato reponunt. quidam eadem ratione arida populnea, uel abiegna scobe uirides uuas custodiunt. nonnulli sicco flore gypsi obruunt uuas, quas nõ nimium maturas uitibus detraxerunt. Alij cum legerunt uuã, siqua sunt in ea uitiosa grana, forficibus amputant, atque ita in horreo suspendunt, in quo triticum suppositum est. sed hæc ratio rugosa facit acina, & penè tam dulcia quam est uua passa. Marcus Columella patruus meus ex ea creta, qua fiunt amphoræ, latã uasa in modum patinarum fieri iubebat. eaq; intrinsecus, & exterius crasse picari. quæ cum præparauerat, tum demum purpureas, & bumastos, & numi-

stianas,& duracinas unas legi præcipiebat, pediculosq; earum sine mora in feruentem picem demitti,& in prædictis patinis seperatim sui cuiusq; generis ita componi,ne unæ inter se contingerent. post hoc opercula superponi, et oblini,crasso gypso.tum demum picæ dura,quæ igni liquata esset,sic piari,nequis humor transire posset. tota deinde uasa in aqua fontana,uel cisternina ponderibus impositis mergi. nec ullam partem earum pati extare.sic optime seruatur una. sed cum est exempta,nisi eo die cõsumitur,acescit.Nihil est tamen certius,quàm uasa fictilia facere,quæ singulas unas laxe recipiant.ea debent quatuor ansas habere,quibus illigatæ uiti dependeant.itemq; opercula eorũ sic formari,ut media diuisa sint, ut cum suspensa uasa singulas unas receperint,ex utroq; latere appositi operculi duæ partes coeant,& cõtegant unas.& hæc uasa,& opercula extrinsecus,& intra diligenter picata esse debebũt.deinde cum contexerunt unas,luto paleato multo adoperiri,sed unæ depẽdẽtes à matre sic in pulterios cõdi debebũt, nequæ partes uasa contingant.Tẽpus autem,quo includi debent, id fere est,quo adhuc siccitatibus,et sereno cœlo crassa,uariaq; sunt acina. Illud in totum maxime præcipimus,ne in eodẽ loco mala,& unæ cõponantur,ne'ue in uicino,unde odor malorũ possit ad eas peruenire. nam huiusœmodi halitu celeriter acina corrũpuntur.& tamen custodiendorum pomorũ rationes,quas retulimus,non omnes omnibus regionibus aptæ sunt.sed pro conditione locorũ,& natura uuarũ aliæ alijs conueniunt.antiqui plerunq; sirculas & uenuculas,& maiores amineas,& gallicas,quæq; maiores,& duri,& rari acini erant,uasis condebant.nunc autem circa urbem maxime ad hunc usum numisianæ probantur.hæc sereno cœlo,cum iam sol in rorẽ sustulit,quarta,uel quinta hora(si modo Luna decrescat,& sub terris est) modicæ maturæ lectissimæ leguntur.deinde in cratibus ita ponuntur,ne altera alteram collidat.tum demum sub tectum referuntur, & arida, uel uitiosa grana forficibus amputantur.et cum paululum sub umbra refrixerint, ternæ,aut etiam quaternæ pro capacitate uasorum in ollas demittuntur,& operacula diligenter picæ obthurantur,ne humorẽ transmittant.tum uinaceorum pes bene prælo expressus proruitur,et modicæ seperatis scipionibus,resolutaq; intrita folliculorum in dolio substernitur.& deorsum uersus spectantes ollæ componuntur, ita distantes,ut interculatri possint uinacea, quæ cum diligenter conspissata primum tabulatum fecerunt,aliæ ollæ eodem modo componuntur,expleturq; secundum tabulatum. deinde similiter dolium completur tabulatis ollarum,spissẽq; uinaceis inculcantur. mox usque ad summum labrum uinaceæ condensantur, & statim operculo superposito cinere

in modum gypsi temperato dolium linitur.Monendus tamen erit, qui uasa empturus est, ne bibulas,aut male coctas ollas emat. nam utraq; res transmisso humore uitiat uuam.quinetiã oportebit,cum adusum promuntur ollæ,tota singula tabulata detrahi. nam conspissata uinacea,si semel mota sunt,celeriter acescunt,& uuas corrumpunt.

Mala granata quemadmodum seruentur. Cap. XLIIII.

SEQVVNTVR uindemiam rerum autumnalium compositiones, quæ & ipsæ curam uillicæ distendunt. Nec ignoro plurima in hunc librum non esse collata, quæ.C.Matius diligentissime persecutus est. Illi enim propositum fuit urbanas mensas, & lauta conuiuia instruere.Libros tres edidit,quos inscripsit nominibus coci, & cetarij,& salgamarij.nobis tamen abunde sunt ea, quæ ex facili rusticæ simplicitati non magna impensa possint contingere. Vti sunt in primis omnium generum mala.Quidam,ut à granatis incipiam,pediculos punicorum, sicuti sunt,in arborem torquent,ne pluuijs mala rũpantur,& hiantia dispereant,eaq; ad maiores ramos religant,ut immota permaneant.deinde sparteis restibus arborem cludunt, ne aut coruis,aut cornicibus,alijs'ue auibus pomum laceretur.nonnulli uascula fictilia dependentibus malis aptant,& illita luto paleato arboribus hærere patiuntur.alij fœno,uel culmo singula inuoluunt,& insuper luto paleato crasse linunt,atque ita maioribus ramis illigant, ne,ut dixi,uento commoueantur.sed hæc omnia, ut dixi,sereno cœlo administrari sine rore debent. quæ tamen aut facienda non sunt, quia læduntur arbusculæ.aut certe non continuis annis usurpanda, præsertim cum liceat etiam detracta arboribus eadem innoxia custodire.Nam & sub tecto fossulæ tripedaneæ siccissimo loco fiunt.eoq; cum aliquantum terræ minutæ repositum est,infiguntur sambuci ramuli.deinde sereno cœlo granata leguntur cum suis pediculis,et sambuco inferuntur,quoniam sambucus tam apertam, & laxam medullam habet,ut facile malorum pediculos recipiat.sed cauere oportebit, ne minus quatuor digitis à terra absint,& ne inter se poma contingant.Tum factæ scrobi operculum imponitur,& paleato luto circumlinitur,eaq; humo,quæ fuerat egesta,superageretur.Hoc idem in dolio fieri potest, siue quis uolet resolutam terram usque ad dimidium uas elicere, seu, quod quidam malunt fluuialem arenam cæteraq; eadem ratione peragere.Pœnus quidem Mago præcipit aquam marinam uehementer calefieri, & in ea mala granata lino, sparto'ue illigata paulum demitti, dum decolorentur, & exempta per triduum in sole siccari,postea loco frigido suspendi, & cum res ex-

egerit, una nocte, & postero die usq; in eam horam, qua fuerit utendum, aqua frigida dulci macerari. Sed & idem author est creta figulari bene subacta recentia mala crasse illinire, & cum argilla exaruit, frigido loco suspendere. Mox cum exegerit usus, in aquam demittere, & cretam resoluere. Hæc ratio tanquam recentissimum pomum custodit. idem iubet Mago in urceo nouo fictili substernere scobem populneam, uel ligneam, & ita disponere, ut scobs inter se calcari possit. Deinde facto primo tabulato rursus scobem substernere, & similiter mala disponere, donec urceus impleatur, qui cum fuerit repletus, operculum imponere, & crasso luto diligenter oblinire. Omne autem pomum, quod in uetustatem reponitur, cum pediculis suis legendum est, sed, si sine arboris noxa fieri possit, etiam cum ramulis. nam ea res plurimum ad perennitatem confert. Multi cum ramulis suis arbori detrahunt, & creta figulari cum diligenter mala obruerunt, in Sole siccant. deinde si qua rimam creta facit, luto linunt, & assiccata frigido loco suspendunt.

Mala orbiculata, sestiana, melimela, & alia genera quomodo seruantur. Cap. XLV.

MVLTI Eadem ratione, quæ granata, in scrobibus, uel dolij seruant cydonea. Nonnulli foliis ficulneis illigant, deinde cretam figularem cum amurca subigunt, & ea linunt mala, quæ cum siccata sunt, in tabulato frigido loco, & sicco reponunt. Nonnulli hæc eadem in patinas nouas sicco gypso ita obruunt, ut altera altera non contingant. nihil tamen certius, aut melius experti sumus, quàm ut cydonea maturissima integra sine macula, & sereno cœlo decrescente Luna legantur, & in lagæna noua, quæ sit patentissimi oris detersa lanugine, quæ malis ineat, componantur leuiter, & laxe, ne collidi possint. deinde cum ad fauces usq; fuerint compositæ, uimineis surculis sic transuersis arctentur, ut modicæ mala comprimant, nec patiantur ea cum acceperint liquorem, subleuari. tum quàoptimo, & liquidissimo melle uas usq; ad summum ita repleatur, ut pomum submersum sit. hæc ratio non solùm ipsa mala custodit, sed etiam liquorem mulsei saporis præbet, qui sine noxa possit interdum dari febricitantibus, isq; uocatur melimeli. sed cauendum est, ne quæ in melle custodire uolueris, immatura mala condantur, quoniam cruda si lecta sunt, ita indurescant, ut usui non sint. illud uero, quod multi faciunt, ut ea diuidant osseo cultro, & semina eximant, quod putent ex eis pomum uitiari, superuacuum est, sed ratio, quam nunc docui, adeo quidem certa est. ut etiam si uermiculus ineat, non amplius tamen corrumpantur mala, cum prædictum liquorem acceperint. nam ea melius est natura, ut cœrceat uitia, nec serpere ea patiatur,

patiatur, qua ex causa etiam exanimum corpus hominis per annos plurimos innoxium conseruat. itaq; possunt alia genera malorum sicuti orbiculata, sestiana, melimela, matiana hoc liquore custodiri, sed quia uidentur in melle dulciora fieri sic condita, nec proprium saporem conseruare, arculæ signeæ, uel etiam tiliaceæ, quales sunt, in quibus uestimenta forensia conduntur, huic rei paulo ampliores præparari debent, eæq; in tabulato frigidissimo, & siccissimo loco, quo neq; fumus, neque teter perueniat odor, collocantur. deinde substratæ prædictæ poma sic componi, ut flosculi sursum, pediculi deorsum spectent, quemadmodum etiam in arbore nata sunt, & ne inter se alterum ab altero contingatur. Ita obseruandum est, ut unumquodq; genus separatim propriis arculis reponatur. nam cum unà clausa sunt diuersa genera inter se discordant, & celerius uitiantur. Propter quæ etiam conseminalium uinearum, non tam est firmum uinum, quæ si per se syncerum amineum, uel apianum, aut etiam fecinum condideris. uerum sic, ut prædixi, cum diligenter mala fuerint compositæ operculis arcularum contegantur, & luto paleato linantur operacula, ne introire spiritus possit. atq; ea ipsa nonnulli sicut in alijs generibus, ut supra iam diximus, populnea quidam, etiam abiegna scobe interposita, mala custodiunt. Hæc tamen poma non matura, sed acerbissima legi debent.

De conditura inulæ. Cap. XLVI.

INVLAE conditura sic fiet, cum eius radices mense Octobris (quo maxime matura est) è terra eruelis, aspero linteolo, uel etiam cilicio detergito quicquid arenæ inhærebit. deinde acutissimo cultello summatim eradito, & quæ plenior radicula fuerit, pro modo crassitudinis in duas, uel plures partes digiti longitudine diffindito. deinde ex aceto modicè in cacabo æneo coquito, ita ne taleolæ inuri possint. Post hæc in umbra triduo siccentur, & ita in fideliam picatam recondantur, adiecto passo, uel defruto, quæ supernatet, spissamentoq; cunilæ impositio contectum uas pelliculetur. Alia inulæ conditura. Cum radices eius raseris, taleolas, ut supra, facito, & in umbra triduo, uel etiam quatriduo siccato. deinde siccatas in uasis sine pice, interiecta cunila conijcito, cunila imposita, sex partibus aceti una pars sapæ misceatur cum hemina salis cocti, ut hoc iure, macerentur taleolæ, donec quàminimum amaritudinis resipiant. Postea exemptæ iterum siccentur per dies quinq; in umbra. tum crassamentum uini feculenti, nec minus, si sit, mulsi, & utriusq; eorum quartam partem boni defruti confundito in ollam, quæ cum inferbuerit, taleolas inulæ adijcito, & statim ab igne remouento, ac rudicula lignea peragitato, donec perfectæ refrigescant.

Postea transfundito in fideliã picatam, operculo tegito, tumq; pelliculato. Tertia eiusdẽ inulæ conditura. Cũ radiculas diligenter eraseris, minute concisas in muria dura macerato, donec amaritudinem dimittant. deinde effusa muria sorba quã optima, & maturissima semine detracto contere, & cum inula misce, tum siue passum, seu q̃ optimum defrutum adijcito, & uas obthurato. Quidã, cũ condiuerunt inulam, muriaq; macerauerunt, exsiccant, & malis cydoneis tritis, quæ in defruto, uel melle decoxerant, miscent, atq; ita superfundunt passum, uel defrutum, & uas operculatum pelliculant.

Sampsa quemadmodum fiat. Cap. XLVII.

ACERBAM pauseam mense Septembri, uel Octobri, dum adhuc uindemia est, contunde, & aqua calida paululum maceratam exprime, fœniculiq; seminibus, & lentisci cum cocto sale modicæ permistam reconde in fideliã, & mustũ q̃ recentissimum infunde. Tũ fasciculũ uiridis fœniculi superpositum merge, ut oliuæ premantur, & ius supereminеat. Sic curata oliua tertio die possis uti. Albã pauseã, uel orchitem, uel radiolum, uel regiam dum contundes, primũ quãq;, ne decoloretur, in frigidam muriam demerge, cuius cum tantum paratæ habueris, quantum satis fuerit implendæ amphoræ, fœniculi aridi, fasciculum substerne in imo. deinde uiridis fœniculi semina, & lentisci districta, & purgata in urceolo habeto. tum exemptam de muria oliuam exprimito, & permistam prædictis seminibus in uas adijcito. deinde, cum ad fauces peruenerit eius, fœniculi aridi fasciculos superponito, & ita recentis musti duas partes, & unam duræ muriæ permistas adijcito. Hac conditura compositis oliuis toto anno commode uteris. Quidam oliuam non contundunt, sed acuta arundine insecant, idq; operosius quidem, sed melius est, quia hæc cãdidior est oliua, q̃ ea, quæ ex contusione liuorem contrahit. Alij siue contuderint, siue insecuerint oliuas, modico sale cocto, & prædictis seminibus immiscent. deinde sapam, uel passum, uel si est facultas, mellã infundunt. Mella autem quomodo fiat paulo ante hoc ipso libro præcepimus. Cætera omnia similiter administrant. Posias oliuas, uel regias sine macula q̃ candidissimas manu districtas eligito. deinde substrato fœniculo arido in amphoram conijcito, intermistis seminibus lentisci, nec minus fœniculi, & cum ad fauces uas repleueris, adijcito muriam duram. tũ spissamẽto facto de arundinum foliis, oliuam premito, ut infra ius mersa sit. & iterum infundito muriã duram, dum ad summum amphoræ labrum perueniat. At hæc oliua per se parum iucunda est, sed ad eas condituras, quæ lautioribus mensis adhibentur, idonea maxime est. nam cum

res exigit, de amphora promitur, & contusa recipit quamcunq; uolueris condituram. Pleriq; tamen sectiuum porrũ, & rutã cum apio tenero, & mentam minute concidunt, & contusis oliuis miscent, deinde exiguum aceti piperati, & plusculum mellis, aut mulsi adijciunt, oleoq; uiridi irrorant, atq; ita fasciculo apij uiridis contegitur. Quidam sic lectæ oliuæ in modios singulos ternas heminas salis permiscent, & adiectis seminibus lentisci, fœniculoq; substrato amphoram usque ad fauces replent oliuis. deinde aceto non acerrimo infundunt, & cum iam pene amphoram impleuerunt, fœniculi spissamento deprimunt bacã, & rursus acetum usque ad summũ labrum adijciunt. Postea quadragesimo die omne ius defundunt, & sapæ, uel defruti tres partes cum aceti una permiscent, & amphorã replent. Est & illa probata compositio, ut cum muria dura pausea alba maturuerit, omne ius defundatur, & immistis duabus partibus defruti, cum aceti una, repleatur amphora. Eadem conditura posset etiam regia componi, uel orchita. Quidã unam partem muriæ, & duas aceti miscent, eoq; iure oliuas poseas olymbadas faciunt. quibus si per se quis uti uelit, satis iucũdas experietur, quamuis & hæ, cum exeunt de muria, conditurã qualemcunque recipere possunt. Oliuæ poseæ, cum iã decolorantur, ante quàm mitescant, cum petiolo leguntur, & in oleo quã optimo seruantur. Hæc maxime nota etiã post annum repræsentat uiridem saporẽ oliuarũ. Nonnulli etiam cum de oleo exemerunt, trito sale aspersas pro nouis apponunt. est & illud condituræ genus, qđ in ciuitatibus græcis plerunque usurpatur, idq; uocant epityrum oliua pausea, uel orchita cum primum ex albo decoloratur, fitq; luteola, sereno cœlo manu destringitur, & in uannis uno die sub umbra expanditur. & siqui adhærent pædiculi, foliaq;, aut surculi leguntur. postero die cribratur, et nuo fisco inclusa prælo supponitur, uehementerq; premitur, ut exudet quantulumcunque habet amurcæ. Patimur autẽ nonnunquam tota nocte, & postero die pondere pressam bacam uelut exaniari, tum resolutis corticulis eximimus eã, & in singulos modios oliuæ triti salis cocti singulos sextarios infundimus. itemq; lentisci semen, rutæq;, & fœniculi folia sub umbra siccata, quæ uti satis uidentur concisa minute, admiscemus, patimurq; horis tribus, dum aliquatenus bacæ salem combibat. tum superfundimus boni saporis oleum, ita ut obruat oliuã, & fœniculi aridi fasciculum deprimimus, ita ut ius supernatet. Huic autem condituræ uasa noua fictilia sine picе præparantur. quæ ne possint oleũ sorbere, tanquam oliuariæ matretæ imbuuntur liquamine, tũ demũ & assiccantur. Sequitur autem frigus hyemis, per quod oliuitas, sicut uindemia, curam uillicæ repetit.

Nigræ oliuæ conditura. Cap. XLVIII.

PRIVS itaq; (quoniam inchoauimus) de condituris oliuarũ præcipiemus, ac statim conficiendi olei rationem subijcemus. Pauseæ bacæ, uel orchitæ nonnullis regionibus etiã næuiæ conuiuiorum epulis præparantur. Has igitur, cum iam nigruerint, nec adhuc tamen per maturæ fuerint, sereno cœlo distringere manu conuenit, lectasq; cribrare, & secernere, quæcunq; maculosæ, seu uitiosæ, minoris ue incremẽti uidebuntur. deinde in singulos modios oliuæ salis integri ternas heminas adijcere, & in uimineos qualos confundere superposito copioso sale, ita uti oliuas contegat, sicq; triginta dies pati consuadescere, atq; omnem amurcam extillare, postea in alueum diffundere, mundaq; spõgia salem, ne permaneat, detergere. tum in uas adijcere, & sapa, ne defruto amphoram replere superposito spissamento aridi fœniculi, qđ oliuam deprimat. Pleriq; tamen tres partes defruti, aut mellis, & unã misscent aceti, aliqui duas partes, & unam aceti, & eo, quo condiunt, iure. Quidam, cum oliuam nigram legerunt, eadem portione, qua supra, saliunt, & sic collocant in qualis, ut immissis seminibus lentisci alterna tabulata oliuarum, & salis usq; in summum componunt. deinde post quadraginta dies cum oliua quicquid habuit amurcæ exsudauit, in alueum defundunt, & cribratam separant ab seminibus lentisci, spongiaq; detergent, nequid adhæreat salis. tum in amphoram confundunt adiecto defruto, uel sapa, uel etiã melle, si est copia, cæteraq; similiter faciunt. In singulos modios oliuæ singulos sextarios maturi seminis aniси, lentisciq;, & ternos cyathos seminis fœniculi. si id nõ est, ipsum fœniculum concisum quantum satis uidebitur, adijci oportet. deinde in singulis modijs oliuarum salis cocti, & non moliti ternas heminas admisceri, & ita in amphoris cõdi, easq; fasciculis fœniculi obthurari, & quotidie per terrã uolutari. deinde tertio quoq; aut quarto die quicquid amurcæ inest mitti. Post. XL. dies in alueum diffundi, & à sale tantummodo separari, sic ne spongia detergeantur oliuæ, sed ita ut erunt exemptæ, massulis salis mistis in amphoram condantur, & spissamentis impositis ad usus in cellam reponantur. Maturam oliuam in statura factam colymbadem, de muria tollito, spongia tergeto. deinde canna uiridi scindito duobus, uel tribus locis, & triduo in aceto habeto, quarto die spongia extergito, in urceum, aut catabum nouum mittito substrato apio & modicã rutã. Concisis deinde pleno uase oliuis immitte defrutum usq; ad os. Lauri turiones in hoc usu mitto, ut oliuas deprimant. post dies uiginti utere.

Si rapa

Si rapa quomodo fiat. Cap. XLIX.

OLIVA nigra maturissima sereno cœlo legitur, eaq; sub umbra uno die in cannis porrigitur, & quæcunq; est uitiosa, bacat separatur. Item si qui adhæserãt pediculi, adimuntur, foliaq;, & surculi, quicunq; sunt intermissi, eximuntur. Postero die diligenter cribratur, ut si quid ineſt stercoris separetur. deinde intrita oliua nouo fisco includitur, & prælo subijcitur, ut tota nocte exprimatur. Postero die iniũgitur quammundissimis molis suspensis, ne nucleus frangatur. Et cum est in sampsam redacta, tunc sal coctus, tritusq; manu permiscetur cũ cæteris aridis condimentis. Hæc autem sunt, cærenum, cyminum, semen fœniculi, anisum ægyptium. Sat erit autem totidẽ heminas salis adijcere, quot sunt modij oliuarum, & oleum superfundere, ne exaresc at. Idq; fieri debebit, quotiescunq; uidebitur assiccari. Nec dubiũ est, quin optimi saporis sit, quæ ex oliua posita facta est. Cæterum supra duos menses sapor eius non permanet integer. Videntur autem alia genera huic rei magis esse idonea, sicut liciniæ, & culmineæ. Veruntamen habetur præcipua in hos usus olea calabriæ, quam quidam propter similitudinem oleastellum uocant.

Oleum quemadmodum fiat. Cap. L.

MEDIA est olituras plerunq; initium mensis Decembris. Nam & ante hoc tempus acerbum oleum conficitur, quod uocatur æstiuum, & circa hunc mensem uiride premitur, deinde postea maturum. Sed acerbum oleum facere patrisfamilias rationibus non conducit, quoniã exiguum fluit, nisi bacæ tempestatibus in terrã decidit, & necesse est eã sublegere, ne à domesticis pecudibus, feriue consumatur. Viridis autem notæ conficere uel maxime expedit, cum & satis fluit, & pretio penè duplicat domini reditum. Sed si uasta sunt oliueta. necesse est, ut aliqua pars eorum maturo fructui reseruetur. Locus autem in quo confici oleum debeat, etiã descriptus est priore uolumine. Pauca tamen ad rẽ pertinentia commemoranda sunt, quæ prius omiserã. Tabulatum, quo feratur olea, necessarium est, quãuis præceptum habeamus. ut uniuscuiusq; diei fructus molis, & prælo statim subijciatur. Verũtamen quia interdum immodica multitudo bacæ torcularium uincit laborem (si labor est) esse oportet pensile horreum, quo imponantur fructus, idq; tabulatum simile esse debet granario, & habere lacusculos tam multos, q̃ postulabit modus oliuæ, ut separetur, & seorsum reponatur uniuscuiusq; diei coactura. Horum lacusculorum solum lapide, uel tegulis oportet consterni, & ita declive fieri, ut celeriter omnis humor per

canales, aut fistulas defluat. nam est inimicissima oleo amurca, quae si remansit in bacis saporẽ olei corrũpit. Itaq; cum lacus, quemadmodũ diximus, extruxeris, asseres ulos inter se distantes semipedalibus spatijs supra solũ ponito, & cannas diligenter spisse textas injecto, ita ut neque bacam transmittere queant, & oliuae pondus possint sustinere. Iuxta omnes autem lacusculos, ea parte, qua defluet amurca, sub ipsis fistulis in modum fistularum concauũ pauimentum, uel cauũ lapidẽ esse oportebit, in quo cõsistat, & unde exhauriri possit quicquid defluxerit. Praeterea lacus, uel dolia praeparata sub tecto habere oportebit, quae seorsum recipiant sui cuiusq; generis amurcã, siue quae syncera fluxerit, siue etiam quae salem receperit, nam utraq; usibus plurimis idonea est. Oleo autem conficiendo molae utiliores sunt, q̃ trapetũ, trapetũ, q̃ canalis, & solea. Molae q̃ facillimam patiuntur administrationem. quoniã pro magnitudine bacarum uel submicti, uel etiam eleuari possunt, ne nucleus, qui saporẽ olei uitiat, confringatur. Rursus trapetum plus operis, faciliusq; q̃ solea, & canalis efficit. Est & organũ erectae tibiae simile, qđ tudicula uocatur. idq; non incommode opus efficit, nisi q̃ frequenter uitiatur, & si bacae plusculum ingesseris, impeditur. Pro conditione tamen, & regionum consuetudine praedictae machinae exercentur. sed est optima molarũ, tum etiam trapeti. Haec ante q̃ de oleo conficiendo dissererem, praefari necesse habui. Nũc ad ipsam rem uertendum est, quanq̃ multa omissa sint, quae sicut ante uindemiam, sic ante olivitatem praeparanda sunt tanq̃ lignorum copia, quae multo ante apportanda est, ne cum res desyderauerit, operae auocentur. Tum scalae, corbulae, decem modiae, trimodiae satoriae, quibus districta bacae suscipitur, fisci, funes cannabini, & spartei, conchae ferreae, quibus depletur oleum, operacula, quibus uasa olearia contegiuntur, spongiae maiores, & minores, urcei, quibus oleum progeritur, canneae tegetes, quibus oliua excipitur, & siqua sunt alia, quae nunc memoriam meam refugiunt. Haec omnia, & multo plura esse debent, quoniam in usu depereunt, et pauciora fiunt, quorum siquid suo tempore defuerit, opus intermittitur. Sed iam qđ pollicitus sum exequar. Cum primum bacae uariare coeperint, & iam quaedã nigrae fuerint, plures tamen albae sereno coelo manibus distringi oliuam oportebit, & substratis tegetibus, aut cannis cribrari, & purgari. Tum diligenter mundatam protinus in torcular deferri, & integram in fiscinis nouis includi, praelúq; subijci, ut quantum possit paulisper exprimatur. Postea resolutis corticulis emoliri debebunt, adiectis binis sextarijs integri salis in singulos modios. Et aut regulis, si consuetudo erit regionis, aut certe nouis fiscinis sampsae exprimi. Quod deinde primum defluxerit in rotũdum labrum (nam

nam id melius est, quàm plumbeum quadratum, uel structile gemellar) protinus capulator depleat, & in fictilia labra huic usui praeparata defundat. Sint autem in cella olearia tres labrorum ordines, ut unus primae notae, ideſt primae pressurae oleum recipiat, alter secundae, tertius tertiae. Nam plurimum refert non miscere iterationem, multóq; minus tertiationem cum prima pressura, quoniam longe melioris saporis est, quod minore ui praeli, quasi lixiuium defluxerit. cum deinde paululum in labris primis consiterit oleum, eliquare id capulator in secunda labra debebit, & deinde in sequentia usq; ad ultima. nam quanto saepius translatione ipsa uentilatur, & quasi exercetur, tanto fit liquidius, & amurca liberatur. Sat erit autem in singulis ordinibus tricena componi labra, nisi uasta fuerint oliueta, & maiorem numerum desyderauerint. Quod si frigoribus oleum cum amurca congelabitur, plusculo sale cocto utiq; utendum erit. ea res resoluit oleum, & separat ab omni uitio. Neq; uerendum est, ne salsum fiat. nam quantumcunq; adieceris salis, nihilominus saporem non recipit oleum. Solet autem ne sic quidem resolui, cum maiora frigora incesserunt, itaque nitrum torretur, & contritum inspergatur, & commiscetur. ea res eliquat amurcam. Quidam, quamuis diligentes olearij bacam integram praelo non subijciunt, quod existimant aliquid olei deperire. nam cum praeli pondus accepit, non sola exprimitur amurca, sed & aliquid secum pinguitudinis attrahit. Illud autem in totum praecipiendum habeo, ut neque fumus, neq; fuligo quandiu uiride oleum cõficiatur, in torcular admittatur, aut in cellam oleariam. nam est utraque res inimica huic rei. peritissimúq; olearij uix patiuntur ad unam lucernam opus fieri. Quapropter ad eum statum coeli & torcular, & cella olearia constituenda est, qui maxime à frigidis uentis auersus est, quoniam minume uapor ignis desyderatur. Dolia autem, & seriae, in quibus oleum reponitur, non tantum eo tempore curanda sunt, cum fructus necessitas cogit, sed ubi fuerint à mercatore uacuata, confestim uillicus debet adhibere curam, ut si quae faeces, aut amurcae in fundis uasorũ subsederint, statim emundentur, & non calidissima lixiuia, ne uasa aeram remittant, sed semel, atq; iterum eluentur, deinde aqua tepida leuiter manibus defricentur, & saepius eluantur, atq; ita spongia omnis humor assiccetur. Sunt qui cretam figulare in modum liquidae faecis aqua resoluant, & cum uasa lauerint, hoc quasi iure intrinsecus oblinant, & patiantur arescere. Postea cum res exigit, pura eluunt aqua, nonnulli prius amurca, deinde aqua uasa perluunt, & assiccant, tum consyderant nunquid aeram nouam dolia desyderent. nam ferè sexta quaq; oliuitate aerari oportere anti-

qui dixerunt, quod fieri posse non intelligo. Nam quemadmodum noua uasa si calefiant, liquidam ceram facile recipiant, sic uetera nō crediderim propter olei sucum, ceraturam pati. Quā tamen & ipsam ceraturam nostrorum temporum agricolæ repudiauerunt, existimauerunt'q; satius esse noua dolia liquida gummi perluere, siccatq; suffumigare alba cera, ne pallorem capiant. Eam'q; suffitionem semper faciendam iudicant quotiescunque uel noua, uel uetera uasa curantur, & oleo nouo præparantur. Multi cum semel noua dolia, uel seriam crassā gūmi liuerunt, una in perpetuū gummitione contenti sunt. Et sanè quæ semel oleum testa combibit, alteram gummitionem non recipit. Respuit enim olei pinguitudo talem materiam, qualis est gummis. Post mensem Decembrem circa Calendas Ianuarias eadem ratione, qua superius, distringenda erit olea, & statim exprimenda. nam si reposita in tabulatum fuerit, celeriter concalescet, quoniam hyemalibus pluuijs amurcæ plus concipit, quæ est contraria huic rei. Cauendum est itaq; ne ex ea fiat oleum cibariū. quod uno modo uitari poterit, si protinus illata de agro bacā commolita, & expressa erit, quæ sic administrata fuerit, ut supra diximus. Plerique agricolarum crediderunt, si sub tecto bacā deponatur. oleum in tabulato crescere, qđ tam falsum est, quàm in area frumenta crescere. idq; mendacium uetus ille Porcius Cato sic refellit. Ait enim in tabulato corrugari oliuam, minorem'q; fieri. Propter quod cū facti unius mensurā rusticus sub tecto reposuerit, & post multos dies eam molere uoluerit, oblitus prioris mensuræ quam intulerat. ex alio aceruo similiter sepositō quātum cuiq; mensuræ deficit supplet. Eo'q; facto uidetur plus olei quieta, quàm recēs bacā reddere, cum longe plures modios acceperit. Attamen si id maxime uerum esset, nihilo minus ex pretio uiridis olei plusquam multitudine mali contrahitur. quod & Cato dixit. Et sic quidem quicquid ponderis, aut mensuræ oleo accedit, si portionem uelis in factum adiectæ bacæ computare, non prouentum, sed detrimentum senties. Quapropter dubitare non debemus lectam oliuam, primo quoque tempore commolere, præloq; subijcere. Nec ignoro etiam cibarium oleum esse faciendum. Nam ubi exesa uermiculis oliua decidit. uel tempestatibus, et pluuijs in lutum defluxit, ad præsidium aquæ calidæ decurritur, aheneum'q; calefieri debet, ut immundæ bacæ eluantur. Sed id non feruentissima fieri oportet. uerum modicè calida, quo commodior gustus olei fiat, nam si excoctus est, etiam uermiculorum, cæterarum'q; immunditiarum saporem trahit. Sed cum fuerit oliua elota, reliqua, sicut supra præcepimus, fieri debebunt. Fiscis autem non ijsdem improbum & cibarium oleum premi oportebit. Nam ueteres ad caducam oliuam,

nouī

nouī autem ordinario aptari oleo, semper'q; cum expresserint facta, statim feruentissima debent aqua bis, aut ter elui. deinde si sit profluens, impositis lapidibus, ut pondere pressi detineantur immergi. uel si nec flumen est, in lacu, aut piscina quampurissimæ aquæ macerari, & postea uirgis uerberari, ut sordes, fecēs'q; decidant, & iterum elui, siccariq;.

De oleo gleucino. Cap. LI.

QVAMVIS non erat huius temporis olei gleucini compositio, tamen huic parti uoluminis reseruata est, ne parum opportune uini cōditionibus interponeretur. hac autem ratione cōfici debet. Vas oleariū quammaximum, & aut nouum, aut certe bene solidum præparari oportet. deinde per uindemiam musti quamoptimi generis, & q̄ recētissimi sextarios sexaginta cum olei pondo octoginta in id cōfundi. tū aromata non cribrata, sed ne minute quidem contusa, uerum leuiter cōfracta in reticulum iuncēum, aut lineum adiici, & ita cum saxi pondusculo in olei, atq; musti partem demitti. Sint autem ijs portionibus pē sata, quas infrā subijcimus. calami, schœni, cardamomi, xilobalsami, cortices de palma fœni græci uetere uino macerati, & postea siccati, atq; etiam torrefacti, iunci radices, tum etiam iridis græcæ, nec minus anisi ægyptij pari pondere, ideſt uniuscuiusq; libram, & quadrantem, ut supra diximus, reticulo inclusa demittito, & metretam linito. post septimum diē, aut nonum p se metretæ siquid fecis, aut spurcitiæ faucibus inhærebit, manu eximito, & detergito. deinde oleum eliquato, nouisq; uasis recondito, mox reticulum eximito, & aromata in pila quā mundissime contundito, tritaq; in eandem metretam reponito, & tantundē olei quantum prius infundito, & obthurato, in sole ponito. Post septimum diem oleum depleto, & quod reliquum est musti picato cādo recondito. nam id si non exhauseris medicamentum, dabitur potatum imbecillis bubus, & cætero pecori.

Oleum ad unguenta quemadmodum facias. Cap. LII.

OLEVM autem secundarium non insuauis, odoris quotidianā unctionem præbere poterit dolore neruorum laborantibus. ante quàm oliua nigrescat, cum primum decolorari cœperit, nec tamen adhuc uaria fuerit, maxime liciniam, si erit, si minus, regiam, si nec hæc fuerit, tunc culminiam bacam manu stringito, & statim purgatam prælo integram subijcito, & amurcam exprimito. deinde suspensa mola oliuā frangito, eam'q; uel in regulas, uel in nouo fisco adijcito, subiectāq; prælo sic premito, ne uasa intorqueas, sed tantum ipsius præli pondere

quantulumcunq; exprimi patiaris. deinde cum sic fluxerit protinus ca pulator amurcæ separare, & diligenter seorsum in noua labra transferat. eius q; eliquet reliquum olei. quod postea fuerit expressum, poterit ad escam uel cum alia nota mistum, uel per se approbari.

De salsura suillæ carnis. Cap. LIII.

HACTENVS de oleo abunde diximus, nunc ad minora reamus. omne pecus, & præcipue suem pridie quàm occidatur, potione prohiberi oportet, quo sit caro siccior. nam si biberit, plus humoris salsura habebit. ergo sitientem cum occideris, bene exossato. nam ea res minus uitiosam, & magis durabilem salsuram facit. deinde cum exossaueris, cocto sale, nec nimium minuto, sed suspensa mola infracto diligenter salito, & maxime in eas partes, quibus ossa relicta sunt, largiũ salem infarcito, compositisq; supra tabulatum tergoribus, aut frustis uasta pondera imponito, ut exanietur. Tertio die pondera removeto, & manibus diligenter salsuram fricato, eamq; cum uoles reponere, minuto, & trito sale aspergito, atque ita reponito. nec desieris eius quotidie salsuram fricare, donec matura sit. quod si serenitas fuerit iis diebus, quibus perfricatur caro, patieris eam sale conspersam esse nouem diebus. at si nubilum, aut pluuiæ, undecima, uel duodecima die ad lacum salsuram deferri oportebit, & salem prius excuti, deinde aqua dulci diligenter perlui. necubi sal inhæreat, & paululum assiccatam in carnario suspendi, quo modicus fumus perueniat, qui si quid humoris adhuc continetur, siccare eum possit. Hæc salsura Luna decrescente maxime per brumam, sed etiam mense Februario ante Idus cõmode fiet. Est & alia salsura, quæ etiam locis calidis omni tempore anni potest usurpari, quæ talis est. Cum ab aqua pridie sues prohibiti sunt, postero die mactantur, & uel aqua candente, uel ex tenuibus lignis flammula facta glabrantur (nã utroq; modo pili detrahũtur) caro in libraria frusta conciditur. deinde in seriã substernitur sal coctum, sed modice (ut supra diximus) infractum deinde offulæ carnis spisse componuntur, & alternis sal ingeritur. sed cum ad fauces seriæ puetum est, sale reliqua pars repletur, & impositis põderibus in uas cõprimitur. eaq; caro semp conseruatur, et tanq; salsamentũ in muria sua pmanet.

Rapa, & napos quemadmodum condias. Cap. LIIII.

RAPORVM quam rotundissima sumito, eaq; si sunt lutosa, detergito, & summam cutem nouacula decerpito. deinde (sicut consueuerũt Salgamarij) decussatim ferramẽto lunato incidito. Sed cauto, ne usq; ad imum præcidas rapum. Tum salem inter incisuras raporũ non

nimium minutum aspergito, & rapa in alueo, aut seria componito, et sale plusculo aspersa triduo sinito, dum exudent. post tertiam diem medium fibram rapi gustato, si receperit salem. Deinde cum uidebitur satis recepisse, exemptis omnibus, singula suo sibi iure eluito. uel si non multum liquoris fuerit, muriam duram adijcito, & ita eluito. & pomistea in quadratam cistam uimineã, quæ neq; spisse, solide tamen, et crassis uiminibus contexta sit, rapa componito. deinde sic aptatam tabulam superponito, ut usq; ad fundum, si res exigat, intra cistam deprimi possit. Cum autem eam tabulam sic aptaueris. grauia pondera superponito, & sinito nocte tota, & uno die siccari. Tum in dolio picato fictili, uel in uitreo componito, & sic infundito sinapi, & aceto, ut à iugere contegantur. Napi quoq; sed integri. si minuti sunt, maiores autem insecti, eodem iure, quo rapa condiri possunt. sed curandũ est, ut hæc utraq; ante q̃ cæpulem, aut cymam faciant, dum sunt tenera, componantur. Napos minutos integros, aut rursus amplos in tres, aut quatuor partes diuisos in uas conijcito, & aceto infundito, salis quoq; cocti unum sextarium in congiũ aceti adijcito. post trigesimũ diem uti poteris.

Sinapim quemadmodum facias. Cap. LV.

SEMEN sinapis diligenter purgato, & cribrato. deinde aqua frigida eluito, & cum fuerit bene lotum, duabus horis in aqua sinito. postea tollito, et manibus expressum in mortariũ nouũ, aut bene emundatum conijcito, & pistillis conterito, cũ contritum fuerit, totam intritã ad medium mortarium conferito, & cõprimito manu plana. deinde cum compresseris, sacrificato, et impositis paucis carbonibus uiuis aquã nitratam suffundito, ut omnem amaritudinem eius, & pallorem exaniet. deinde statim mortarium erigito, ut omnis humor eliquetur. Post hoc albũ acre acetum adijcito, & pistillo permisceto, colatoq;. Hoc ius ad rapa condiẽda optime facit. Cæterũ si uelis ad usum conuiuiorũ præparare, cum exaniueris sinapi, nucleos pineos quãrecentissimos, & amylum adijcito, diligenterq; conterito infuso aceto. Cætera, ut supra dixi, facito. Hoc sinapi ad embammata non solum idoneo, sed etiam speciosò uteris. nam est candoris eximij, si sit curiosè factum.

Oleris atri, & siseris radicem quemadmodũ condias. Cap. LVI.

PRIVS QVAM olus atrum coliculum agat, radicem eius exerito mense Ianuario, uel etiam Februario, & diligenter defricato, neqd terreni habeat, et in aceto, & sale componito. deinde post diem trigesimum eximito, & corticem eius delibratum abijcito. Cæterum medullam eius concisam in fideliam uitream, uel nouam fictilem conijci-

to, & adijcito ius, quod sicut infrascriptum est fieri debebit. Sumito mentam, & uuam passam, & exiguam cepam aridam, eamq; cum torrido farre, & exiguo melle subterito. quæ cum fuerit bene trita, sapæ, uel defruti duas partes, & aceti unam permisceto. atque ita in eãdem fideliam confundito, eamq; operculo contectam pelliculato. cum deinde uti uoles, cum suo iure concisas radiculas promito, & oleum adijcito. hoc ipso tempore si feris radicem poteris eadem ratione, qua supra condire. sed cum exegerit usus eximes de fidelia, & oxymelli, cum exiguo oleo superfunde.

Moretum oxyporum, uel ut alij, oxygarum quemadmodum componas. Cap. LVII.

ADITO in mortarium satureiam, mentam, rutam, coriandrum, apium, porrum sectiuum, aut si non erit, uiridem cepam, folia lactucæ, folia erucæ, thymum uiride, uel nepetam, tum etiam uiride puleium, & caseum recentem, & salsum. ea omnia pariter conterito, acetiq; piperati exiguum permisceto. Hanc misturã cum in catillo cum posueris, oleum superfundito. Cum uiridia, quæ supra dicta sunt, contriueris, nuces iuglandes purgatas quantum satis uidebitur, inserito, acetiq; piperati exiguum permisceto, & oleum infundito. Sesamum leuiter torrefactum cum ijs uiridibus, quæ supra dicta sunt, conterito. Item aceti piperati exiguum permisceto, cui supra oleum superfundito. Caseũ gallicum. uel cuiuscunq; notæ uolueris minutatim concidito, & conterito, nucleosq; pineos, si eorũ copia fuerit, si minus, nuces auellanas torrefactas adempta cute, uel amygdalas æque supra condimenta pariter misceto, acetiq; piperati exiguum adijcito, & ꝑmisceto, compositumq; oleo superfundito. Si condimenta uiridia non erunt, puleium aridum, uel thymum, uel origanum, aut aridam satureiam cum caseo conterito, acetumq; piperatum, & oleum adijcito. Possunt tamen hæc arida, si reliquorum non sit potestas, etiam singula caseo misceri. Piperis albi si sit, si minus, nigri unciæ tres, apij seminis unciæ duæ, laseris radicis quod σίλφιον græci uocant, sescunciam, casei sextantem. Hæc contusa & cribrata melli permisceto, & in olla noua seruato. deinde cum exegerit usus, quantulumcunque ex eo uidebitur aceto, & garo diluito. Ligustici unciam, passæ uuæ detractis uinaceis sextantem, piperis albi, uel nigri quadrantem. Hæc, si maiorem impensam uitabis, possunt melli admisceri, & ita seruari. at si pretiosius oxyporũ facere uoles, hæc eadem cum superiore compositione miscebis, & ita in usum repones. quod si etiam cum laser non habueris pro silphio, mellis adijcies pondo semunciam.

CLAVsulam peracti operis mei Publi Siluine nõ alienum puto indicem lecturis, si modo fuerint, qui dignentur ista cognoscere. nihil dubitasse me penè infinita esse, quæ potuerint huic inseri materiæ, uerum ea, quæ maxime uidebantur necessaria, memoriæ tradenda censuisse. nec tamen canis natura dedit cunctarum rerum prudentiam. nam etiam quicunq; sunt habiti mortalium sapientissimi, multa scisse dicuntur, non omnia.

LVCII IVN. MOD. COLVMELLAE LIBER de arboribus. Qui cum tertius eius de re rustica librorum haberetur, tum ex ipsius Columellæ uerbis, tum alijs argumentis, temere in alienum locum irrupisse deprehensus est, neq; inter illos annumerandus.

De uitiario faciendo. Cap. I.

QVONIAM de cultu agrorum abunde primo uolumine præcepisse uidemur, non intempestiua erit arborum, uirgultorumq; cura, quæ uel maxima pars habetur rei rusticæ. Placet igitur, sicuti Virgilio, nobis quoq; duo esse genera surculorum, quorum alterum sua sponte gignitur, alterum cura mortalium procedit. Illud, quod non ope humana prouenit, materiæ est magis aptum, hoc, cui labor adhibetur, idoneum fructibus. unum hoc itaq; præcipuum est, atq; id ipsum genus tripartito diuiditur: nam ex surculo uel arbor procedit, ut olea ficus, uel frutex, ut rosæ arundines, uel tertium quiddã, quod neq; arborem, neq; fruticem proprie dixerimus, sicuti est uitis. Arborũ, et fruticum docebimus cultum, si prius de uitibus præceperimus. Qui uineã uel arbustum constituere uolet, seminaria prius facere debebit, sic enim sciet cuius generis uitem positurus sit. nã quæ pretio parata disponitur, certam generositatis fidẽ non habet, quoniam dubium est, an is, qui uẽdidit, legendis seminibus adhibuerit diligentiã. tum etiam quod ex lõginquo petitur, parum familiariter nostro solo uenit, propter quod difficilius cõualescit alienum exteræ regionis. Optimum est itaq; eodem agro, quo uitem dispositurus es, uel certe uicino facere seminarium. idq; multum refert loci natura. Nam si colles uineis, uel arbustis occupaturus es, prouidendum est, ut

ut siccissimo loco fiat seminarium, & iam quasi ab incunabilis uitis exiguo assuescat humori. aliter cum transtuleris de humido in aridũ locum, uiduata pristino alimento deficiet. at si campestres, & uliginosos agros possidebis, proderit quoq; seminarium simili loco facere, et uitem largo consuescere humori. nãq; exilis, cum in aquosum agrũ trãsfertur, utcũq; putrescit. ipsum autem agrum, quẽ seminario destinaueris planũ & succosum, sat erit bipalio uertere. qđ uocant rustici sex tertium, ea repastinatio altitudinis habet plus sesquipede, minus tamen quàm duos pedes eiusmodi bipalio. Iugerum agri uertitur opis quinquaginta. Collẽ autem, & cliuum modum iugeri continentem, si ne minus duobus pedibus alte repastinabis operis sexaginta. uel si eodẽ loco, quo uineam ordinaturus es facere uoles seminarium, tribus pedibus alte repastinabis iugerum operis octoginta. ita tamen si neq; lapis, neq; tophus, aut alia materia difficilior interuenerit. quæres quot operas absumat, parum certum est. Nos autem de terreno loquimur.

Qualia semina, & quando legas. Cap. II.

PERACTA repastinatione, mense Februario, uel prima parte Martij semina legito. sunt autem optima, quæ de uitibus notatis leguntur. Nã cui cordi est bona seminaria facere, circa uindemiã uites, quæ & magnũ, & incorruptum fructum ad maturitatem perduxerint, rubricæ cũ aceto (ne pluuijs abluatur) mipsta denotat, nec hoc uno tãtummodo anno facit, sed continuis tribus, uel pluribus uindemijs easdẽ uites inspicat. an perseuerent esse fœcundæ. sic enim manifestum est generositate uitium, non anni ubertate fructum prouenire. Si compluribus uindemijs eundem tenorẽ seruarint ex eiusmodi uitibus lecta semina multum, bonumq; uinum præbebunt. nanq; qualiscunq; generis uuæ, quæ incorruptæ ad maturitatẽ proueniunt, longe melioris saporis uinũ faciũt, quàm quæ præripiuntur æstu, aut alia de causa.

Quemadmodum semina eligas, & de habitu terræ. Cap. III.

SEMINA autem eligito grandi acino, tenui folliculo, paucis, minutisq; uinaceis, dulci sapore. Optima habẽtur à lumbis. secunda ab humeris. tertia summa in uite lecta, quæ celerrime comprehendunt, & sunt feraciora, sed & quam celerrime senescunt. Pampinaria sarmenta deponi non placet. quia sterilia sunt. Locis pinguibus, & planis, & humidis præcoques uites serito rari acinis, breuibus nodis imbecillas. nam tali generi uitium eiusmodi ager aptus est. Locis aridis, & maeris, & siccis uitem sere natura feracem, & ualidam, crebrisq; acinis, quod si pingui agro ualidas uites deposueris, pampinis magis eluxu-

riabuntur, & qualemcunq; fructum tulerint, ad maturitatem non perducent. Rursus imbecillæ exili agro celeriter deficient, exiguumq; fructum dabunt. Vnumquodq; genus uitium separatim serito. ita suo quodque tempore putabis, & uindemiabis. Semina nouella cum uetere sarmento depositæ cito comprehendunt, & ualenter crescunt, sed celeriter senescunt. at quæ uetere sarmento panguntur, tardius conualescunt, sed tardius deficiunt. semina quam recentissima terræ mandare conuenit. Si tamen mora interuenerit, quo minus statim serantur, quam diligentissime obrui tota oportet eo loco, unde neq; pluuias, neque uentos sentire possint. plãtaria facito ab exoriente, & à decima Luna, & à uigesima. Hæc melior est uitibus satio. sed cum seris, frigidos uentos uitato. Malleolum sic deponito. uirgam malleolarẽ non amplius, quàm sex gemmarũ esse conuenit, ita tamen sunt, si breuia internodia habẽt. eius imã partem, quam in terrã demissurus es, acutissima falce iuxta nodum, sic ne gemmam lædas, rotunda plaga amputato, & statim fimo bubulo linito. tum in terram bene pastinatam, & stercoratam rectum sarmentum defigito, ita ne minus quatuor gẽmæ abscondantur. Pedale quoquouersus spatiũ sat erit inter semina relinqui. cum comprehenderint, identidem pampinentur, ne plura sarmenta quàm debent, enutriant. Item q̃ sæpissime fodiantur. ferro ne tangantur. Vigesimo & quarto mense resecentur. post trigesimum, & sextum mensem transferantur. In agro requieto uineã ponito. nam ubi uinea fuerit, quod citius decimo anno seueris. ægrius comprehendet, nec unq̃ roborabitur. Agrũ ante quàm uineis obseras, explorato, qualis saporis sit, talem enim etiã gustus uini præbebit. Sapor autem (sicuti primo docuimus uolumine) comprehendetur, si terrã aqua diluas, & cum colaueris, tum demum aquã degustes. aptissima uitibus terra est arenosa. sub qua consistit dulcis humor. probus consimilis ager cui subest tophus. Aeque utilis congesta, & mota terra. Sabulum quoq;, cui subest dulcis argilla, uitibus conuenit. omnis autẽ qui per æstatem finditur ager, uitibus, arboribusq; inutilis. terra inferior alit uitẽ, & arborem superior custodit. Saxa summa parte terræ, & uites, & arbores lædunt, ima parte refrigerant. et mediocri raritudine optima est uitibus terra. sed ea, quæ transmittit imbres, aut rursus in summo diu retinet, uitanda est. Vtilissima est autem superior modicæ raræ, circa radices densa. Montibus, cliuisq; difficulter uineæ conualescunt, sed firmum, probũq; saporem uini præbent. Humidis, & planis locis rubustissimæ, sed infirmi saporis uinum, nec perenne faciunt. Et quoniam de seminibus, atque habitu soli præcepimus, nunc de genere uinearum disputabimus.

De generibus uinearum. Cap. IIII.

VITES maxime gaudent arboribus, quia naturaliter in sublime procedunt, tum & materias ampliores creant, & fructum æqualiter percoquunt. Hoc genus uitium arbustiuum uocamus, de quo pluribus suo loco dicemus. Vinearũ autem ferè genera in usu tria sunt, iugata, humi proiecta, & deinde tertia, quæ est à terra subrecta, more arborum in se consistens. Id genus comparatum iugatæ quadam parte deficitur, quadam superat. Iugata plus aeris recipit, & altius fructum fert, & æqualius concoquit, sed difficilior est eius cultus. At hæc ita constituta est, ut etiam arari possit, eoq; ubertatem maiorem consequitur, quod sæpius, & minore impensa excolitur. At quæ protinus in terram proiecta est, nullum sed non bonæ notæ uinum facit. Vinea optime repastinato agro reponitur. Nonnunquam tamen uel melius quibusdam locis, sulcis committitur. Interdum etiam scrobibus deponitur, sed, ut dixi, repastinabitur iugerum in altitudinem pedum trium operis octogenta. Sulcum autem terrenum pedum duorum altum, & longum septuagenta, una opera effodit. Scrobes ternarios, ideſt quoquouersus pedum trium una opera facit. XVIII. Vel sicui cordi est laxius uites ponere, scrobes quaternarios, ideſt quoquouersus pedum quaternum una opera. XII. facit. Vel bipedaneos quoquouersus una opera. XX. effodit. Curandum autem est, ut locis aridis, & cliuosis altius uites deponantur, quàm si humidis, & planis. Item si scrobibus, aut sulcis uineam posituri erimus, optimum erit, ante annum scrobes, uel sulcos facere. Vinea, quæ angustissime conseritur, quoquouersus quinq; pedum spatio interposito ponitur, laxius uero inter pedes. VII. uel. VIII. Sed quæ rarissime (ut etiam facile arari possit) inter denos pedes constituitur. Hæc positio uinearum modum sine dubio agri maiorem occupat, sed ualentissima, & fructuosissima est. Cum semina depones imum scrobem, uel sulcum bidentibus fodito, mollemq; reddito. Vitem, quam ponis, fac ut ad orientem spectet adminiculo religata. In imo scrobe lapides circa pondo quinq; ita ponito, ne uitem premant, sed tamẽ iuxta radices sint. Præterea post hæc uineaceæ heminã uuæ albæ in nigra, uuæ nigræ in alba ponito, atq; ita scrobem, uel sulcum cum stercorata terra ad medium completo. Triennio deinde proximo paulatim scrobem, uel sulcum usq; in summum completo, sic uites consuescent radices deorsum agere. Spatium autem radicibus, qua repãt, lapides præbent, & hyeme aquã repellunt, æstate humorẽ præbẽt uineaceæ, quæ & radices agere cogunt. Quoniã præcepimus quemadmodum uites ponendæ sint, nunc culturam earum docebimus.

Quemadmodum

Quemadmodum uites cœli debeant. Cap. V.

VINEAM nouellam omnes gemmas agere sinito, simul atque pampinus instar quatuor digitorum erit, tum demum pampinato, et duas materias relinquito, alteram, quam uitis constituendæ causa submittas, alteram subsidio habeas, si forte illa ordinaria interierit. hanc rustici custodem uocant. proximo deinde anno, cum putabis uitem, meliorem unam uirgam relinquito. tertio anno uitem, in quam formam uoles, dum tenera est, componito. Si iugatam erimus facturi, unam materiam submittito, ita ut duas gemmas, quæ sunt proximæ à terra, fal cæ acutæ radas, ne possint germinare, deinde tres sequentes relinquas, reliquam partem uirgæ amputes. Sin autem uitem in se consistere uoles, sicuti arbori brachia submitti patieris, & dabis operam, ut in orbem quam rectissime formetur. Nam præterq; quod speciem habet sic compositæ, tum etiam minus laborat, cum undiq; uelut æquilibrio stabilita in se requieſcit. Sat erit autem, cum primo brachia submittentur, singulas gẽmas singulis sarmentis relinqui; ne protinus onere grauetur. Post hanc putationem lectis sarmentis, bidentibus alte, & æqualiter uineam fodito uel, si ita late dispositæ erit, arato. Ab idibus Octobris ablaqueare incipito, ante brumam ablaqueatam habeto. Per brumam uitem ne colito, nisi si uoles eas radices, quæ in ablaqueatione apparebunt, persequi. tum demũ optime amputabis, sed ita ne cordicem ledas, sed potius instar digiti unius à matre relinquas, & ita radicem reseces. Nam quæ propius abraditur, præterquam quod uulnus uiti præbet, eoq; nocet, tum etiam de ipsa cicatrice plures radices prorepunt. Itaq; optimum est exiguã partem relinqui, atq; ita summas partes, quas æstiuas rustici appellant, resecare, quæ sic resectæ inoleſcunt. nec ultra uitibus obsunt. Possunt etiam soboles per brumam cædi eo magis qđ frigoribus extirpatæ minus recreantur. Peracta ablaqueatione ante brumam tertio quoq; anno macerati stercoris, ne minus sextarijs binis ad radices uitium posuisse conuenict, præterquam columbinum, quo si quid amplius, q̃ heminam posueris, uiti nocebit. Post brumam deinde ablaqueationem circũfodito. Ante æquinoctium uernũ, quod est octauo Calend. Aprilis, ablaqueationem adæquato. Post Idus Aprilis terram ad uitem aggerato, æstate deinde q̃ potes sæpiſſime occato. Iugerum uineæ quinque operis ablaqueatur, quinq; foditur, tribus occatur. Iugerum ualentis, & iam constitutæ uineæ quatuor operis putatur, sex alligatur. Arbusto nihil eiusmodi potest apte finiri, quoniã inæqualitas arborum non patitur operis iusta comprehendi. Quibusdam placet uitem proximo anno translatam nõ putare, sequenti de-

inde anno purgare, & unam uirgam, quam submittamus, ad tertiam gemmam resecare. tertio deinde, si uitis recte conualuerit, una plus gẽma summittere. quarto duas gemmas proximæ putationi adijcere, atq; ita quinto demum anno uitem iugare, Hunc eundem ordinem culturæ nos quoque experti comprobauimus.

De resecanda uinea uetere, & propaganda. Cap. VI.

VETEREM uineam si in summo radices habebit, resecare nolito. alioquin etiam nouella uinea, quæ ex resectione enata fuerit, uim inutilem habebit, summa parte terræ natantibus radicibus, quamobrẽ neq; fructum uberem percipies, & nihilo minus cœleriter cõseneſcet. Eiusmodi itaq; uinea, si non aridos in corpore habet truncos, & flecti potest, factis sulcis optime sternitur, atq; ita renouellatur. Sin autem eo usq; exaruit, ut curuari non possit, primo anno summatim, ita ne radices eruas, aut lædas, ablaqueato, & stercus ad radices addito, atque ita putato, ut paucas, & certas materias relinquas, & fodias diligenter, & sæpius pampines, ne omnino supernacua sarmenta nutriat. Sic exculta firmas, et longas materias creabit, quas sequẽti anno scrobibus inter ordines factis propagabis. ac deinde per triennĩ post dũ conualeſcet sæpius fodies, matremq; ipsam enecabis, nihil in posterũ prospicies ei, quam sublaturus es. In postremũ annum matrem radicitus tolles, atq; ita nouellã uineam ordinabis. Sin autem uetus uinea duntaxat generis boni radices in alto sitas habebit, ita ut ablaquetæ non conspicãtur, eam uineam circa Cal. Martias ante quàm reseces ablaqueato, & protinus cum alte ablaqueaueris, resecato. Quatuor digitos ab radicibus truncum relinquito, & si fieri poterit, iuxta aliquẽ nodum serrula desecato, & plagam acutissimo ferro deleuato, deinde minutam terram mediocriter stercoratam ita superponito, ut adobruto trunco ne minus tres digiti terræ super plagã sint. Hoc iccirco ne sole inaresçat, & ut melius materias det ex percepto humore, quẽ terra præbet. at quæ mali generis, et infructuosa uinea est, summasq; partes et mucidas, et exesas habet, si radices eius satis alte positæ sunt, optime inseretur, ita ut ablaqueata, & nudata pars ima secundum terram sic amputetur, ne cum aggerata fuerit, supra terram extet.

De propagatione. Cap. VII.

PROPAGATIONVM genera tria sunt in usu maxime. unum, quo uirga edita à matre sulco committitur. alterũ, quo ipsa mater prosternitur, atq; in plureis palos per suas uirgas diuiditur. Tertium, quo uitis scinditur in duas, uel tres partes, si diuersis ordinibus

diducenda est. Hoc genus tardissime conualescit, quia uitis diuisa medullam amittit. Et quoniã genera proposuimus, ununquodq; qualiter faciendũ sit, demonstremus. Virgam cum à matre in terrã deprimere uoles, scrobem quoquouersus quatuor pedum facito ita, ut propago nõ lædatur alterius radicibus. Deinde quatuor gemmas, quæ in imum scrobẽ perueniant, relinquito, ut ex ijs radices citentur. reliquam partẽ, quæ continẽs matri est, abradito, ne supernacua sarmenta procreet. Diuersæ autem, quæ supra terrã extare debent, ne passus fueris plus, quàm duas, aut ut maxime tres gemmas habere. Reliquas, quæ in terrã absconduntur, exceptis quatuor imis, fac abradas, ne in summo radices uitis citet. hoc modo propagata cœleriter conualeſcet, & tertio anno à matre separabitur. Sin autem ipsam uitem sternere uoles, iuxta radicẽ ita, ne ipsam lædas, curioſẽ fodito, & uitem ita supplantato, ne radicem abrũpas. cum eam straueris, & uideris quouſq; possit pertingere, sulcum facies unum, in quem uitem integrã demittas. deinde ex eo sulco, quasi ramos fossarum facies, per quos uti quæq; uirga postulauerit, propagetur, atq; ita terra adoperies. Sin autem uitis exiguam materiem habebit, & in diuersos ordines diducenda erit, neq; aliter potuerit palos, ad quos perducatur, pertingere, quàm ut diffluat, curabis, ut quamacutissima falce ab ea parte, qua bifurca est, findas, & eo dẽ ferro acuto plagam emendes, si cubi inæqualiter findi uidebitur. sic diducta poterit in plures ordines diuidi. Non inutilis est etiã illa propagatio, quam nos reperimus, si quando in ordinem uitis deest, neq; ẽtam procera uirga, quæ cum in imum scrobem demissa fuerit, retorqueri, & erigi supra terrã possit. Breuitatem ne reformidaueris, sed qualẽcunq; uirgam, cuius cacumen in imum scrobem peruenit, deprimito, & obruito. deinde gemmas, quæ secundum ipsam matrem sunt, submittito, ut materias à superiore parte citent. Tum demum post triẽnium à matre amputato, & ad suum palũ eam partem, quam à matre præcideris, reducito, et caput uitis facito. Propaginis scrobẽ ne minus triẽnio paulatim cõpleto. summas radices præcidito. crebro fodito.

De insitionibus fructuosis, quæ uites fœcundas faciunt. Cap. VIII.

CVM uitem inserere uoles, optimi generis sarmenta fructuariatum, cum gemmas agere incipient, uento austro à matre præcidito. Sarmentum, quod inseris, de summa uite sit rotundum, bonis, crebrisq; nodis. Tres deinde nodos interrimos relinquito infra tertiam gemmam ex utraque parte duorum digitorum spatium in modum cunei tenuissime scalpello acuto, ita ne medullam lædas, adradito. Vitem deinde, quam insiturus es, resecato, & plagam leuato, atq; ita findito, et pa-

ratos surculos in fissuram demittito, eatenus qua adrasi sunt, ita ut cortex surculi corticem uitis æqualiter contingat, quicquid inseruerus uiti diligenter libro ligato, atq; luto subacto paleato oblinito, operitoq; plagam & ita alligato, ne aqua, uentus ue penetrare possit. deinde supra lutum musco imponito, & ita deligato. ea res præbet humorem, nec inaresce re sinit infra insitionem, & alligaturam falcæ acuta leuiter uitem uulnerato ex utraq; parte, ut ex his potius plagis humor defluat, quàm ex insitione ipsa abundet. nocet enim nimius humor, nec patitur surculos insertos comprehendere. Quibusdam antiquorũ terebra uitem placet, atq; ita leuiter adrasos surculos demitti. Sed nos melio re ratione hoc idem facimus. nam antiqua terebra scobẽ facit, propter hoc urit eam partem, quam perforat. peruста autem perraro unquã comprehendit insertos surculos. Nos rursus terebrã, quam galliam dicimus, huic insitioni aptauimus. ea excauat, nec urit, quod non scobẽ, sed ramenta facit. Itaq; cauatũ foramẽ cũ purgauimus, undiq; adrasos surculos inserimus, atq; ita circumlinimus. Talis insitio facillime conualescit. Igitur secundum æquinoctium perfectam uitium insitionem habeto, humida loca, de uua alba, sicca, de nigra inserito. Infructuosas uites fœcundas sic facito. Vites, quæ exiguum dant fructum, aceto acri cũ cinere rigato, ipsumq; codicem eodem cinere linito. At siquæ fructum, quem ostendunt, ad maturitatem non perducunt, sed prius q̃ mitescant uuæ, inarescunt, hoc modo emendabuntur, cum scipiones amplitudinẽ acini habuerint, radicẽ tenus uitem præcidito, plagam acri aceto pariter, ac lotio ueteri permista terra linito, eodemq; radices rigato, sæpe fodito. Hæc materias citant, uuæq; sucum perferunt.

Vt una complura genera acinorum habeat. Cap. IX.

EST etiam genus insitionis, quod uuas tales creat, in quibus uarij generis, coloris q; reperiũtur acini. Hoc autem ratione tali efficitur. quatuor, uel quinq; sive etiam plures uoles, uirgas diuersi generis sumito, easq; diligenter, & æqualiter compositas colligato, deinde in tubulũ fictilem, uel cornu arcte inserito, ita ut aliquantum extene abutraque parte, easq; partes, quæ extabunt resoluito, in scrobem deinde imponito, & terra stercorata obruito, & rigato, donec gemmas agant. Cum inter se uirgæ cohæserint, post biennium, aut triennium facta, iam unitate dissolues tubulum, & circa medium ferè crus, ubi maxime uidebuntur coisse, uitem serra præcidito, & plagam leuato, terramq; minutam aggerato, ita ut tribus digitis alte plagam operiat, ex eo codice cum egerit coles, duos optimos submittito, reliquos deijcito, sic uuæ nascentur, quales proposuimus. Vt autem uuæ sine uinaceis nascantur,

scantur, malleolum scindito ita, ne gemmæ lædantur, medullamq; omnẽ eradito, tum demum in se compositum colligato, sic ne gemmas allidas, utq; ita terra stercorata deponito, & rigato. cum coles agere cœperit, sæpe, & alte refodito. Adulta uitis tales uuas sine uinaceis creabit.

Vindemiam quomodo putes. Cap. X.

VINDEMIA Facta statim putare incipito ferramentis quam optimis, & acutissimis, ita plagæ leues fient, neque in uite aqua consistere poterit, quæ simul atq; immorata est, corrumpit uitem, uermesq; & alia creat animalia, quæ materiam exedunt. plagis autem rotũdas facito, nam celerius cicatricem ducunt. Sarmenta lata, uetera, male nata, contorta, omnia hæc præcidito. nouella, & fructuaria, & interdum sobolem idoneam, si iam superficies parum ualebit, submittito, brachiaq; conseruato. quamcelerrime poteris putationem perficito. arida, & uetera, falcæ quæ amputari non possunt, acuta dolabra abradito. in agro macro, & sicco uineam imbecillam à bruma amputato. quam partem non deputaueris, circa Calen. Februa. repetito. ab idibus Decemb. ad idus Ianuarias ferro tangi uitem, & arborem non conuenit. Cũ uitem putabis, inter duas gemmas secato. nam si iuxta ipsam gemmam secueris, laborabit, nec materiã citabit. Cicatrix autem semper deorsum spectet, ita neque aqua, neque sole laborabit, humoremq; recte capiet. in agro crasso, ualidaq; uinea plures gemmas, & palmas relinquito, in exili pauciores. Sicubi in uite brachium desyderabis, falce acuta semel, aut bis eo loco alte instar digiti mucrone ferito. Brachium quamuis longum caue totum tollas, nisi totum aruerit. uineam nouellam ante brumam ablaqueatam habeto, ut omnes imbres, limũq; concipiat. Vites, arboresq;, quo citius ablaqueaueris, erunt ualentiores. Sed quæcunque in cliuis erunt positæ, ita ablaqueandæ sunt, ut à superiore parte secundum codicem lacusculi fiant, ab inferiore autem puluinuli altiores excitentur, quo plus aquæ, limoq; contineant. Vineæ uetus neque ablaqueanda est, ne radices, quas in summo habet, inarescant, neq; aranda, ne radices abrumpantur. Bidentibus sæpe, & alte fodito æqualiter, & stercore, uel palea conspergito solum ante brumã, uel cum circum ipsam uitem summatim ablaqueaueris, stercorato.

De Pampinatione. Cap. XI.

VINEAM Quàm bene putare, tam diligenter pampinare utile est, nam & materiæ, quæ fructum habent, melius conualescunt, & putatio sequentis anni expeditus, tum etiam uitis minus cicatricosa fit, quoniam quod uiride, & tenerum decerpitur, protinus conualescit. Su-

per hæc quoq; melius uuæ matureſcunt ante dies decem, quàm uineæ florere incipit, pāpinatam habeto. quicquid ſuperuacui enatum fuerit, tollito. q̄ in cacumine, aut in brachijs natū erit, decerpito, dūtaxat quæ uuā nō habebūt. Cacumina uirgārū, ne luxuriētur, demutilato. Vuas, quæ meridiē, aut occidētē ſpectabūt ne purātur ſuo ſibi pāpino tegito.

De foſſura. Cap. XII.

SIMVL atque uua uariari cœperit, fodito tertiam foſſuram, & cum iam matureſcet, ante meridiem prius quàm æſtuare incipiet, & cum deſierit, poſt meridiem fodito, pulueremq; excitato. ea res & à ſole, & à nebula maxime uuam defendit. Lutulentam terram neq; arare, neque fodere oportet, quia ualde dureſcit, & finditur. Bidentibus terram uertere utilius eſt, quàm aratro. Bidens æqualiter totā terram uertit, aratrum præter quam quod ſcamna facit, tum etiā boues, qui arant, aliquantulum uirgarum, & interdum totas uites frangunt. Finis autem fodiendi uineam nullus eſt, nam quanto ſæpius foderis, tanto uberiorem fructum reperies.

Ne rubigo uineam uexet. Cap. XIII.

PALEArū aceruos inter ordines uerno tēpore poſitos habeto in uinea. cum frigus cōtra temporis conſuetudinem intellexeris, omnes aceruos incendito, ita fumus nebulam, & rubiginem remouebit.

Ne formicæ uitem aſcendat. Cap. XIIII.

LVPINVM terito, & cum fracibus miſceto, eóq; imam lineam uitem circumlinito uel bitumen cum oleo coquito, eo quoque imas uites tāgito, formicæ non excedent.

Ne ſoricēs, aut uolucra uitem lædat. Cap. XV.

VITES, quæ ſecundum ædificia ſunt, à ſoricibus, aut muribus infeſtantur. id ne fiat plenā Lunā obſeruabimus, cum erit in ſigno Leonis, uel Scorpionis, uel Sagittarij, uel Tauri, & noctu ad Lunā putabimus. Genus eſt animalis, uolucra appellatur, id ferè prærodit teneros adhuc pāpinos, & uuas. quod ne fiat, fālcēs, quibus uineā putaueris, pacta putatione ſanguine urſino linito. uel ſi pellem fibri habueris, in ipſa putatione quoties fālcē acueris, ea pelle aciē detergito, atq; ita putare incipito. q̄m de uineis abūde diximus de arbuſtis præcipiamus.

De Arbuſtis. Cap. XVI.

VITEM maxime opulus alit, deinde ulmus, deinde fraxinus.

Opulus quoniam frondem non idoneam habet, à pleriſq; improbatur. Vlmus autem, quam atiniam uocant Ruſtici, generoſiſſima eſt, et lætiſſima, multumq; frondem habet, eaq; maxime ſerēda eſt locis pinguibus, uel etiam mediocribus. ſed ſi aſpera, & ſiticuloſa locā arboribus obſerenda erunt, neq; opulus, neq; ulmus tam idoneæ ſunt quàm orni. eæ ſylueſtres fraxini ſunt paulo latioribus tamen foliis quam cæteræ fraxini, nec deteriorem frondem, quàm ulmi præſtant. Capræ quidem, & oues libentius etiā hanc frondē appetunt. Igitur qui arbuſtum conſtituere uolent, ante annum quàm deponant arbores, ſcrobes faciant quatuor pedum quoquouerſus, deinde circā Cal. Martias, in eandem ſcrobem ulmum, & opulum, uel fraxinum deponant, ut ſi ulmus defecerit, opulus, uel fraxinus locum obtineant. ſi autem utraq; uixerint, altera eximatur, et alio locō deponatur. Arbuſtum inter quadragenos pedes diſpoſitum eſſe conuenit. ſic enim & ipſæ arbores, & appoſitæ uites melius conualeſcent, fructumq; meliorem dabunt. Segetes etiam, quæ in eo erunt, minus umbra laborabunt. arborem, quam depoſueris, ſæpius circumfodito, quo ælerius adoleſcat, & citra triennīū ferro ne tetigeris. Completis ſex & triginta menſibus ad recipiendam uitem formabis, & ſuperuacuos ramos amputabis, alterna brachia in modum ſcalarum relinquens, alternisq; annis, ſexto anno, ſi iā firma uidebitur, maritabis hoc modo. ab ipſo arboris crure pedale ſpatiū intermittito, deinde ſulcum in quatuor pedes lōgum in tres altum, in dupondium, & ſeminſſem latum cum feceris, patiere minime duobus menſibus eum tempeſtatibus uerberari. tum demum circā Cal. Martias uitem, de ſeminario, ne minorem quidem decem pedum ſternito, & adminiculato, arboriq; iungito. eam proximo anno ne putaueris, tertio uero ad unā uirgā redigito, paucisq; gemmas relinquito, ne ante quàm inualuerit, in altitudinem repat. deinde ubi amplīū incremētum habuerit, per omnia arboris tabulata diſponito eius materias, ita tamen ne uitē oneres, ſed certa, et robuſtiſſima flagella ſubmittas, arbuſtuā uitē quàm putare, tam alligare diligenter oportet. nam in ea fructus maxime uis conſiſtit, diutiusq; perennat, quæ firmis toris & idoneis locis religata eſt. itaq; omnibus annis conuenit ſubſequi putationem ita ut tori renouentur, & uitis per idoneos ramos diſponatur.

De Oliuetis. Cap. XVII.

OLEA Maxime collibus ſicis, & argilloſis gaudet, at humidis campis, & pinguibus lætas frondes ſine fructu affert. Melius autem trūcis quàm plantis oliuetum cōſtituitur. Magoni autē placet ſicis loris oliuā, aut mox poſt æquinoctiū ſeri, aut ante brumam. Noſtræ ætā-

tis agricolæ ferè uernum tempus erat Calen. Maias seruant. Oportet autem scrobem oleæ quoquouersus pedes quaternos patere, in imum scrobem lapidem, glareamq; abijcere, deinde super terram quatuor digitorum inijcere, tum arbuscula deponere ita rectam, ut, quod à scrobe extiterit, in medium sit, arbusculam autem à tempestatibus tueri diligenter oportet adminiculando, & terræ, quæ in scrobe reponitur, stercora immiscendo. Oleam decet inter sexagenos pedes disponi, ut spatium in latitudinem crescendi habeat. nam quæ in proceritatē extenduntur, euanidæ fiunt, parumq; fructus ferunt. Optima est olea liciniana, pausia secunda oleo, escæ orchis. Sunt & regiæ, & radij, quæ neque specie, neque oleo sunt tam gratæ, quàm, quas supra diximus. Si oleam posueris eo loco, unde quercus effossa est, morietur, ideo quod uermes quidam sunt, qui in radice quercus nascuntur, & educantur, ijq; maxime semina oleæ consumunt. si in olea unus ramus ali quanto cæteris lætior est, nisi eum recideris, arbor tota fiet retorrida. Omnes arbusculas prius quàm transferantur, rubrica notare conuenit, ut cū serentur, easdem cœli partes aspiciant, quas etiam in seminario conspexerāt, alioquin frigore, uel æstore laborabunt ab ijs partibus, quas præter consuetudinem sub alio tractu expositas habuerint.

De pomario constituendo. Cap. XVIII.

PRIVSQVAM pomarium constituas, quàm magnum habere uoles circummunito macerią, aut fossą, ita ut non solum pecori, sed ne homini quidem transitus sit, nisi per ostium, dum adolescant semina, nam si prius cacumina manu perfracta, aut à pecore prærosa fuerint quàm adolescant, in perpetuum corrumpuntur. Generatim autem arbore disponere utilius, maxime ne imbecillæ à ualentioribus premantur, quæ nec uiribus, nec magnitudine sunt pares, neque pariter crescunt. terra quæ uitibus apta est, eadem quoq; utilis est arboribus.

De scrobibus faciendis. Cap. XIX.

ANTE annum, quàm pomaria disponere uoles, scrobes fodito, ita sole, pluuiaq; macerabuntur, & quod posueris cito comprehendet. Sed si quo anno scrobes feceris etiam semina ponere uoles, minimum ante duos menses fodito scrobes, postea stramentis eos completo, & incendito. Quo latiores, potentioresq; scrobes feceris, eo lætiores erunt, uberioresq; fructus. Scrobs libano similis esse debet, imus quam summus patentior, ut laxius radices euagentur, ac minus frigoris hyeme, minusq; æstate uaporis per angustum os terræ admittant. Tum etiam eluosis locis terra, quæ in eum congesta est, pluuijs non abluitur. Arbores

bores paribus interuallis serito, ut cum creuerint, spatium habeant, quo ramos extendant. nā si spissè posueris, neq; infra quicq; serere poteris. nec sic ipsæ fructuosæ erunt, nisi eas interraseris. Itaq; placet inter ordines quadragenos pedes, minimumq; tricenos relinqui uersuris.

Quomodo semina legas. Cap. XX.

SEMINA lege, ne minus crassa, quàm manubrium est bidentis, recta, leuia, procera, sine ulceribus, integro libro. ea bene, & celeriter comprehendunt. Semina si ex arboribus sumes, de ijs potissimum sumito, quæ omnibus annis bonos, & uberes ferunt fructus. Obseruabis autem ab humeris, qui sunt contra solem orientem, ut eosdem decerpas. Si cum radice plantam posueris, incrementum eius futurum, quod & cæteris, quas seueris, arboribus. Arbos insita fructuosior est, quàm quæ insita non est, ideſt quàm quæ cum ramis, aut plantis ponitur. Prius q̄ arbusculas transferas rubrica, uel alia qualibet re signato, ut ijsdem uentis, q̄bus ante steterunt, constituas eas, curāq; adhibeto, ut ab superiore, & siciore, & exiliore in planiorem, humidiorem, pinguiorem agrum transferas. Semina trifurca maxime ponito. ea extent supra terram tribus pedibus. In eodem scrobe, si duas, aut tres arbusculas ponere uoles, curato ne inter se contingant. nam ita uermibus interimūtur. Cum semina depones, dextra, ac sinistra singulis, usque in imum scrobem fasciculos sarmentorum brachij humani crassitudine deponito, ita ut supra terram paululum extent, per quos æstate paruo labore aquam radicibus subministres. Arbores, aut radicata semina autumno serito circa Idus Octobris. Taleas, & ramos uere, ante quàm germinare arbores incipiāt, deponito. Sed ne tinea molesta sit seminibus ficulneis, in imum scrobem, taleam lentisci, ita ut cacumen eius deorsum spectet, obruito.

Quando ficus serenda sit. Cap. XXI.

FICVM frigoribus ne serito. locat apricā, calculosa, glareosa, interdum & saxosa amat. Eiusmodi agro cito conualescit, si scrobes amplos, & idoneos feceris. Ficorum genera etiam si sapore, & habitu differunt, tamen uno modo, sed dispari differentia agri seruntur. Locis frigidis, & autumni temporibus aquosis, præcoques serito, ut ante pluuiam fructum deligas. Locis calidis hybernas serotinas serito. At si uoles ficum quamuis non natura seram facere, cū grossuli minuti erūt, fructum decutito. Iterū alterū edet fructum, & in hyemem seram differet maturitatem. Nonnunq̄ etiam, cum frondere cœperint arbores, cacumina fici acutissimo ferramento summa amputare prodest. Sic fir

uiores arbores, & feraciores fiunt. semp proderit simulac folia agere cœperit ficus, rubricam amurca diluere, & cum stercore humano ad radicem infundere. ea res efficit uberiorem fructum, & farctum fici speciosius, & plenius.

De nuce serenda. Cap. XXII.

NVCEM græcã serito arcturi signo, uel circa Cal. Feb. quæ pruinã nescit. Agrũ calidũ, durũ, et siccũ desyderat. nã in locis diuersis natura eiusmodi si posueris nucẽ, protinus putrescet. Ante q̃ nucem deponas, in aqua mulsa, nec nimis dulci macerato, ita iucundioris saporis fructum, cum adoleuerit, præbebit, & interim melius, atq; celerius nascetur. Ternas nuces in trigonum statuito, parsq; acutior inferior sit, quia inde radices mittit, nuxq; à nuce minime palmo absit, & anceps ad fauonium spectet. Omnis nux unã radicem mittit, & simplici stylo prorepit. Cũ ad scrobis solũ radix peruenit, duritia humi coercita recuruatur, & extensa in modum ramorum alias radices emittit. Nucem græcam, & auellanam tarentinam hoc modo facere poteris. In quo scrobe destinaueris nucem serere, terram minutam in modum semipedis ponito, ibiq; semen ferulæ repangito. Cum ferula fuerit enata, eam findito, & in medullam eius sine putamine nucem græcam, uel auellanam abscondito, & ita adobruito. hoc ante Cal. Martias facito, uel etiam inter nonas, & Idus Martias. Hoc eodem tempore iuglandem, & pineam, & castaneam serere oportet.

De malo punico serendo. Cap. XXIII.

MALVM punicum uere usq; in Calen. Apriles recte seritur. Quod si acidum, aut minus dulcem fructum feret, hoc modo emendabitur. Stercore suillo, & humano, & lotio humano ueteri radices rigato. ea res & fertilem arborem reddet, & primitiuos annos fructum uinosum, postea uero etiam dulcem, & apyrenum facit. Nos exiguum admodum laser cyrenaicum uino diluimus, & ita cacumina arboris summa obleuimus ea res emendauit acorem malorum. Mala punica ne rumpantur in arbore, remedio sunt lapides tres, si cum seres arborem, ad radicem ipsam collocaueris. At si iam arborem satam habueris, scyllam secundum radices arboris serito. alio modo cum iam matura mala fuerint, ante quàm rumpantur, peciolos, quibus pendent, intorqueto. Eo modo seruabuntur etiam anno toto.

De Pyro. Cap. XXIIII.

PYROS autumno ante brumã serito, ita ut minime dies quinq;

& uiginti ad brumam supersint, quæ ut sint feraces, cum iam adoleuerint, alte ablaqueato, & iuxta ipsam radicem truncum findito, & in fissuram cuneum pineum tedæ adijcito, & ibi relinquito. deinde obruta ablaqueatione cinerem supra terram spargito.

De malis serendis. Cap. XXV.

MALA æstiua cydonea, sorba, pruna, post mediã hyemẽ usq; in Idus Feb. serito. Morũ ab idibus Feb. usq; in æquinoctium uernũ recte seres. Siliquã græcam quã quidam κεράτιον uocant, deinde persicum ante brumã per autumnum serito. Amygdala, si parũ feracia erunt, p foratam arborẽ lapidem adigito. Ita librũ arboris inolescere sinito. Omniũ autem generũ ramos circa Cal. Mar. in hortis, ubi, & subacta & stercorata terra est, per puluinos arearũ disponere conuenit, deinde cum creuerint, danda est opera, ut dũ teneros ramulos habent, ueluti pampinentur, & ad unum stylum primo anno semina redigantur. & cũ autumnus incesserit, ante quàm frigus cacumina adurat, omnia folia decerpere expediet. et ita crassis arundinibus, quæ ab una parte nodos integros habent, quasi pileolos induere, atq; ita à frigore, & gelicidijs teneras adhuc uirgas tueri. Post quartum & uigesimum deinde mensem, siue transferre, et disponere in ordinem uoles, seu inserere, satis tutò utrunque facies.

De insitione arborum. Cap. XXVI.

OMNIS surculus omni arbori inseri potest, si non est ei, cui inseritur, dissimilis cortice. si uero fructum etiã eodem tempore fert, sine ullo scrupulo optime inseritur. Tria autẽ genera insitionũ antiqui tradiderunt. Vnum, quod resecta, & fissa arbore recipit insertos surculos alterũ, quod resecta inter librum, & materiẽ admittit semina, quæ utraq; genera uerni temporis sunt. Tertium, quod ipsas gemmas, cum exiguo cortice in partem sui delibratam recipit, quam uocant agricolæ emplastrationem. Hoc genus æstatis est. quarum insitionum rationem cum tradiderimus, à nobis quoq; repertam aliam docebimus. Omnes arbores simulatq; gemmas agere cœperint, Luna crescente inserito, oliuam autem circa æquinoctium uernum usq; in Idus Aprilis. Ex qua arbore inserere uoles, & surculos ad insitionem sumpturus es, uideto ut sit tenera, & ferax, nodisq; crebris. Et cum primum germina tumebunt de ramulis anniculis, qui solis ortum spectabunt, & integri erunt, eos legito. Crassitudine minimi digiti surculi sint bisulci. Arborem, quam inserere uoles, serra diligenter exsecato ea parte, quæ maxime nitida, & sine cicatrice est. dabisq; operam, ne librum lædas.

Cum deinde truncum recideris, acuto ferramento plagam leuato. deinde cuneum ferreum, uel osseum inter corticem, & materiem, ne minus digitos tres, sed leniter demittito, ne lædas, aut rumpas corticem. Postea surculos, quos inserere uoles, falce acuta ab una parte eradito tam alte quàm cuneum demisisti, sed ita ne medullã, ne'ue alterius partis corticem lædas. ubi surculos paratos habueris, cuneum uellito. statimq; surculos demittito in ea foramina, quæ cuneo adacto inter corticem, & materiem facta sunt. Ea autem fine, qua adraseris, surculos demittito ita, ut sex digitis de arbore extent. In una autem arbore duos, aut tres ramulos figito, dum ne minus quaternum digitorum inter eos sit spatium. Pro arboris magnitudine, & corticis bonitate hæc facito. Cum omnes surculos, quos arbor patietur, demiseris, libro ulmi, uel uimine arborem adstringito. postea paleato luto bene subacto oblinito totam plagam, & spatium, quod est inter surculos usque eo, ut duobus digitis insita extent. supra lutum muscum imponito, & ita alligato, ne pluuia dilabatur. Si pusillam arborem inserere uoles, iuxta terram abscindito, ita ut sexquipedem à terra extet. Cum deinde absciderís, plagam diligenter leuato, & mediũ truncum acuto scalpro modice findito, ita ut fissura trium digitorum sit. In eam deinde cuneum quoad patietur, inserito, & surculos ex utraq; parte adrasos demittito, ita ut librum seminis libro arboris æqualem facias. cum surculos diligenter aptaueris, cuneum uellito. deinde arborem, ut supra dixi, alligato, & oblinito, dein terram circa arborem aggerato usque ad ipsum insitum. ea res à uento, & calore maxime tuebitur. Tertium genus insitionis, cum sit subtilissimum, non omni generi idoneum est. & ferè eæ recipiunt talem insitionem, quæ humidum, succosumq;, & ualidum librum habent, sicuti ficus. nam & lactis plurimum remittit, & corticem robustam habet. optime itaq; ea inseritur tali ratione. Ex qua arbore inserere uoles, in ea quæsito nouellos, & nitidos ramos. in his deinde obseruato gemmam, quæ bene apparebit, certamq; spem germinis habebit. eam duobus digitis quadratis circunsignato, ut medio gemma sit, & ita acuto scalpello circuncidito, delibratoq; diligenter, ne gẽmam lædas. deinde ex qua arbore inserere uoles, in ea nitidissimum ramum eligito, & eiusdem spatij corticem circuncidito, & materiem delibrato, & in eam partem, quam nudaueras, gemmam hanc, quam ex altera arbore sumpseras, aptato ita, ut emplastrum circuncisæ parti conueniat. ubi hæc feceris, circa gemmam bene uincito, ita ne lædas. deinde commissuras, & uincula luto oblinito spatio relicto, qua gemma libere germinet. Materia, quam inseueris, si sobolẽ, uel superiores ramos habebit, omnia præcidito, nequid sit, quo possit succus euocari,

aut cui

aut cui magis, quàm insito seruiat. Post unum & uigesimum diẽ soluito emplastrum. Hoc genere etiam optime olea inseritur. Quartũ illud genus insitionis iã docuimus, cum de uitibus disputauimus. itaq; superuacuũ est hoc loco repetere iam traditã rationem terebrationis.

Quod omnium generum surculi, omnibus arboribus inseri possit. Cap. XXVII

SED Cum antiqui negauerint posse omne genus surculorum in omnem arborem inseri, & illam quasi finitionem, qua nos paulo ante usi sumus, ueluti quandam legem sanxerint, eos tantum surculos posse coalescere, qui sint cortice, ac libro, & fructu consimiles ijs arboribus, quibus inseruntur, existimauimus errorem huius opinionis discutiendum, tradendamq; posteris rationem, qua possit omne genus surculi, omni generi arboris inseri. quod ne longiori exordio legentes fatigemus, unum quasi exemplum subijciemus, qua similitudine quisque qđ genus uolet omni arbori poterit inserere. Scrobem quoquouersus pedum quatuor ab arbore oliuæ tam lõge fodito, ut extremi rami oleæ possint eam contingere in scrobem deinde fici arbusculam deponito, diligentiamq; adhibeto, ut robusta, & nitida fiat. Post triennium, aut quinquennium, cum iam satis amplum incrementum cœperit, ramum oliuæ, qui uidebitur nitidissimus deflecte, & ad crus arboris ficulneæ religa. atque ita amputatis cæteris ramulis, ea tantum cacumina, quæ inserere uoles, relinquito. tum arborem fici detruncato. plagamq; leuato, & mediam cuneo findito. Cacumina deinde oliuæ sicuti matri inhærent, utraque parte adradito, & ita fissuræ fici aptato, cuneumq; eximito, & diligenter colligato, nequa ui reuellantur. Sic interposito triẽnio coalescet ficus oliuæ. & tum demum quarto anno, cum bene coierint, uelut propagines, ramulos oliuæ à matre resecabis. Hoc modo omne genus in omnem arborem inseritur.

DE cythiso. Cap. XXVIII.

CYTHISVM, quem græci aut * ζέας, aut * καρνίκην, aut * τρυφερὴν uocant, quamplurimum habere expedit, quod gallinis, apibus, ouibus, capris quoque, & omni generi pecudum utilissimus est, quod ex eo cito pinguescit, & lactis plurimum præbet ouibus. tum etiam quod octo mensibus uiridi eo pabulo uti, & postea arido possis. Præterea in quolibet agro, quamuis macerrimo celeriter comprehendit, omnemq; iniuriam sine noxa patitur. Mulieres quidem, si lactis inopia premuntur, cythisum aridum in aquam macerari oportet, cũ tota nocte permaduerit, postero die expressi succi ternas heminas pmi-

ſœri modico uino, atq; ita potandum dari, ſic & ipſæ ualebunt, et puĕri abundantia lactis cõfirmabuntur. Satio autem cythiſi uel autũno circa Idus Octobr. uel uere fieri poteſt. Cum terram bene ſubegeris, in modum horti areas facito, ibiq; uelut ocymum ſemen cythiſi autumno ſerito. plantas deinde uere diſponito, ut inter ſe quoquouerſus quatuor pedum ſpatio diſtent. Si ſemen non habueris, cacumina cythiſorum uere diſponito. Stercoratam terram circa aggerato. ſi pluuia non incæſſerit, rigato. XV. proximis diebus. ſimul ac nouam frondem agere cœperit, ſarrito. Poſt triennium deinde cædito, & pecori præbeto. Equo abunde eſt uiridis pondo. XV. boui pondo. XX. cæteriſq; pecudibus pro portione uirium. Poteſt autem etiam circa Septembrem ramis ſeri. Aridum ſi dabis exiguum dato, quoniam maiores uires habet, priuſq; aqua macerato, & exemptum paleis permiſceto. Cythiſum, quod aridum facere uoles, circa menſem Septembris, cum ſemen eius grãeſcere incipiet, cædito. Paucis deinde horis, dum flaccẽſcat, in ſole habeto. deinde in umbra adſiccato, & ita condito.

De Saliæ, & geniſta, & arundine. Cap. XXIX.

SALICEM, & geniſtam creſcente luna uere circa Calẽ. Mar. ſerito. Salix humida loca deſyderat, geniſta etiã ſicca, utraq; tamen circa uineam opportune ſeruntur, quoniam palmitibus idonea præbent uincula. Arundo optime ſeritur, quos alij bulbos, alij oculos uocant. Simul atque terram bipalio repaſtinaueris, radicem arundinis acuta falce præſectam impendenti pluuia diſponito. Sunt qui arundines integras ſternant, quoniam ex omnibus nodis ſatæ arundines emittunt, ſed ferè hoc genus euanidam, exilemq;, & humilem arundinem affert. Melior itaque ſatio eſt ea, quam prius demonſtrauimus. Placet autem omnibus annis ſimulac arundinem cæcideris, locum alte, & æqualiter fodere, atque ita rigare.

De Viola, & Roſa. Cap. XXX.

VIOLAM qui facturus eſt, terram ſtercoratam, & repaſtinatam minimum alte pedem in puluinos redigat. Atque ita plantas hortinas ſcrobiculis pedalibus factis ante Cal. Mar. diſpoſitas habeat. Semen autem uiolæ ſicut olerum in areis duobus temporibus ſeritur uere, uel autumno. Colitur autem eo modo, quo & cætera olera, ut rũcetur, ut ſarriatur, ut interdum etiam rigetur. Roſam fruticibus, ac ſuculis diſponi per ſulcos pedales conuenit per idem tempus, quo & uiola. Sed omnibus annis fodiri ante Calend. Mart. & interputari oportet. Hoc modo culta multis annis perennat.

PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA LIBER PRIMVS.

De præceptis rei ruſticæ. Titulus. I.

ARS EET prima prudentiæ ipſam, cui præceptaturus ſis, æſtimare perſonam. Neq; enim formator agricolæ debet artibus, & eloquentia rhetores æmulari. quod à pleriſq; factum eſt, qui dum diſerte loquuntur ruſticis, aſſecuti ſunt, ut eorum doctrina nec à diſertiſſimis poſſit intelligi. Sed nos recidamus præfationis moram, ne, quos reprehendimus, imitamur. Dicendum autem nobis eſt (ſi diuina fauerint) de omni agricultura, & paſcuis, & ædificijs ruſticis, ſecundum fabricandi magiſtros, eorumq; inuentionibus, & omni genere eorum, quæ uel facere, uel nutrire oportet agricolam ratione uoluptatis, & uſusfructus, ſuis tamen temporibus per uniuerſa diſtinctis ſanè in primis hoc ſeruare conſtitui, ut eo menſe, quo ponenda ſunt ſingula, cum ſua omni exequar diſciplina.

De quatuor rebus, quibus agricultura conſiſtit. T. II.

PRIMO igitur eligendi, & bene colendi agri ratio quatuor rebus conſtat aëre, aqua, terra, induſtria. Ex his tria naturalia, unum facultatis, & uoluntatis. Naturæ eſt, quod in primis ſpectare oportet, ut eis locis, quæ colere deſtinabis, aer ſit ſalutaris, & clemens, aqua ſalubris, & facilis, uel ibi naſcens, uel adducta, uel imbre collecta, terra uero fœcunda, & ſitu commoda.

De aëris probatione. T. III.

AERIS igitur ſalubritatem declarant loca ab infimis uallibus libera, & nebularum noctibus abſoluta, & habitatorum conſyderata corpuſcula, ſi eis color ſanus, capitis firma ſyncritas, in offenſum lumen oculorum, purus auditus, & ſi fauces commeatum liquidæ uocis exercẽt. Hoc genere benignitas aëris approbatur. His autem contraria noxium cœli illius ſpiritum confitentur.

De aqua probanda. T. IIII.

AQVAE uero salubritas sic agnoscitur. Primum ne à lacunis, aut à palude ducatur, ne de metallis originem sumat, sed sit perspicui coloris, neq; ullo aut sapore, aut odore uitietur, nullus illi limus insidat, frigus tepore suo mulceat, æstatis incendia frigore moderetur. Sed quia solet his omnibus ad speciem custoditis occultiorem noxam tectior seruare natura, ipsam quoq; ex incolarum salubritate noscamus, si fauces bibentium puræ sunt, si saluo capite, in pulmonibus, ac thorace aut nulla est, aut rara cæsatio. Nam plerunq; has noxas corporis ad inferiorem partem quæ supra sunt corrupta demittunt ut uitiato capite ad pulmones, uel stomachum morbi causa decurrat, tunc culpandus aer potius inuenitur. Deinde si uenter, aut uisæra, uel latera, uel renes nullo dolore, aut inflatione uexentur, si uitia nulla uesicæ sunt. Hæc, atq; his similia si apud incolas pro maiori parte constare uideris, nec de aere aliquid, nec de fontibus suspiceris.

De qualitate terrarum. T. V.

IN Terris uero quærenda fœcunditas. Ne alba, & nuda sit gleba, ne macer sabulo sine admistione terreni, ne creta sola, ne arenæ squallentes, ne ieiuna glarea, ne auroſi pulueris lapidosa macies, ne salsa, uel amara, ne uligniosa terra, ne tofus arenosus, atque ieiunus, ne uallis nimis opaca, & solida. Sed gleba putris, & ferè nigra, & ad tegendam se graminis sui crate sufficiens, aut misti coloris, quæ & si rara sit, tamen pinguis soli adiunctione glutinetur. Quæ protulerit nec scabra sint, nec retorrida, nec succi naturalis egentia ferat. Quod frumentis dandis utile signum est, ebulum, iuncum, calamum gramen, trifolium non macrum, rubos pingues, pruna syluestria. Color nanq; non magnopere quærendus est, sed pinguedo, atq; dulcedo. Pinguem sic agnoscis. Glebam paruulam dulci aqua conspergis, & subigis, si glutinosa est, & adhæret, constat illi inesse pinguedinem. Item scrobe effossa, & repleta, si superauerit terra, pinguis est, si defuerit, exilis, si conuenerit æquata, mediocris. Dulcedo autẽ cognoscitur, si ex ea parte agri, quæ magis displicet, glebam fictili uase dulci aqua madefactã indicio saporis explores. Vineis quoq; utilem per hæc signa cognosces. Si coloris, & corporis rari aliquatenus, atq; resoluti est. si uirgulta, quæ protulit, leuia, nitida, procera, fœcunda sunt, ut pyros syluestres, prunos, rubos, cæteraq; huiusmodi, neq; intorta, neq; sterilia, neq; macra exilitate languentia. Situs uero terrarum neq; planus, ut stagnet, neq; præruptus, ut defluat, neq; obrutus, ut in imum deiecta ualle subsidat,

sidat, neq; arduus, ut tempestates immodicæ sentiat, & calores. Sed ex his omnibus utilis semper est æquata mediocritas, & uel campus apertior, & humorem pluuium cliuo fallente subducens, uel collis molliter per latera inclinata deductus, uel uallis cum quadã moderatione, & aeris laxitate submissa, uel mons alterius culminis defensus obiectu, et à molestioribus uentis aliquo liber auxilio, uel sublimis asper, sed ne morosus, & herbidus. Sed cum sint genera terrarũ plurima, ut pinguis, aut macra, spissa, uel rara, sicca, uel humida, & ex his pleraq; uitiosa, tamen propter seminum differentiam sæpe necessariam maxime, sicut supra dixi, eligendus est pinguis, ac resolutus ager, qui minimum laborem poscit, & fructum maximum reddit. Secundi meriti est spissus, qui labore quidem maximo, tamen ad uota respondet. Illud uero deterrimũ genus est, quod erit siccum simul, & spissum, & macrum, uel frigidũ. qui ager pestiferi more fugiendus est.

De industria, & necessarijs ad rura sententijs. T. VI.

SED ubi hæc, quæ naturalia sunt, neq; humana ope curari possunt, diligentius æstimaueris, exequi te conuenit partem, quæ restat industriæ. cuius hæc erit cura uel maxima, ut has, quas subieci, ex omni opere rustico imprimis debeas tenere sententias. Præsentia domini proiectus est agri. Color terræ non magnopere desyderetur, quia bonitatis incertus est author. Genera omnium surculorum, uel frugum præclara, sed terris tuis experta committe. In nouo enim genere seminum, ante experimentum non est spes tota ponenda. Locis humidis semina citius, q̃ siccis degenerant, quare subinde succurrat electio. Ferrarij, lignarij, doliorum, cuparumq; factores necessario habendi sunt, ne à labore solenni rusticos causa desyderandæ urbis auertat. Locis frigidis à meridie uineta ponantur, calidis à septentrione, temperatis ab oriente, uel (si necesse sit) occidente. Operarum ratio unum modum tenere non potest in tanta diuersitate terrarum, & ideo soli, & prouinciæ consuetudo facile ostendit, qui numerus unanquanq; rem faciat, siue in surculis, siue in omni genere satorum. Quæ florent, constat non esse tangenda. Bene eligi serenda non possunt, nisi hoc officium prius eligens assumat. In rebus agrestibus maxime officia iuuenum congruunt, imperia seniorum. In uitibus putandis tria consyderanda sunt, fructuum spes, successura materies, locus qui seruet, ac reuocet. Vitem si maturius putes, plura sarmenta, si serius, fructus plurimos consequeris. De locis deterrimis sicut arbores, ita uites conuenit ad meliora transferre. Post bonam uindemiam strictius, post exiguam latius puta. In omni opere inserendi, putandi, ac

recidendi, duris, & acutis utere ferramentis. In uite, uel arbore quæ facienda sunt, perage ante apertionem floris, & gemmæ. In uineis aratro prætermissa fossor emendet. Locis calidis, siccis, apricis, pampinandum nó est, cum magis uitis optet operiri. Et ubi uineas uulturnus exurit, aut flatus aliquis regionis inimicus, uitem tegamus straminibus uel aliunde quæsitis. Ramus lætus, uiridis, & sterilis in media olea abscindendus est, uelut totius arboris inimicus. Sterilitas, & pestilentia æquo modo fugendæ sunt. In pastinato solo inter nouellas uites omnino nihil est conserendum. Græci iubent exceptis caulibus, tertio anno quæ libebit, iniungere. Omnia legumina græcis authoribus, seri iubentur in sicca terra, faba tantummodo in humida debet spargi. Domino, uel colono confinia possidenti qui fundum, uel agrum suũ locat, damnis suis, ac litibus studet. In agro periclitantur interiora, nisi colantur extrema. Omne triticum in solo uliginoso post tertiam sationem in genus siliginis commutatur. Tria mala æque nocent, sterilitas, morbus, uicinus. Qui terram sterilem uineis occupat, & laboribus suis, & sumptibus est inimicus. Campi largus uinam, colles nobilius ferunt. Aquilo uites sibi obiectas fœcundat, auster nobilitat. Ita in arbitrio nostro est, utrum plus habeamus, an melius. Necessitas ferijs caret. Quamuis temperatis agris serendum sit, tamen si siccitas longa est, semina locata tutius in agris, q̃ in horreis seruabuntur. Viæ malitia æque & uoluptati, & utilitati aduersa est. Qui agrum colit, graue tributis creditorem patitur, cui sine spe absolutionis astrictus est. Qui arando crudum solum inter sulcos relinquit, suis fructibus derogat, terræ ubertatem infamat. Fœcundior est culta exiguitas, q̃ magnitudo neglecta. Nigras uites omnino repudies, nisi in prouincijs, in quibus eius generis, quo acinaticum fieri consueuit. Longus amminiculum uitis incrementa producat. Teneram, & uiridem uitem ferri acie ne recidas. Omnis incisura sarmenti auertatur à gemma, ne eam stilla, quæ fluere consueuit, extinguat. Pro macie, uel soliditate uitium nutrienda sarmenta putator iniungat. Terra profunda (quod græci asserunt) oleæ grandes arbores efficit, fructus minores, & aquatos, ac seros, magisq; amurcæ proximos. Aer oleas tepidus iuuat, & uentus mediocris sine ui, & horrore perflabilis. Vitis, quæ ad iugum colitur, per ætatem ad hoc perducenda est, ut locis molestioribus quatuor pedibus à terra, placidioribus uero septem summitas eius insurgat. Hortus, qui cœlo clementi subiacet, & fontano humore percurritur, propè est, ut liber sit, & nullam serendi disciplinam requirat. Subligatio acerbis uuis facienda est, quando excutiendi, aut rumpendi acini nulla formido est. Ligatura in uitibus locum

debet mutare, ne unum semper assiduitas conterat uinculorũ. Fossorem si apertus uitis oculus uiderit, cæcabitur spes magna uindemiæ, & ideo, dum est clausus, fodiatur. Terræ altitudinem cum fœcunditate, si ad frumenta, duobus pedibus explora, quatuor uero, si ad arbusta, uel uites. Vitis nouella ut facile incrementum culta consequitur, ita interitum celerem, si negligitur, incurrit. Modum tene æstimatis fœcultatibus tuis in assumptione culturæ, ne superatis uiribus, excedente mensura, turpiter deseras, quod arroganter assumis. Semina plusquã annicula esse non debent, ne uetustate corrupta non prodeant. Frumentum colli quidem grano robustius, sed mensuræ minus refundet. Omnia, quæ seruntur, crescente luna, & diebus tepidis sunt serenda. nam tepor euocat, frigus includit. Si tibi ager est syluis inutilibus tectus, ita eum diuide, ut loci pinguia puras reddas nouales, loci sterilia syluis tecta esse patiaris, quia illa naturali ubertate respondent, hæc beneficio lætantur incendij. Sed sic urenda distingues, ut ad incensum agrum post quinquennium reuertaris. ita efficies, ut æqualiter uel sterilis gleba cum fœcunda contendat. Græci iubent oliuam, cum plantatur, & legitur, à mundis pueris, atq; uirginibus operandum, credo recordati arbori huic esse præsulẽ castitatem. Nomina frumentorum superfluum est præcipere, quæ aut loco subinde, aut ætate mutantur. Hoc satis est, ut eligamus præcipua in ea regione, quam colimus, uel exploremus aduecta. Lupinus, & uicia pabularis, si uirides succidantur, & statim supra sectas eorum radices aretur, stercoris similitudine agros fœcundant, quæ si exaruerint ante q̃ proscindas, in his terræ succus aufertur. Ager aquosus plus stercoris quærit, siccus minus. Calidis, maritimis, siccis, apricis, campestribus locis omne opus uinearum maturius inchoetur, frigidis, mediterraneis, humidis, opacis, montanis locis tardius, quod non solum de mensibus, aut diebus dixerim, sed etiam de horis operandi. Omne opus rusticum, cum fieri præcipitur, neq; citò est, si ante quindecim dies, neq; tarde, si post quindecim fiat. Frumenta omnia maxime lætantur patenti campo, & soluto, & ad solem recliui. Spissa, & cretosa, & humida terra benefar, & triticum nutrit. ordeum agro soluto delectatur, & sicco, nam in lutoso sparsum moritur. Trimestris satio locis frigidis & niuosis cõuenit, ubi qualitas æstatis humecta est, cæteris raro respondet euentu. Semen trimestre locis tepidis melius respondebit, si seratur autumno. Si necessitas coget in salsa terra aliqd opari, extremo autumno plantanda est, uel conserenda, ut malitia eius hybernis imbribus eluatur. Aliquid etiam terræ dulcis, uel arenæ fluuialis subijciendum est, si illi uirgulta committimus. Seminariũ mediocri terra instituere de-

bemus,ut ad meliorem quæ sata fuerint,transferantur. Lapides,qui insuper sunt,hyeme rigent, æstate feruescunt,icarco satis,arbustis,& uitibus nocent. Terra,quæ circa arbores mouetur,ita est uicibus permutanda,ut ei,quæ in summo fuerat,ima succedat. In lætandis arboribus crates faciemus,terram prius truncō admouentes,& mox lætamen,ut sic opus naturæ beneficio alternante cumuletur. Agri præsulem non ex dilectis, & tenere educatis seruulis ponas, quia fiducia præteriti amoris impunitatem culpæ præsentis expectat.

De agri electione,uel situ. T. VII.

IN eligendo agro,uel emendo cōsyderare debebis,ne bonum naturalis fœcunditatis colentium depranuerit inertia,& in degeneres surculos uber soliferacis expenderit,quod quamuis emendari possit insitione meliorum, tamen harum rerum sine culpa melior usus est,q̄ cum spe corrigendi serus euentus. In seminibus ergo frumentorum præsens emendatio poterit esse. In uineis maxime cōsyderandum,atq; uitandum est, quod plerique fecerunt studendo fāmæ tantum, & latitudini pastinorum,semina uitium statuentes uel sterilia,uel saporis indigni,quod grandi tibi labore constabit,ut corrigas,si agrum compares uitijs talibus occupatum. Positio ipsius agri,qui eligendus est,ea sit. In frigidis prouincijs orienti,aut meridiano lateri ager esse debet oppositus, ne alicuius magni montis obiectu, his duabus partibus exclusis algore rigescat, aut per partem septentrionis remoto, aut per occidentis in uesperam sole dilato. In calidis uero prouincijs, pars potius septentrionis optanda est,quæ & utilitati, & uoluptati, & saluti æqua bonitate respondeat. Si uicinus est fluuius,ubi statuimus fabricæ sedem parare, eius debemus explorare naturam, quia plerunq; quod exhalat,inimicum est, à quo(si talis sit) conueniet refugere conditorem. Palus tamen omni modo uitanda est,præcipue quæ ab austro est,uel occidente,& siccari consueuit,æstate propter pestilentiam,uel animalia inimicat,quæ generat.

De ædificio. T. VIII.

AEDIFICIVM pro agri merito,& pro fortuna domini oportet institui. quod plerunq; immodicæ sumptum difficilius est sustinere,q̄ condere. Ita igitur æstimanda est eius magnitudo, ut si aliquis casus incurrerit,ex agro,in quo est,unius anni,aut ut multum biennij pensione reparetur. Ipsius autē prætorij situs sit loco aliquatenus erecto,& siccore,q̄ cætera,& propter iniuriam fundamentorū, & ut læto fruatur aspectu. Fundamenta autem hoc modo ponenda sunt,

ut latiora sint ex utraq; parte semipedis spatio,quàm parietes insuperstruendi corpus increscet. Si lapis,uel toties occurrat,facilis causa est collocandi,in quo sculpi tantū fundamenti forma debebit,unius pedis altitudine,uel duorū. Et si solida,uel constricta inuenietur argilla quinta,uel sexta pars altitudinis eius,quæ supra terram futura est,fundamentis deputetur. quod si terra laxior fuerit,modo maioris altitudinis obruantur,donec munda sine ruderum suspicione occurrat argilla, quæ si omnino desit, quartam mersisse sufficiet. Studendum præterea ut hortis,et pomarijs cingi possit,aut pratis. Sed totus fabricæ tractus unius lateris longitudine,in quo frons erit, meridianam partem respiciat,in primo angulo excipiens ortum solis hyberni,& paululum ab occidente auertatur hyemali. Ita proueniet,ut per hyemem sole illustretur,& calores eius æstate non sentiat.

De hybernis,& æstiuis mansionibus,& pauimentis. T. IX.

FORMA tamen debet esse eiusmodi, ut ad habitationem breuiter collectus & æstati,& hyemi præbeat mansiones. Quæ hyemi parantur ita sine constitutæ, ut possit eas hyberni solis totus propemodū cursus hilarare. In his pauimenta opportuna esse debebunt. Primum in fabricis planis earum obseruandum est,ut æqualis,& solida contignatio fiat, ne gradus ambulantium tremorem fabricæ titubantis excutiat. Deinde ut axes quærnæ cum æsculeis non miscēantur. Nam quercus humore concepto,cum se coperit siccare,torquebitur,& rimas in pauimento faciet. æsculus autem sine uitio durat. Sed si quercus suppetente æsculus desit,subtiliter quercus siccetur,et transuersus,atq; directus duplex ponatur ordo tabularum,clauis frequentibus fixus. De cerro,aut fago, aut farno diutissime tabulata durabunt,si stratis super paleis,uel filice,humor calcis nusquam ad tabulati corpus accedat. Tunc super statuminabis rudus.i. saxi contusi duas partes,& cū una calcis temperatæ constitues. Hoc cum ad sex digitorum crassitudinem fecēris,& regula exploraueris æquale,si locæ hyemalia sunt, tale pauimentum debebis imponere, in quo uel nudis pedibus stantes ministri hyeme non rigescant. Inducto itaq; rudere, uel testaceo pauimento,congestos,& calcatos spisse carbones cum sabulone,& fauilla,et calce permisces,& huius impensæ crassitudinem sex unciis iubebis imponi,quod exæquatum nigra pauimenta formabit,& siqua fundentur ex poculis,uelociter rapta desugent. Sed si æstiuæ mansiones sunt,orientem solstitialem,& partem septentrionis aspiciant,& uel testaceū(sicut supra diximus) accipiant pauimentum, uel marmora, uel tesseras,uel scutulas, quibus æquale reddatur angulis,lateribusq;

coiunctis. si hæc deerunt, supra marmor tusum cernatur, aut arena cum calce inducta leuigetur.

De calce, & arena. T. X.

PRAETEREA scire est necessarium construenti, quæ calcis, & arenæ natura sit utilis. Arenæ ergo fossiciæ genera sunt tria, nigra, cana, rufa. omnium præcipue rufa melior. meriti sequentis est cana. tertium locum nigra possidet. Ex ijs, quæ compressa manu edit stridores, erit utilis fabricanti. Item si panno, uel linteo candidæ uestis inspersa, & excussa nihil maculæ reliquerit, aut sordis, egregia est. Sed si fossilis arena non fuerit, de fluminibus, aut glarea, aut litore colligetur. Marina arena tardius siccatur, & ideo non continue, sed intermissis temporibus construenda est, ne opus onerata corrumpat, camerarum quoq; tectoria salso humore dissoluit. Nam fossiles arenæ cæmenticijs parietibus, & cameris celeri siccitate utiles sunt, melioresq;, si statim, cum effossæ sunt, calci miscẽtur, nam diutino sole, aut pruina, aut imbre uanescunt. Fluuiales tectorijs magis poterunt conuenire. Sed si uti necesse sit maris arena, erit commodum prius eã lacuna humoris dulcis immergi, ut uitium salis aquis suauibus elota deponat. Calcem quoq; ex albo saxo duro, uel tiburtino, aut columbino fluuiali coquemus, aut rubro, aut spongia, aut marmore. Postremo quæ erit ex spisso, & duro saxo, structuris conuenit, ex fistuloso uero, aut molliori lapide, tectorijs adhibetur utilius. In duabus arenæ partibus calcis una miscenda est. In fluuiali uero arena si tertiã partem testæ cretæ addideris, operum soliditas mira præstabitur.

De lateritijs parietibus. T. XI.

QVOD SI lateritios parietes in prætorio facere uolueris, illud seruare debebis, ut perfectis parietibus, in summitate quæ trabibus subiacebit, structura testacea cum coronis prominentibus fiat sexquipedali altitudine, ut si corruptæ tegulæ, aut imbrices fuerint, parietem non possint stillicidia penetrare per pluuiam. Deinde prouidendum est, ut sicis, et asperatis parietibus lateritijs inducatur tectoriũ, quod humidis, ac leuibus adhærere non poterit, & ideo tertio eos prius debebis obducere, ut tectorium sine corruptione suscipiant.

De lumine, & altitudine. T. XII.

IN PRIMIS studendum est in agresti fabricat, ut multa luce claresçat. deinde ut partes temporibus diuisas, sicut supra dixi, congruis partibus offeramus, ideſt æstiuas septẽtrioni, hybernas meridiano, uernas, & autumnales orienti. Mensura uero hæc seruanda est in triclinijs, atq; cubiculis, ut quanta latitudo, & longitudo fuerit, in unum computetur, & eius medietas in altitudinem conferatur.

De cameris cannicijs. T. XIII.

CAMERAS in agrestibus ædificijs ex ea materia utilius erit formare, quæ facile inuenietur in uilla. Itaq; aut tabulis faciemus, aut cannis, hoc genere. Asseres ligni gallici, uel cupressi directos, & æquales constituemus in eo loco, ubi camera facienda est, ita ordinatos, ut inter se sesquipedalis mensura sit uacua. Tunc eos cathenis ligneis ex iunipero, aut oliua, aut buxo, aut cupresso factis ad contignationem suspendemus, & binas inter eos perticas dirigemus tomicibus alligatas. Postea palustrem cannam, uel hanc crassiorem, quæ in usu est, contusam facta, & strictim iuncta crate subnectimus, & per omne spatium cum ipsis asseribus, & perticis alligamus. Dehinc primo impensa pumicea induemus, et trulla æquabimus, ut inter se cannarum mẽbra constringat. Post arena, et calce æquabimus. Tertio tusi marmoris puluerẽ mistũ cũ calce ducemus, et poliemus ad summũ nitorẽ.

De opere albario. T. XIIII.

OPVS QVOQVE albarium sæpe delectat, cui calcem debebimus adhibere, cum multo tempore fuerit macerata. ergo ut utilem probes, ascia calcem quasi lignum dolabis. Si nusquam acies eius offenderit, & si quod asciæ adhæret, fuerit molle, atq; uiscosum, constat albarijs operibus conuenire.

De tectorijs. T. XV.

PARIEVM uero tectura sic fiet fortis, et nitida. Prima trullis frequentetur inductio. Cum siccari cœperit, iterum inducatur, ac tertio. Post hæc tria coria ex marmoreo grano cooperiatur ad trullam. Quæ inductio ante tandiu subigenda est, ut rutrum, quo calx subigitur, mundum leuemus. Hæc quoq; marmoris grani inductio cum siccari cœperit, aliud corium subtilius oportet imponi. sic & soliditatem custodiet, & nitorem.

De uitanda ualle. T. XVI.

VITANDVM est autem, quod plerique fecerunt aquæ causa, uillas in infimis uallibus mergere, et paucorũ dierum uoluptatem præferre habitatorum saluti. quod etiam magis metuemus, si prouinciæ quam colimus, de morbis æstate suspecta est. Cui si fons desit, aut pu-

teus, cisternas construere conueniet, quibus omnium conduci possit aqua tectorum. Fiunt autem hoc modo.

De cisternis, & maltha frigidaria. T. XVII.

SIGNINIS parietibus magnitudo ea, cui delectaris, & sufficis, construatur, longior magis q̃ latior. Huius solum alto rudere solidatum relicto fusoris loco testacei pauimenti superfusione leuigetur. Hoc pauimentum omni cura cedendum est ad nitorem, & lardo pingui decocto assidue perfricandum. Quod ubi deducto humore siccatum est, ne rimis in aliqua parte findatur, etiam parietes simili corio uelentur obducti, & ita post diuturnam, & solidam siccitatem, aquæ præbeatur hospitium. Anguillas sanè, pisces q; fluuiales mitti in his, pasci q; conueniet, ut horum natatu aqua stans agilitatem currentis imitetur. Sed si aliquando in quocunq; loco pauimenti, uel parietis tectura sucumbat, hoc genus malthæ adhibebimus, ut humor in exitum nitens possit includi. Rimas, & lacunas cisternarum, & piscinas, uel puteos sarciemus hoc genere, & si humor per saxa manabit, picis liquidæ quantum uolueris, & tantundem sumes unguinis, quod uocamus axungiam, uel seuum. Tunc in olla utrunq; miscebis, & coques donec spumet, deinde ab igne remouebis. Cum fuerit eadem refrigerata permixto, calcem minutim super adijcies, & ad unum corpus omnia mixta reuocabis. Cumq; uelut strigmentum feceris, inseres locis corruptis, ac manantibus, et pressum summa densitate calcabis. Salutare erit aquas illuc per tubos fictiles duci, et optis immeare cisternis. Nam cœlestis aqua ad bibendum omnibus antefertur, ut et si fluens adhiberi possit, quæ salubris nõ est, luuacris debeat, et hortorum nocere culturæ.

De cælla uinaria. T. XVIII.

CAELLAM uinariam septentrioni debemus habere oppositam frigidam, uel obscuræ proximã longe à balneis, stabulis, furno, sterquilinijs, cisternis, aquis, & cæteris odoris horrendi, ita instructã necessarijs, ut non uinetur à fructu, sic autem dispositam, ut basilicæ ipsius forma calcatorium locũ habeat altiore constructum. Ad quod inter duos lacus, qui ad excipienda uina hinc inde depressi, sint, gradibus tribus fere, aut quatuor ascendatur. Ex his lacubus canales structi, uel tubi fictiles circa extremos parietes currant, & subiectis lateri suo dolijs per uicinos meatus manantia uina defundant. Si copia maior est, medium spatium cupis deputabitur, quas ne ambulacra prohibeãt, basellis altioribus impositas, uel supra obruta dolia possumus collocare spatio inter se largiore distantes, ut (si res exigat) curantis

curantis transitus possit admitti. Quod si cupis locum suum deputabimus, is locus ad calcatorij similitudinem podijs breuibus, & testaceo pauimento solidetur, ut etiam si ignorata se cupa diffuderit lacu subdito excipiantur non peritura uina, quæ fluxerint.

De horreis. T. XIX.

SITVS horreorum qumuis ipsam septentrionis desyderet partem, & superior, & longe ab omni humore, & lætamine, & stabulis ponendus est, frigidus, uentosus, & sicus, cui prouidendum structuræ diligentia, ne rimis possit abrumpi. Solum igitur omne bipedis sternatur, uel minoribus laterculis, quos suffuso testaceo pauimento debemus imprimere. Tunc diuisas cællas (si magnus sperabitur seminis modus) grano cuiq; tribuemus, & si terræ pauperies minora promittit, uel craticijs podijs erunt discernenda granaria, uel uimineis naculis reditus tenues colligemus. Sed factis granarijs, amurca luto mixta parietes linuntur, cui aridi oleastri, uel oliuæ folia pro paleis adijciuntur. quo tectorio siccato, rursus amurca respergitur, quæ ubi siccata fuerit, frumenta condentur. Hæc res gurgulionibus, et cæteris noxijs animalibus inimica est. Aliqui coriandri folia frumentis miscent ad seruandum profutura. Nihil tamen diu custodiendis frumentis cõmodius erit, q̃ si ex areis in alterum locum uicinum transfusa refrigerentur aliquantis diebus, atq; ita horreis inferantur. Negat Columella uentilanda esse frumenta, quia magis miscentur animalia totis aceruis, quæ si non moueantur, in summitate intra mensuram palmi subsistent, & hoc uelut corrupto corio cætera illæsa durabunt. Asserit idem, noxia animalia ultra prædictam mensuram non posse generari. Herba conza sicca (ut græci asserunt) substrata frumentis addit ætati. Ab horreis tamen auster debet esse auersus.

De olei factorio. T. XX.

OLEARIS cælla meridianis sit obiecta partibus, & contra frigus munita, ut illi per specularia debeat lumen admitti. Ita & operas, quæ hyeme futuræ sunt, nullus algor impedit, & oleum, cum premetur, aditum teporibus, frigore non ualebit astringi. Trapetis, & rotulis, & prælo natu est forma, quam cõsuetudo dictauit. Receptacula olei semper munda sint, ne nouos sapores infecta ueteri rancore corrumpant. At siquis maiori diligentiæ studet, subiectis hinc inde cuniculis pauimenta suspendat, & ignem suggerat fornacæ succensa. Ita purus calor olei cællã sine fumi nidore naporabit, quo sæpe infectum, colore corrumpitur, & sapore,

De ſtabulis equorum, uel boum. T. XXI.

STABVLA equorum, uel boum meridianas quidē plagas reſpiciant, non tamen egeant ſeptentrionis luminibus, quæ per hyemem clauſa nihil noceant, per æſtatem pateфacta refrigerent. Ipſa ſtabula propter ungulas animalium, ab omni humore ſuſpenſa ſint. Boues nitidiores fient, ſi focum proxime habeant, & ignis lumen intendant. Octo pedes ad ſpatium ſtandi ſingulis boum paribus abundant, & in porrectione. XV. Planceroboreæ ſupponantur ſtationibus equorum cum ſtramine, ut iacentibus molle ſit, ſtantibus durum.

De cœrte. T. XXII.

CORS ad meridiem pateat, et obiecta ſit ſoli, quo facilius hyemis aliquem teporem concipiat, propter ea, quæ inſunt animalia, quibus etiā ad æſtatis temperandū calorē, porticus furcis aſſeribus, & fronde formari debent, quæ uel ſcandulis, uel (ſi copia ſuppetit) tegulis, uel (ſi facilius, et ſine impenſa placuerit) tegentur cæriabus, aut geniſtis.

De auiarijs. T. XXIII.

CIRCA parietes cœrtis extremos auiaria facienda ſunt, quia ſtercus auium maxime neceſſarium eſt agriculturæ, excepto anſerum lætamine, quod ſatis omnibus inimicum eſt. Sed habitacula cæterarū auium maxime neceſſaria ſunt.

De columbarijs. T. XXIIII.

COLVMBARIVM uero poteſt accipere ſublimis una turricula in prætorio conſtituta leuigatis, ac dealbatis parietibus, in quibus à quatuor partibus (ſicut mos eſt) feneſtrellæ breuiſſimæ fient, ut columbas ſolas ad introitum, exitumq; permittant. Nidi figurentur interius. A muſtellis tutæ fient, ſi inter eas frutex uirgoſus ſine foliis aſper, uel uetus ſpartea proijciatur, qua animalia calcantur, ut eam ſecretò non uidentibus alijs unus attulerit, non pereunt. Et neq; locum deſerunt, ſi per omnes feneſtras aliquid de ſtrangulati hominis loro, aut uinculo, aut fune ſuſpendas. Inducunt alias, ſi cumino paſcantur aſſidue, uel ſetoſi hirci alarū balſami liquore tangantur. Fœtus frequentant, ſi ordeum torrefactum, uel fabam, uel herbum ſæpe conſumant. Triginta autem columbis uolantibus diurni tres ſextarij tritici ſufficient, aut creturæ, ita ut herbum fœtus gratia menſibus præbeamus hybernis. Rutæ ramulos pluribus locis oportet contra animalia inimicat ſuſpendere.

De Turturibus. T. XXV.

SED Columbarij cællæ duo ſubiecta cubicula fiant. Vnum breue, & propè obſcurum, quo turtures claudi poſſint, quos nutrire facillimum eſt. nam nihil expetunt, niſi ut æſtate, qua ſola maxime pinguescunt, triticum, uel miliū muſa macératum ſemper accipiant. Semodius unus diurnus centum uiginti turturibus ſufficiat. Aqua ſanè eis frequenter mundior debet offerri.

De Turdis. T. XXVI.

ALIVD VERO cubiculum turdos nutriat, qui ſi alieno tempore ſaginentur, & uoluptatem cibi, & reditum maximum præſtant, paratati beneficium miniſtrante luxuria. Sit autem locus mundus, & lucidus, & undique leuigatus. Tranſuerſæ in hoc perticæ figuntur, quibus poſſint poſt incluſum uolatum ſedere. Rami etiam uirides ſæpe mutentur. Caricæ tunſæ miſtis pollinibus largiſſime præbeantur. Myrti etiam, ſi facultas eſt, lentiſci, oleaſtri, ederæ, arbuti ſemina interdum ad excludenda faſtidia, & maxime aqua munda præbeatur. Claudantur illæſi, et recenter capti miſtis aliquibus ante nutritis, quorum ſocietate ad capiendos cibos pauidam nouæ captiuitatis mœſtitudinem conſolentur.

De Gallinis. T. XXVII.

GALLINAS educare nulla mulier neſcit, quæ modo uideatur induſtria. Hoc de his præcepiſſe ſufficiat, ut fumo, puluere utantur, et cinere. Sint præcipue nigræ, aut flaui coloris, ſed albæ uitentur. Vinaceæ cibo ſterileſcunt. Ordeo ſemicocto & parere ſæpe cogūtur, et reddunt ouа maiora. Duobus cyathis ordei bene paſcitur una gallina, quæ ſit uaga. Supponenda ſunt his ſemper ouа numero impari, luna creſcente, à decima uſq; in quintamdecimā. Pituita his naſci ſolet, quæ alba pellicula linguam ueſtit extremam. Hæc leuiter unguibus uellitur, & locus cinere tangitur, & allio trito plaga mundata conſpergitur. Item allij micæ tritæ cum oleo faucibus inſeritur. Staphiſagria etiam prodeſt, ſi cibis miſceatur aſſidue. Si amarum lupinum comedant, ſub oculis illis grana ipſa procedunt, quæ niſi acu leuiter apertis pelliculis auferantur, extinguunt. Oculos portulacæ ſuco forinſecus, & mulieris lacte curemus, uel hammoniaco ſale, cui mel, & cumini æquale miſcentur. Pediculos earum perimit ſtaphiſagria, & torrefactum ciminum pari pondere, & pariter tunſa cum uino, & amari lupini aqua, ſi penetret ſecreta pennarum.

De Pauonibus. T. XXVIII.

PAVONES nutrire facillimum est, nisi fures, aut animalia inimica formides, qui plerunq; per agros uagantes sponte se pascunt, pulloscq; educunt, et altissimas uespere arbores petunt. Vna uero his cura debetur, ut incubantes per agrum fœminas quæ hoc passim faciunt, à uulpe custodias. Ideo in insulis breuibus meliori sorte nutriuntur. Vni masculo fœminæ quinq; sufficiunt. Masculi oua, & pullos suos persequuntur uelut alienigenas, prius q̃ illis cristarum nascatur insigne. Ab idibus Februarijs calere incipiunt. Faba leuiter torrefacta in libidinem prouocantur, si eis quinto quoq; die tepida præbeatur. Sex cyathi uni sufficiunt. Cupidinem coeundi masculus confitetur, quoties circa se amictum caudæ gemmantis incuruat, & singularum capitia occulta pennarum locis suis exerit cum stridore procurrens. Si oua pauonum gallinis supponantur, excusatæ matres ab incubatione tribus uicibus per annum fœtus edunt. Primus partus quinq; ouorũ, secundus quatuor, tertius trium, uel duorum esse consueuit. Sed electæ (si hoc placuerit) nutrices gallinæ sint, quæ à primo incremento lunæ nouem diebus habeant nouem oua supposita, quinq; pauonina, et cætera sui generis. Decima die oua omnia gallinacea subtrahantur, & alia item gallinacea totidem recentia supponantur, quot ablata sunt, ut trigesima luna, hoc est expletis triginta diebus, possint cum pauonis ouis aperiri. Oua autem pauonum, quæ gallinæ subiecta sunt, sæpe manu conuertantur, quia hoc ipsa facere uix ualebit. Vnam partem oui notabis, ut te subinde conuertisse cognoscas. Maiores tamen gallinas oportet eligere, nam minoribus pauciora suppones. Natos autem pullos si ad unam transferre à pluribus uelis, dicit Columella uix nutrica uigintiquinque sufficere. Mihi uero, ut bene educi possint, uidentur quindecim satis esse. Primis diebus far ordei consperſum uino, pullis dabitur, uel undecunq; cocta pulticula, & refrigerata. Postea adijcietur porrum concisum, uel caseus recens, sed expressus, nam serum pullis nocet. Locustæ etiam pedibus ablatis præbentur. Ita pascendi sunt usq; ad sextum mensem. Deinde ordeum poteris præbere solenniter. Trigesimoquinto tamen die postquam nati sunt, etiam in agrũ tutò eijci possunt comitante nutrice, pascendi, cuius singultu reuocantur ad illam. Pituitas uero, & cruditates ijs remedijs submouebis, quibus gallina curatur. Maximum illis periculum est, cum incipit crista produci, nam patiuntur langores infantum similitudine, cum illis tumentes gingiuas denticuli aperire nituntur.

De Phasianis. T. XXIX.

IN phasianis nutriendis hoc seruandum est, ut nouelli ad creandos fœtus parentur, idest qui anno superiore sunt editi. ueteres enim fœcundi esse non possunt. Ineunt fœminas mense Martio, uel Aprili. Duabus unus masculus sufficit, quia cæteras aues salacitate non æquat. Semel in anno fœtus creant. Viginti ferè ouis pariẽdi ordo concluditur. Gallinæ his melius incubabunt, ita ut quindecim phasianina oua nutrix una cooperiat, & cætera sui generis supponantur. In supponendo, de luna, & diebus quæ sunt in alijs dicta seruentur. Trigesimus dies maturos pullos in lumen emittet. Sed per quindecim dies discocto, ac refrigerato leuiter ordei farre pascentur, cui uini imber aspergatur. Pòst triticum fractum præbebis, & locustas, & oua formicæ. Sanè ab aquæ prohibeantur accessu, ne eos pituita concludat. Quod si pituitam patientur phasiani, allio cum picè liquida trito rostra eorum debebis assiduus perfricare, uel uitium, sicut gallinis fieri consueuit, auferre. Saginandi hæc ratio est, ut unius modij triticea farina in breuissimas offulas redacta clauso phasiano per. XXX. dies ministrata sufficiat. uel, si ordeaceam farinam præbere uolueris, unius, & semissis modij farina per prædictos dies saginam replebit. Obseruandum sanè est, ut offulæ ipsæ oleo leuigentur aspersò, & ita inserantur faucibus, ne sub infima linguæ parte mergantur. quod si euenerit, statim pereunt. Illud quoq; magnopere curemus, ne præbeantur noua alimenta, nisi digestis alijs, quia eos facillime onus cibi hærentis extinguit.

De Anseribus. T. XXX.

ANSER sanè nec sine herba, nec sine aqua facile sustinetur. locis consitis inimicus est, quia sata & morsu lædit, & stercore. pullos præstat, & plumas, quas & autumno uellamus, & uere. Vni masculo tres fœminæ sufficiant. Si desit fluuius, lacuna formetur. Si herba non suppetit, trifolium, fœnum græcum, agrestia intyba, lactucas seremus alimento. Albi fœcundiores sunt, uarij, uel fusci minus, quia de agresti genere ad domesticum transierunt. Incubant à Calendis Martij usq; ad æstiuum solstitium. Plus pariet, si gallinis oua illarum supponantur. Extremum partum matribus iam uacaturis educare permittimus. parituræ ad haram perducantur. Cum semel hoc fecerit, consuetudinem sponte retinebunt. Gallinis sicut pauonina, etiam anseris oua supponas. Sed anserina oua ne nocœant suppositis, subijciatur urtica. Parui primis decem diebus intus pascendi sunt,

postea sereno eos poterimus educere, ubi urticæ non fuerit, cuius aculeos reformidant. Quatuor mensibus bene saginantur, nam melius pinguescunt in tenera ætate. Polenta dabitur in die ter. Large uagandi licentia prohibetur, loco obscuro claudentur, & calido, sic maiores etiam secundo mense pinguescunt. Nam paruuli sæpe die trigesimo moriuntur. Saginantur uero melius, si ad satietatem milium præbeamus infusum. Inter anserum cibaria legumen omne porrigi potest, excepto eruo. Cauendum est etiam, ne pulli eorum setas glutiant. Græci saginandis anseribus polentæ duas partes, & furfuris quatuor aqua calida temperant, & ingerunt pro appetentis uoluptate sumunda. tribus per diem uicibus potui adiuuant. media quoq; nocte aquã ministrant. peractis uero. XXX. diebus, si ut iecur his tenerescat, optabis, tunsas cæricas, & aqua maceratas in offas uolutabis exiguas, & per dies uiginti continuos ministrabis anseribus.

De piscinis. T. XXXI.

HIS ordinatis, cætera exequenda sunt. Nam piscinæ duæ uel solo impressæ, uel cæso lapide arcæ uillam esse debebunt, quas facile est aut fonte, aut imbre suppleri, ut una ex his usui sit pecoribus, uel auibus aquaticis, alia madefaciat uirgis, & coria, & lupinos, & siqua rusticitas consuescit infundere.

De fœnili, paleario, lignario. T. XXXII.

FOENI, palearum, ligni, cannarum repositiones nil refert in qua parte fiant, dummodo siccæ sint, atq; perflabiles, & longe remoueantur à uilla propter casum surripientis incendij.

De sterquilinio. T. XXXIII.

STERCORVM congestio locum suũ tenere debebit, qui abundet humore, & propter fœtoris horrenda à prætorij conuertatur aspectu. Humor abundans hoc præstabit stercori, ut siqua insunt spinarum semina, putrefiant. Stercus asinorum primum est maxime hortis, deinde ouillum, & caprinum, & iumentorum, porcinum uero pessimum, cineres optimi. Sed columbinum feruidissimum, cæterarumq; auium satis utile est, excepto palustrium. Stercus, quod anno requieuerit, segetibus utile est, nec herbas creat. si uetustius sit, minus proderit. Pratis uero recentia stercora proficient ad uber herbarum. Et maris purgamenta, si aquis dulcibus eluantur, mista reliquis uicem stercoris exhibebunt, & limus, quem scaturiens aqua, uel fluuij incrementa respuerint.

De locis horti, et pomarij, et sepibus, et serendi tẽpore. T. XXXIIII.

HORTI, & pomaria domui proxima esse debebunt. Hortus sit sterquilinio maxime subiectus, cuius succo sponte fœcundet. Ab area longe situs sit, nam puluerem palearum patitur inimicum. Felix positio est, cui leniter inclinata planities cursus aquæ fluentis per spatia discreta deriuat. Si fons desit, aut imprimendus est puteus, aut, si nequeas hoc, piscina superius construenda est, ut illinc aquas plurua conferente, hortus per æstiuos rigetur ardores. Si hac omni facultate careueris, semper altius tribus, uel quatuor pedibus ad pastini similitudinem fodies hortulũ, qui sic cultus negligat sicitates. Sed huic quãuis contra necessitatem mista stercore quælibet terra conueniat, tamen hæc genera sunt in electione uitanda, creta, quam argillam dicimus, atq; rubrica. Illud quoq; custodies in hortis, quos humoris natura non adiuuat, ut diuidas per partes, & hyeme ad meridiem, æstate ad septentrionem spatia colenda conuertas. Debent etiam horti esse clausi, sed munitionis multa sunt genera. Alij luto inter formas clauso, parietes figuratos ex lateribus imitantur. Quibus copia suppetit, macerias luto, et lapide excitant. Pleriq; sine luto cõgesta in ordinẽ saxa cõponunt. Nonnulli fossis spatia colenda præcingunt, quod uitandum est, quia horto subducit humores, nisi forte locus palustris colatur. Alij spinarum plantas, & semina in munitione disponunt. Sed melius erit rubi semina, & spinæ, quæ rubus caninus uocatur, matura colligere, & cum farina erui ex aqua macerata miscere, funes dehinc sparteos ueteres hoc genere mistionis sic inducere, ut intra funes semina recepta seruentur usq; ad uerni temporis initia. Tunc ubi sepes futura est, duos sulcos tribus à se pedibus separatos sesquipedis altitudine facimus, & per utrosq; funes cum seminibus obruemus leui terra. Ita trigesima die procedunt sentes, quos teneros amminiculis opus est adiuuare, quibus inter se sentes per spatia uacua relicta iungentur. Partes sanè horti sic diuidendæ sunt, ut eæ, in quibus autumno seminabitur, uerno tempore pastinentur. quas seminibus uere complebimus, autumni tempore debebimus effodere. Ita utraq; pastinatio decoquetur beneficio algoris, aut solis. Areæ faciendæ sunt angustiores, & longæ, idest duodecim pedum longitudine, & sex latitudine, ut sint propter spatia utrinq; purganda diuisæ. Margines uero earum locis humidis, uel irriguis duobus pedibus eriguntur, siccis uno extulisse sufficiet. Inter areas (si humor consueuit effluere) spatia altiora ipsis areis esse debebunt, ut facilius ingrediatur aream de superiore parte humor admissus, & ubi sitientem saturauerit, in alias possit exclusus auerti.

Serendi tempora licet per menses certa signemus, tamen secundum loci, & cœli naturam unusquisq; custodiat. Frigidis locis autumnalis satio celerior fiat, uerna uero tardior. Calidis autem regionibus, & autumnalis serior fieri potest, & uerna maturior. Quæcunq; serenda sunt, cum luna crescit, seminentur, quæ secanda sunt, uel legenda, cum minuitur.

De remedijs horti, uel agri. T. XXXV.

CONTRA nebulas, & rubiginem, paleas, & purgamenta pluribus locis per hortum disposita simul omnia, cum nebulas uideris instare, combures. Contra grandinem multa dicuntur. Panno roseo mala cooperitur. Item cruentæ secures contra cœlum minaciter leuantur. Item omne horti spatium alba uite præcingitur, uel noctua pennis patentibus extensa suffigitur, uel ferramenta, quibus operandum est, sepo unguntur ursino. Aliqui ursi adipem cum oleo tusum reseruant, & falces hoc, cum putaturi sunt, ungunt. Sed hoc in occulto debet esse remedium, ut nullus putator intelligat, cuius uis tanta esse perhibetur, ut neq; gelu, neque nebula, neq; alio malo possit noceri. Interest etiam ut res profanata non ualeat. Contra culices, & limaces uel amurcam recentem, uel ex amuris fuliginem spargimus. Contra formicas, si in horto habent foramen, cor noctuæ admoueamus, si foris ueniunt, omne horti spatium cinere, aut cretæ candore signemus. Contra erucas semina, quæ spargenda sunt, semperuiuæ succo madefiant, uel erucarum sanguine. Cicer intra olera propter multa portenta serendum est. Aliqui cinerem de fico super erucas spargunt. Item squillam uel in horto serunt, uel certe suspendunt. Aliqui mulierem menstruantem, nusquã cinctam, solutis capillis, nudis pedibus contra erucas, & cætera hortum faciunt circumire. Aliqui fluuiales cancros pluribus locis intra hortum clauis figunt. Contra animalia, quæ uitibus nocent, cantharides, quas in rosis inuenire consueuimus, oleo mersas resolui patieris in tabem, & cum putandæ sunt uites, hoc oleo falces putatorias perunges. Extinguntur cimices amurca, & felle bubulo lectis, aut locis perunctis, uel folijs ederæ tritis ex oleo, uel incensis sanguisugis. Vt olera animalia infesta non generent, in corio testudinis omnia semina, quæ sparsurus es, sicca. uel mentam locis pluribus maxime inter caules sere. hoc præstare fertur eruum aliquantulum satum, præcipue ubi radices, & rapa nascuntur. Vel acre acetum succo insquiami mistum fertur olerũ pulices necare, si spargas. Campas fertur euincere, qui fusticulos allij sine capitibus per horti omne spatium comburens, nidorem locis pluribus excitarit. Si contra easdẽ uitilus

tilus uoluerimus consulere, allio trito falces putatoriæ feruntur ungendæ. Nasci quoq; prohibentur, si circa arborum, uel uitium crura bitumen, & sulfur incendas. Vel si ablatas de horto uicino campas excoquas aqua, & per horti tui spatia uniuersa diffundas. Ne cantharides uitibus noceant, in cote, qua falces acuuntur, ipsæ sunt conterendæ. Democritus asserit, neq; arboribus, neq; satis quibuslibet noceri posse à quibuscunq; bestijs, si fluuiales cancros plurimos, uel marinos, quos græci καράβους nominant, non minus q̃ decem fictili uasculo in aqua missos tegas, & sub dio statuas, ut decem diebus sole uaporentur. Postea quæcunq; illæsa uolueris esse, ea aqua perfundas, & octonis diebus peractis hoc repetas, donec solide, quæ optaueris adolescant. Formicas abiges, si origano, & sulfure tritis foramen asperges. Hoc & apibus nocet. Item cochlearum uacuas testas si usseris, & eo cinere foramen inculces. Culices galbano infuso fugantur, aut sulfure. Pulices amurca per pauimentum frequenter aspersa, uel cimino agresti cum aqua trito, uel si cucumeris agrestis semen aqua resolutũ sæpe infundes, uel aquam lupinorum psilotri austeritatibus iunctam. Mures si amurcam spissam patinæ infuderis, & in domo nocte posueris, adhærebunt. Item necabuntur, si helleboro nigro caseum, uel panem, uel adipes, uel polentam permiscas, & offeras. Et agrestis cucumeris, & coloquintidis suffusio sic nocebit. Aduersus mures agrestes Apuleius asserit semina bubulo felle maceranda ante, q̃ spargas. Nonnulli rhododaphnis folijs aditus eorum claudunt, qui rosis his, dũ in exitu nituntur, intereunt. Talpas græci hoc genere persequuntur. Nucem perforari iubent, uel aliquod pomi genus soliditatis eiusdem. Ibi paleas, & cerã cum sulfure sufficienter includi. Tunc omnes paruulos aditus, & reliqua spiramenta talparum diligenter obstrui, unũ foramen, quod amplum sit reseruari, in cuius aditu nucem intus incensam sic pomi, ut ab una parte flatus possit accipere, quos ab alia parte diffundat, sic impletis fumo cuniculis talpas uel fugere protinus, uel necari. Mures rusticos, si querneo cinere aditus eorum saturet, attactu frequenti scabies occupabit, ac perimet. Serpentes propè omni austeritate fugantur, & nocentes spiritus innocentia fumi grauiolentis exagitat. Vramus galbanum, uel cerui cornua, radices lilij, capræ ungulas. Hoc genere monstra noxia prohibentur. Opinio græcorum est, si nubes locustarum repente surrexerint, latentibus intra tecta cunctis hominibus eam posse trãsire. quod si inobseruantes homines sub aere deprehendant, nulli fructuum noceri, si continuo omnes ad tecta confugiant. Pelli etiam dicuntur amari lupini, uel agrestis cucumeris aqua decocta, si muriæ mista fundatur. Existimant aliqui

locustas, uel scorpios fugari posse, si aliqui ex eis urantur in medio. Campas nonnulli ficulneo cinere persequuntur. si permanserint, urina bubula, & amurca æqualiter mista conserueant, & ubi refrixerint, olera omnia hoc imbre consperge. παρανομίαν græci uocant animalia, quæ solent hortis nocere. ergo uentriculum uerueas statim occisi plenum sordibus suis spatio, quo abundant, leuiter debebis operire. Post biduum reperies ibi animalia ipsa congesta. Hoc cum bis, uel tertio feceris, genus omne, quod nocebit, extingues. Grandi ni creditur obuiare, siquis crocodili pellem, uel hyænæ, uel marini uituli per spatia possessionis circumferat, & in uillæ, aut cortis suspendat ingressu, cum malum uiderit imminere. Item si palustrem testudinem dextra manu supinam ferens uineas perambulet, & reuersus eodem modo sic illam ponat in terra, & glebas dorsi eius obijciat curuaturæ, ne possit inuerti, sed supina permaneat. Hoc facto fertur spatium sic defensum nubes inimica transcurrere. Nonnulli ubi instare malum uiderint, oblato speculo imaginem nubis accipiunt, & hoc remedio nubem (seu ut sibi obiecta displiceat, seu tanq̃ geminata alteri cedat) auertunt. Item uituli marini pellis in medio uinearum loco uni superiecta uiticulæ creditur contra imminens malum totius uineæ membra uestisse. Omnia semina horti, uel agri feruntur ab omnibus malis, ac monstris tuta seruari, si agrestis cucumeris tritis radicibus ante macerentur. Item equæ cæluaria, sed non uirginis intra hortum ponenda est, uel etiam asinæ. Creduntur enim sua præsentia fœcundare, quæ spectant.

De area. T. XXXVI.

AREA longe à uilla esse non debet, & propter exportandi facilitatem, & ut fraus minor timeatur domini, uel procuratoris uicinitate suspecta. Sit autem uel strata silice, uel saxo montis excisa, uel sub ipso trituræ tempore unguli pecorum, & aquæ ammistione solidata, clausa deinde, & robustis munita cancellis propter armenta, quæ, cum teritur, inducimus. Sit circa hanc locus alter planus, & purus, in quem frumenta transfusa refrigerẽtur, & horreis inferãtur, quæ res in eorum durabilitate proficiet. Fiat deinde undecunq; proximum tectum, maxime in humidis regionibus, sub quo propter imbres subitos frumenta (si necessitas coegerit) raptim uel munda, uel semitrita ponantur. Sit autem area loco sublimi, & undecunq; perflabili, longe tamen ab hortis, uineis, atq; pometis. nam sicut radicibus uirgultorum prosunt lætamen, & paleæ, ita insidentes frondibus eas ꝓforant, atq; arere compellunt.

De Apium cæstris. T. XXXVII.

APIBVS stationem non longe à domini ædibus in horti parte secreta, & apricà, & à uentis remota, & calidiore locare debemus: quæ in quadratam constituta mensuram sueres, & accessus hominum, pecudumq; submoueat. Sit abundans floribus, quos in herbis, uel in fruticibus, uel in arboribus procuret industria. Herbas nutriat, origanum, thymum, serpyllum, satureiam, melissophyllum, uiolas agrestes, affodillum, citraginem, amaracum, hyacinthum, qui iris, uel gladiolus dicitur similitudine foliorum, narcissum, crocum, cæteraſq; herbas suauissimi odoris, et floris. In fruticibus uero sint rosæ, lilia, fabæ, rosmarinus, ederæ. In arboribus ziziphus, amygdalus, persicus, pyrus, pomiferæq; arbores, quibus nulla amaritudo respondet flore, uel succo. Syluestria uero glandifera robora terebinthus, lẽtiscus, cædrus, tilia, ilex minor, & cinus, sed taxi remoueantur inimicæ. Primi saporis mella thymi sucus effundit. Secundi meriti timbra, serpyllum, uel origanum. Tertij meriti rosmarinus, & satureia. Cætera, ut arbutus, & olera, saporem rustici mellis efficiunt. Sint autem arbores à septentrionali parte dispositæ. Frutices, atq; uirgulta ordines suos sub macerijs exequantur. Herbas deinde in plano post frutices conseremus. Fons, uel riuus huc conueniat otiosus, qui humiles transeundo formet lacunas, quas operiant rara, & transuersa uirgulta, sedes tutas apibus præbitura, cum sitient. Sed ab his apium cæstris longe sint omnia odoris horrendi, balneæ, stabula, coquinæ fusoria. Fugabimus præterea animalia, quæ sunt apibus inimica, lacertos, blattas, & his similia. Aues etiam pannis, & crepitaculis terreamus. Purus custos, frequens, & æstus acædat, habens noua alueania præparata, q̃bus excipiatur examinum rudis iuuentus. Vitetur odor cœni, & cinær adustus, et locus, qui ad humanam uocem falsa imitatione respondet. Absint & herbæ, titimallus, helleborum, tapsia, absinthium, cucumis agrestis, & omnis amaritudo conficiendæ aduersa dulcedini.

De nasculis Apium formandis. T. XXXVIII.

ALVEARIA meliora sunt, quæ cortex formabit raptus ex subere, quia non transmittunt uim frigoris, aut caloris. possunt tamen & ex ferulis fieri. si hæ desint, salignis uiminibus fabricentur, uel ligno cauatæ arboris, aut tabulis, more cuparum. Fictilia deterrima sunt, quæ & hyeme gelantur, & æstate feruescunt. Sed inter ea loca, quæ muniri debere præcepimus, podia ternis alta pedibus fabricẽtur inducta testaceo, & albario opere leuigata propter lacertarum, cæte-

rorumq; animalium noxam, quibus est moris irrepere, & supra hæc podia aluearia collocentur, ita ut non possint imbre penetrari, spatiolis inter se patentibus segregata. Angustus tamen aditus admittat exanima propter frigoris, & caloris iniuriam. Sanè uentis frigidioribus altus paries resistat, qui locum possit defensis sedibus apricare. Aditus omnes soli opponantur hyberno, qui in uno corpore duo, uel tres esse debebunt ea magnitudine, quæ apis formam non possit excedere. Sic enim noxijs animalibus ingressu resistetur angusto. uel si apes obsidere uoluerint exeuntes, alio, ubi non fuerint, utentur egressu.

De Apibus emendis. T. XXXIX.

APES si emendæ sunt, prouideamus ut plena aluearia comparentur, quam rem uel inspectio, uel murmuris magnitudo, uel frequentia monstrat commeantis, ac remeantis examinis, & ex uicina potius q̃ ex longinqua regione, ne aeris nouitate tententur. Si uero longius aduehẽdæ sunt, collo nocte portentur, nec collocare, nec aperire aluearia nisi uespere instante debemus. Speculemur deinde per triduum, ne omne ianuas suas egrediatur examen. Hoc enim signo fugam meditantur assumere. Contra hæc, & cætera suo unũquodq; mense reuidebimus. Tamen creduntur non fugere, si stercus primogeniti ùituli adlinamus oribus uasculorum.

De balneis. T. XL.

NON alienum est, si aquæ copia potiatur, patremfamilias de structura balnei cogitare. quæ res & uoluptati plurimum confert, & saluti. Itaq; balneum constituemus in ea parte, qua calor futurus est, loco ab humore suspenso, ne id uligo fornacibus uicina refrigeret. Lumina ei dabimus à parte meridiana, & occidentis hyberni, ut tota die solis iuuetur, & illustretur aspectu. Suspensuras uero cællarum sic facies. Aream primo bipedis sternis, inclinata sit tamen stratura ad fornacem, ut si pilã miseris, intrò stare non possit, sed ad fornacem recurrat. Sic eueniet, ut flãma altum petendo, cællas faciat plus calere. Supra hanc straturã pilæ laterculis argilla subacta, & capillo constructæ fiant distantes à se spatio pedis unius, & semissis, altæ pedibus binis semis. Super has pilas bipedæ constituãtur binæ in altum, atq; his superfundantur testaceæ pauimenta, et tunc, si copia est, marmora collocentur. Miliarium uero plumbeum, cui ærea patina sub est, inter soliorum spatia forinsecus statuemus fornaci subiecta, ad quod miliarium fistula frigidaria dirigatur, & ab hoc ad solium

similis

similis magnitudinis fistula procedat, quæ tantum calidæ ducat interius, quantum fistula illi frigidi liquoris intulerit. Cællæ autem sic disponantur, ut quadræ non sit, sed (uerbi gratia,) si. XV. pedibus longæ fuerint. X. latæ sint. fortius enim uapor inter angusta luctabitur. Soliorum forma pro uniuscuiusq; uoluntate fundetur. Piscinales cællæ in æstiuis balneis à septentrione lumen accipiant, in hyemalibus à meridie. Si fieri potest, ita constituantur balneæ, ut omnis earũ per hortos decurrat eluuies. Cameræ in balneis si signinæ fiant, fortiores sunt. Quæ uero de tabulis fiunt, uirgis ferreis transuersis, & ferreis arcubus sustinẽtur. Sed si tabulas nolis imponere, super arcus, ac uirgas, bipedas constitues ferreis anchoris colligatas, capillo inter se, atq; argilla subacta cohærentes, & ita impensam testaceam subter inducis. deinde albarij operis nitore decorabis. Possumus etiam, si compendio studemus, hyberna ædificia balneis imponere. hinc & habitationi teporem submittimus, & fundamenta lucrabimur.

De malthis, calidaria, & frigidaria. T. XLI.

SCIRE conuenit, quoniam de balneis loquimur, quæ sunt malthæ calidariæ, uel frigidariæ, ut si quando in solijs scissa sunt opera, possit repente succurri. Calidariæ compositio talis est. Picem duram, ceram albam ponderibus æquis, stupam picis liquidæ totius ponderis dimidiam partem, testam minutam, florem calcis, omnia simul mista in pila contundes, & iuncturis curabis inserere. Aliter. Ammoniacum remissum, ficum, stupam, picem liquidam tundis pilo, & iuncturas oblinis. Aliter. Ammoniacum, & sulfur utrunq; resolutum line, uel infunde iuncturis. Item picem duram, ceram albam, & ammoniacum super remissum, simul iuncturis adline, & cauere cuncta percurre. Item florem calcis cum oleo mistum iuncturis illine, & caue ne mox aqua mittatur. Aliter. Sanguini taurino, et oleo florem calcis admisce, & rimas coniunctionis obducito. Item ficũ & picem duram, & ostrei testas siccas simul tundes. His omnibus iuncturas diligenter adlines. Item malthæ frigidariæ, sanguinem bubulum, florem calcis, scoriam ferri, pilo uniuersa contundes, et ceroti instar efficies, & curabis adlinire. Item seuũ liquefactum cribellato cineri admistum frigidæ aquæ inter rimas labẽti, si allinatur, obsistet.

De pistrino. T. XLII.

SI AQVAE copia est, fusura balnearum debent pristina suscipere, ut ibi formatis aquarijs molis sine animalium, uel hominum labore frumenta frangantur.

De instrumentis agrestium. T. XLIII.

INSTRVMENTA uero hæc, quæ ruri necessaria sunt, præparemus. Aratra simplicia, uel si plana regio permittit, aurita, quibus possint contra stationes humoris hyberni, satu ælsiore sulco attolli. Bidentes, dolabras, falces putatorias, q̃bus in arbore utamur, & uite. item messorias, uel fœnarias, ligones, lupos, ideſt serrulas manubriatas minores, maioresq; ad mensuram cubiti, q̃bus facile est, quod per serram fieri non potest, resecando truncꝰ arboris, aut uitis interseriacus, p̃ quas in pastinis sarmẽta merguntur, falces à tergo acutas, atq; lunatas, cultellos item curuos minores, per quos nouellis arboribus surculi aridi, aut extantes facilius amputentur. Item falciculas breuissimas tribulatas, q̃bus filicẽ solemus abscindere, serrulas minores, uangas, runcones, q̃bus uepreta psequimur, secures simplices, uel dolabratas, sarculos, uel simplices, uel bicornes, uel ascias in auersa parte referentes rastros. Item cauteres, cæstratoria ferramenta, atq; tonsoria, uel quæ ad animalium solent pertinere medicinam. Tunicas uero pelliceas, cum cucullis, et ocreas, manicasq; de pellibus, quæ uel in sylus, uel in uepribus, rustico operi, & uenatorio possint esse communes. Expletis ijs, quæ pertinent ad generale præceptum, nunc operas suas singulis mensibus explicabimus, & à mense Ianuario faciemus initium.

PALLADII DE RE RVSTICA LIBBER SECVNDVS.

De ablaqueandis uitibus. T. I.

IANVARIO Mense locis temperatis ablaqueandæ sunt uites, quod Itali excodicare appellant, ideſt circa uitis radicem dolabra terram diligenter aperire, & purgatis omnib usuelut lacus efficere, ut solis teporibus, & imbribus pronocentur.

De pratis abstinendis in locis macris. T. II.

APRICIS, aut macris, aut aridis locis pratu iam purganda sunt, & à pecore uindicanda.

De proscindẽdis agris, et iungẽdis bobus, uel arãdi disciplina. T. III.

PINGVES, & sicci agri proscindi, & apparari iam possunt.

Sed boues melius collo, q̃ capite iunguntur, quos, ubi ad uersuram uenerint, arator retineat, & iugum propellat, ut eorum colla refrigerentur. Sulcus autem in arationibus longior, q̃ centum uiginti pedum esse non debet. Seruandum uero est, ne inter sulcos non mota terra relinquatur. Glebæ omnes dolabris dissipandæ sunt. Sed æqualiter terram motam esse cognoscis, si transuersam per sulcos perticam mittas. Quæ res sæpius facta, bubulcos ab hac negligentia submouebit. Obseruandum est, ne lutosus ager aretur, aut (quod sæpe fit) post longas siccitates leui imbre perfusus. Nam terra, quæ lutosa tractatur in primordio, fertur toto anno non posse tractari. Quæ autem supra leuiter infusa est, & subter sicca, si tunc aretur, asseritur per triennũ sterilis fieri. Et ideo mediocriter infusus ager, ut nec lutosus, nec aridus sit, proscindi debet. Si collis est, transuersus per latera sulcatur. Quæ forma tunc seruanda est, cum semen accipiet.

De ordeo gallatico serendo. T. IIII.

SI clemens fuerit hyems, ordeum gallaticum, quod graue, & candidum est, circa idus Ianuarias seramus locis temperatis. Octo modijs iugerum complebitur.

De cicerula serenda. T. V.

CICERCVLA hoc mense seritur loco læto, cœlo humido. Tres modij iugerum complent. Sed hoc genus seminis raro respondet, quia decapitur austro, uel siccitate dum floret, quod tunc propè necesse est euenire.

De uicia serenda, cum disciplina sua. T. VI.

HOC Mense ultimo colligendi seminis causa non pabuli secandi uicia seritur. Iugerũ sex modij occupant. Serenda est in terra proscissa post horam secundam, uel tertiam, cum ros esse desierit, quem ferre nõ potest. Sed statim cooperienda est ante noctem. Nam si nuda manserit, noctis humore corrumpitur. Obseruandũ est ne ante uigesimam quintam lunam seratur, quia sic satum limaces persequuntur.

De fœno græco serendo. T. VII.

FOENVM Græcum in Italia colligendi seminis causa, mense Ianuario ultimo, circa februarias Calendas serimus. Sex modij iugero sufficiunt. Arandum est spisse, sed non alte. Nam si plus q̃ quatuor digitis obruatur, difficile nascitur. Icirco quidam minimis aratris proscissa prius terra seminant, & sarculis statim satu cooperiunt.

De eruo serendo. T. VIII.

ERVVM seri & hoc mense nouissimo potest loco sicco, & macro. In iugero quinq; modij seruntur.

De sarriendis frumentis, & leguminibus. T. IX.

HOC mense serenis, & siccis diebus, dum gelicidiũ non est, sunt sarculanda frumenta. Quod opus pleriq; negant fieri debere, quia radices eorum detegantur, aut incidantur, & necentur frigore subsecuto. Mihi autem uidetur herbosis locis tantum esse faciendum. Sed triticum, & far sarritur quatuor foliorum, ordeum quinq;, faba, & legumina, cum supra terram quatuor digitis fuerint. Lupinus uero, qui unam radicem habet, si sarculetur, extinguitur, quod nec desyderat, quia herbas præter auxilium cultoris affligit. Faba autem si bis sarculetur, proficiet, & multum fructum, & maximum afferet, ut ad mensurã modij complendi fresa propemodũ sicut integra respondeat. Si siccas segetes sarculaueris, aliquid contra rubiginẽ præstitisti, maxime si ordeum siccum sarrietur.

De pastinandi generibus, & scrobibus uitium. T. X.

PASTINVM fieri nunc tempus est. quod fit tribus generibus, aut terra in totum fossa, aut sulcis, aut scrobibus. Terra tota debet effodi, ubi ager immundus est, ut syluestribus truncis, & radicibus filicis, uel herbarũ noxiarum spatia liberentur. Vbi autem mundæ sunt nouales, scrobibus pastinemus, aut sulcis. sed sulcis melius erit, qa humorẽ in tota spatia pastinata transmittunt. Fiunt ergo sulca tantæ longitudine, quantam destinaueris tabulæ, latitudine pedum duorũ & semis, uel triũ, ita ut iuncti duo fossores designatũ linea spatium bidẽtibus pſequantur altitudine triũ, uel duorũ, et semis pedũ. Deinde si per homines uinea colẽda est, tantũ crudi soli relinquimus, & sic alter sulcus imprimitur. Si uero arandæ sunt uineæ, quinq;, uel sex pedũ spatia, quæ nõ sunt fodienda, in medio relinquemus. Quod si scrobes fieri placeat, faciemus tribus pedibus altas, duobus semis latas, tribus longas. siue fossoribus colãtur uineta, seu bubus, eadẽ spatia quæ inter sulcos sunt dicta, seruare debemus. Vltra uero tres pedes altius fodiendæ scrobes non sunt, ne laborent frigore sarmenta, quæ pangimus. Latera scrobibus æqualiter incisa sint, ne obliqua uitis saucietur alte nitentibus ferramentis cum fossor incumbet. Pastini uero, quod omne uersabitur, triũ, uel duorũ semis pedum altitudine terra uniuersa fodietur, in quo erit diligentia, ne crudũ solum fraude occulta

culta fossor includat. Quam rem subinde custos uirga, in qua prædictæ altitudinis modus designatus est, per spatia, quæ fodiuntur, exploret. Radices omnes, & purgamenta, maxime rubi, et filicis in summũ regeri faciat. Quæ cura in omni positiõis genere, et ubiq; seruãda est.

De tabulis uinearum. T. XI.

TABVLAS autem pro domini uoluntate, uel loci ratione faciemus, siue integrum iugerum continentes, seu medium, seu quartanariam tabulam, quæ quartam iugeri partem quadratã conficiet.

De mensura pastini. T. XII.

MENSVRA uero pastini hæc est, ut in tabula quadrata iugerali, centeni octogeni pedes per singula latera dirigantur, qui in se multiplicati trecentas uiginti quatuor decem pedas quadratas per spatium omne complebunt. secundum hunc numerum omnia, quæ uolueris pastinare, discutes. Decem & octo enim decem pedæ, decies et octies supputatæ, trecentas uiginti quatuor explebunt. Quo exemplo doceberis in maiore agro, uel minore mensuram.

De solo, & cœlo, & loco pangendis uineis congruenti, & ea, quæ illuc pertinet, disciplina. T. XIII.

SED solum uineis ponendis nec spissum sit nimis, nec resolutum, propius tamen resoluto, nec exile, nec lætissimũ, tamen læto proximũ, nec campestre, nec præceps, sed potius edito campo, nec siccum, nec uliginosum, modicæ tamen rosidum, nec salsum, nec amarũ, quod uitium sapore corrupto uina contristat. Cœlum mediocris qualitatis, tepidum tamen magis q̃ frigidũ, siccum potius q̃ nimis imbridum. Sed ante omnia uitis procellas, uentosq; formidat. Ad pastinandũ rudes agros potius eligamus, uel maxime syluestres. Vltima cõditio est eius loci, in quo fuerunt uetusta uineta. Quod si necessitas coegerit, prius multis arationibus exerceatur, ut abolitis radicibus prioris uineæ, & omni earũ carie, & squallore depulso, nouella uitis tutius possit induci. Tofus, & alia duriora, ubi gelu relaxantur, & solibus, pulcherrimas uineas ferunt refrigeratis æstate radicibus, & humore detentor sed & soluta glarea, et calculosus ager, et mobiles lapides (si tamen hæc omnia glebis se pinguibus miscuerint) & silex, cui terra superposita est, quia frigidus est, & humoris tenax, radices æstate ferre nõ patitur. Item loca, ad quæ de cacuminibus terra decurrit, uel ualles, quas fluminum saturabit aggestio, sed hoc in ijs locis, quæ gelu, & nebulis infecta esse non possunt. Argillosa terra commoda est, argilla

autẽ ſola grauiter inimica, & cætera, quæ in generalibus dixi. Nam locus, qui miſera uirgulta produxerit, uel uliginoſus, uel ſalſus, uel amarus, uel ſiticuloſus, et aridus, reprobatur. Niger ſabulo, & rubẽs utilis eſt, ſed cui fortis terra permiſta eſt. Carbũculus, niſi ſtercoretur, macras uineas reddit. In rubrica difficilius cõprehẽdũt, q̃uis poſtea nutriantur. Sed hoc genus terræ operibus inimicum eſt, quia paruo humore nimis madeſcit, & paruo ſole nimis dureſcit. At maxime, utile ſolum eſt, quod inter omnes nimietates temperamentum tenebit, & raro proximum, quàm denſo fuerit. Plagam cœli uineæ ſpectare debet locis frigidis meridianã, calidis ſeptentrionalem, tepidis orientem, ſi tamen auſtros, uel euros regio non habeat inimicos. Quod ſi hoc eſt uitium, melius in aquilonem, uel fauonium uineta dirigimus. Sed locus qui paſtinandus eſt, prius impedimentis, & omnibus eliſis liberetur arboribus, ne poſt, cæcatu aſſiduo terra effoſſa ſolidetur. sic cãpus eſt, duobus ſemis pedibus paſtinetur, ſi cliuus, tribus, collis præruptus quatuor, ne citius terra decurrat, uallis uero duobus pedibus. Sed ager uliginoſus, qui humores altius foſſus eructat, ſicut rauennatis ſoli, non amplius quàm in pedem ſemis effodiatur. Illud experimentis aſſiduis cõprehendi, uites melius prouenire, ſi uel ſtatim foſſæ terræ, uel non longe ante pangantur, cum tumor paſtini nondum repetita ſoliditate ſubſedit. Hæc quoque in faciendis ſulcis, & ſcrobibus approbaui, maxime ubi mediocris eſt terra.

De lactuca, naſturtio, eruca, caulibus, allio, et ulpicõ ſerẽdis. T. XIIII.

MENSE Ianuario lactuca ſerenda eſt, uel Decembri, ut planta eius Februario trãsferatur. Itemq; Februario ſeritur, ut poſſit Aprili menſe trãsferri. Sed certũ eſt eã toto anno bene ſeri, ſi locus ſit lætus, ſtercoratus, irriguus. Ante q̃ pãgatur, radices eius reſecemus æqualiter, & liquido ſimo linamus, uel quæ iã pactæ ſunt, nudatæ lætamen accipiant. Amant ſolũ ſubactũ, pingue, humidum, ſtercoratum. Inter has herba manu euellẽda eſt, nõ ſarculo. Latior fit, ſi rara ponatur, uel cũ producere incipiet caulẽ, eo leuiter inciſo, gleba prematur, aut teſta. Candide fieri putantur, ſi fluminis arena, uel litoris frequenter ſpargatur in medias, & collectis ipſæ foliis alligentur. Si uitio loci, uel temporis, uel ſeminis cito lactuca durescit, planta eius aſſula, & denuo poſita teneritudinem conſequetur. Item multis ſeminibus condita naſcetur, ſi caprini ſtercoris bacam ſubula ſubtiliter exctauaueris, & in ea ſemen lactucæ, naſturtij, ocymi, erucæ, radicis immiſeris, & tunc inuolutum ſimo bacam, terra optime culta, breui ſcrobe demerſeris. Raphanus nititur in radicem, cætera ſemina in ſummo, lactuca

pariter mergente, proſiliunt, ſingulorum ſapore ſeruato. Alij hoc ita eſſe quiunt. Auulſæ lactucæ folia carpunt, quæ radicibus iuncta ſunt, & in eiſdem gradibus ſurculo punctis, præter raphanũ, ſemina ſupradicta deponunt, ac ſimo adlinunt. Sic obruta iterum lactucæ prædictorum ſeminũ caulibus ambietur. Lactuca dicta eſt, q̃ abundantia lactis exuberet. Hoc menſe naſturtium conſtat, & omni tempore eſſe ponendum, loco quali placebit, & cœlo ſimum non deſyderat. humorẽ, quamuis diligat, tamen deeſſe non curat. Si cum lactuca ſeratur, naſci fertur egregie. Et nunc, & menſibus, quibus uolueris, & locis, eruam ſerere nil morerus. Hoc etiam menſe caules, & toto anno ſeri poſſunt, ſed melius alijs, quibus adſcriptum eſt. Hoc etiã menſe allium, & ulpicum bene ſeritur, ſed allio alba terra proficiet.

De pomis, ſorbo, amygdalo, nuce, iuglande, & cæteris pomis. T. XV.

MENSE Ianuario, Februario, & Martio, locis frigidis, calidis uero Octobri, & Nouembri ſorba ſeruntur egregie, ita ut matura in ſeminario ipſa poma pãgantur. Ego expertus ſum multas arbores ex pomis ſpõte progenitas & in creſcendo, & in ferẽdo extitiſſe felices. Plantas etiã ſi quis ponere uoluerit, habebit arbitriũ, dummodo calidis locis menſe Nouẽbri, temperatis Ianuario, uel Februario, frigidis Martio inclinante diſponat. Amat locũ humida, montana, & frigidis proxima, & ſolũ pinguiſſimum, cuius indicium certiſſimũ facit, ſi frequens ubicunq; naſcatur. Planta eſt transferenda robuſtior, ſcrobem deſyderat altiorẽ, & ſpatia longiora, ut (quod illi maxime prodeſt) à uentis frequentibus agitata grandeſcat. Si uermes patietur infeſtos, qui in ea rufi, ac piloſi ſolent medullæ interna ſectari, aliquos ex his ſine arboris iniuria detractos, uicino crememus incendio. Creduntur hoc genere uel fugere, uel perire. Si minus ferre cœperit, tædæ cuneus eius radicibus inſeratur, uel circa partem ultimam foſſa facta, cumulo ingeſti cineris adæquetur. Menſe Aprili ſorba inſeruntur in ſe, in cydoneo, in ſpina alba, uel trunco, uel cortice, ſorba ſeruantur hoc genere. Lecta duriora, ac poſita, ubi miteſcere cœperint, fictilibus uſq; ad plenum claudantur urceolis, gypſo deſuper tectis, & bipedanea ſcrobe loco ſicco ſub ſole merguntur ore peruerſo, & deſuper ſpiſſius terra calcatur. Itẽ ſecta per partes ſiccantur in ſole, & ſeruãtur in naſculis in hybernũ. Cũ uoluerimus uti, aqua feruenti macerata reuireſcunt ſapore iucundo. Aliqui cũ pediculis ſuis uiridia lecta ſuſpẽdunt locis opacis, & ſiccis. Item ex ſorbis maturis, ſicut ex pyris uinũ fieri traditur, & acetũ. Alij ſorba in ſapa aſſerunt diu poſſe ſeruari.

De amygdalo.

AMYGDALVS seritur Ianuario, & Februario, item locis ætidis Octobri, & Nouembri, semine, & plantis, quæ de maiori radice tolluntur. Sed in hoc genere arboris nihil utilius est, q̃ seminariũ facere. Fodiemus ergo altam pede uno semis aream, in qua obruemus amygdala, non amplius quatuor digitis, ita ut acumina figamus in terra, spatio inter se binorum pedum separata. Amant agrum durũ, siccum, calculosum, cœlum ætidissimum, & quia mature florere cõ sueuerunt, ita statuendæ sunt, ut arbores ad meridiem spectent. Cum in seminario adoleuerint, relictis ibi quæ spatio sufficiant plantis, alias transferemus mense Februario. Sed ipsa amygdala ad ponendũ & noua legamus, & grandia, quæ ante q̃ ponamus pridie mulsa aqua, ita ut ne nimis maceremus, ne germen extinguat ex multo melle mordacitas. Alij prius fimo liquido per triduũ nuces eas macerant. deinde die, & nocte esse patiuntur in mulsa, sed quæ suspicionem tantum possit habere dulcedinis. Cum in seminario amygdala disponimus, si siccitas intercesserit, ter in mense rigemus, & herbis nascentibus circumfodiendo sæpe purgemus. Terra seminarij lætamen debet habere admistum. Spatia inter arbores uiginti, aut uigintiquinq; pedum dedisse sufficiat. Putandæ sunt Nouembri mense, ut superflua, & arida, & densa tollamus. Seruandæ sunt à pecore, quia si rodantur, amarescunt. Circumfodi non debent quoties florent, quia inde flos eius excutitur. In uetustate plus affert. Si ferax non est, tedæ cuneum terebratæ radicæ mergamus, uel silicem sic inseramus, ut libro tegente claudatur. Locis frigidis, ubi metus est de pruina, Martialis dicit hoc remedio subueniri. Ante q̃ floreant radices nudantur, & albi lapides minutissimi misti arenis congeruntur, & ubi iam tempus uidebitur, ut debeant germinare, effossi iterum lapides submouentur. Teneras nuces amygdalus creabit (ut dicit) si ante florem radicibus ablaqueatis per dies aliquot ætida aqua ingeratur. Ex amaris dulces fiunt, si circunfosso stipite tribus digitis à radice fiat cauerna, per quã noxium desudet humorem, uel medius truncus terebretur, et cuneus ligni melle oblitus imprimatur, uel si circa radices suillum stercus affundas. Amygdala ad legendũ maturitatem fatentur, cum fuerint spoliata corticibus Hæc sine cura hominis seruantur in longũ. Si difficulter corium dimittent, paleis obrutæ continuo relaxabunt. Item de coriata, si aqua marina lauemus, aut salsa, & candida fiunt, & plurimum durant. Mense Decembri, uel Ianuario circa idus amygdalus inseritur, locis uero frigidis & Februario. Si tamen surculos condias

ante q̃ germinent, utiles sunt, qui de summitate sumuntur. Inseruntur & sub cortice, & in trunco. Inseruntur in se, & in persico. Græci asserunt nasci amygdala scripta, si aperta testa nucleum sanum tollas, & in eo quodlibet scribas, & iterum luto, & porcino stercore inuolutum reponas.

De nuce iuglande. T.XVI.

NVCEM iuglandem seremus extremo Ianuario, uel Februario. Amat loca montana humida, & frigida, plerunq; lapidosa. Potest tamen & locis temperatis iuuante humore nutriri. Serenda est nucibus suis eo more, quo & amygdala seruntur, & ijsdem mensibus. Sed quas Nouembri mense disponis, aliquatenus in sole siccabis, ut exicetur noxium uirus humoris. Quas uero mense Ianuario, uel Februario positurus es, aqua simplici pridie macerabis. Ponemus autẽ transuersas, ut latus, ideſt catrina ipsa, figatur in terra. Cacumen ipsum, cũ ponimus nucem, in aquilonis partem dirigemus. Lapis subter, uel testa ponenda est, ut radicem non simplicet, sed repercussa respergat. Lætior fiet, si sæpius transferatur. In frigidis locis bima, in ætidis trima transferri debet. Radices plantarũ (sicut in alijs arboribus solemus) in hoc genere resecare non debes. Fimo bubulo ima planta tingenda est, sed melius cinis aspergatur in scrobibus, ne calore stercoris aduratur, nam cinis creditur uel corticis teneritudinem procurare, uel fructuum densitatem afferre. Altis scrobibus delectatur pro arboris magnitudine, & desyderat internalla maiora, quia stillicidijs foliorum suorum proximis, uel sui generis nocebit arboribus. Debet aliquando circumfodi, ne cæua fiat uitio senectutis, quæ si uitietur, canalis longus à summo trunco ad imum debet excudi, sic beneficio solis, & uenti durescunt, quæ in putredinem transibant. Si dura nux erit, uel nodosa, cortex circumcidendus erit, ut uitium mali deducat humoris. Alij radicum summa præcidunt. Alij terebratæ radici palum de buxo imprimunt, uel cuprinum clauum, uel ferreum. Si tarentinam facere uolueris, solam nucis carnem lana propter formicas obuolutam in seminario debebis obruere. Si ferentem iam in hoc genus uelis mutare, lixiuo per annum continuum ter rigabis in mense. Cortex in nuce dimissus maturitatis indiciũ est, qualis debet & poni. Nuces seruantur uel paleis obrutæ, uel arena, uel folijs suis aridis, uel arca ex ligno suo facta inclusæ, uel cœpis mistæ, q̃bus hanc uicissitudinem reddunt, ut eis acredinem tollant. Martialis asserit, et expertum se ait, uirides nuces tantum liberas putaminibus suis melle demergi, & post annum uirides esse, & ipsum mel ita medicabile fieri, ut ex eo facta

potio arterias curet, & fauces. Inseritur, ut pleriq; asserunt, mense Februario in arbuto, sed melius in truncо, ut alij, et in pruno, & in se.

De alijs pomis, quæ maxime per alios menses seruntur.

HOC mense tuberes inseruntur cydoneo. Nunc locis temperatis persicorum ossa ponuntur. Et inseritur eadem persicus in se, in amygdalo, & in pruno, sed pruno armenia inseremus, et præcoqua. Nunc etiam prunus inserenda est ante, q̃ gumminet, in se, & in persico. Et cerasus opportune inseretur agrestis.

De signandis animalibus, & lardi, & pernarum confectione, & echini, & rapis. T. XVII.

HOC mense (sicut Columella dicit) maturi agni, & animalia oia minora, atq; maiora charactere signentur. Hoc tempore lardi, echini salsi, raporum condiendorum, & pernarum iusta confectio est.

De oleo myrtino. T. XVIII.

HOC mense ex bacis myrti oleum conficies hoc modo. Vnciam foliorum per olei libram unam mittes, & per uncias. X. uini ueteris stiptici heminam, & cum oleo bullire facies. Ideo autem uino respergentur folia, ne frigantur ante, q̃ decoquantur.

De uino myrtite. T. XIX.

ITEM eisdem bacis uinum myrtite sic facies. In uini ueteris sextarijs urbicis. X. mittis grana myrti confracta sextarios urbicos. III. quæ sint decem & nouem diebus infusa. Postea expressis myrti granis colabis, & in eo uino medium croci scrupulum, & folij unũ scrupulum mittis, & ex mellis optimi decem libris omnia temperabis.

De oleo laurino. T. XX.

ITEM ex lauri bacis oleum conficietur hoc modo. Lauri bacas quamplurimas, & maturitate turgentes in aquæ calida bullire facies, & ubi diu ferbuerint, olei, quod ex se dimiserint, supernatantis undam pennis leuiter cogentibus in uasa transfundes.

De oleo lentiscino. T. XXI.

LENTISCINI etiã olei matura cõfectio est, quæ fit taliter. Grana matura lentisci quãplurima colligis, et una die, ac nocte supra se acernata esse patieris. Deinde sportã granis eisdẽ plenã cuicunq; uasculo supponis, et calida adiecta calcabis, et exprimes. Tunc ex eo

humore, q̃ defluxerit, supnatans oleũ lentiscinũ sicut laurinũ colligetur. Memẽto autẽ (ne rigore possit astringi) aquã calidã sæpe suffundere.

De gallinarum partu. T. XXII.

GALLINARVM partus fœcunditatem repetit hoc mense post brumalẽ quietem, & incipiunt ad educandos pullos oua supponi.

De cædenda materie. T. XXIII.

HOC etiam mense cædenda materia est ad fabricam, cum luna decrescit, & ridicæ, uel pali faciendi.

De horis. T. XXIIII.

HIC mensis in horarum spatio cum Decembri mense conuenit, quarum sic mensura colligitur.

Hora	I.	pedes	XXIX.
Hora	II.	pedes	XIX.
Hora	III.	pedes	XV.
Hora	IIII.	pedes	XII.
Hora	V.	pedes	X.
Hora	VI.	pedes	IX.
Hora	VII.	pedes	X.
Hora	VIII.	pedes	XII.
Hora	IX.	pedes	XV.
Hora	X.	pedes	XIX.
Hora	XI.	pedes	XXIX.

PALLADII DE RE RVSTICA LIBER TERTIVS.

De pratis seruandis, & lætamine saturandis. T. I.

f FEBRVARIO mense locis temperatis prata incipiens custodiri, quæ prius (si macra sunt) sparso lætamine saturentur, quod eijciendum est luna crescente. Quanto recentius fuerit, tanto plus nutriendis herbis ualebit, quod à superiori parte fundetur, ut sucus eius per totum possit elabi.

De proscindendis collibus. T. II.

LOCIS tepidis, aut si clemens tempus, & siccum fuerit, colles pingues uel hoc mense proscinde.

De ſatione trimeſtri. T. III.

HOC menſe ſerendum omne trimeſtrium genus.

De ſerenda lenticula, item cicercula. T. IIII.

HOC etiam menſe lenticulam ſeres ſolo tenui, & reſoluto, uel etiam pingui, ſed ſicco maxime, quia luxuria, & humore corrumpitur. uſq; ad duodecimam lunam bene ſeminatur, quæ, ut cito exeat, atq; grandeſcat, prius cum ſimi ariditate miſcenda eſt, atq; ubi ita requieuerit quatuor, aut quinq; diebus, tunc ſpargitur. Iugerum modij unius ſemen implebit. Hoc etiam menſe cicercula ſeritur, loco, & modo, quo ante deſcripſi.

De ſerendo cannabo. T. V.

HOC menſe ultimo cannabum ſeris terra pingui, ſtercorata, rigua, uel plana, atq; humida, et altius ſubacta. In uno pede quadrato ſex eiuſdem ſeminis grana ponuntur.

De agris medicæ parandis. T. VI.

NVNC ager, qui accepturus eſt medicam, de cuius natura, cum erit ſerenda, dicemus, iterandus eſt, & purgatis lapidibus, diligenter occandus. Et circa Martias Calendas ſubacto ſicut in hortis ſolo, formandæ ſunt areæ latæ pedibus. X. longæ pedibus quinquaginta, ita ut eis aqua miniſtretur, et facile poſſint ex utraq; parte rumpi. Tunc iniecto antiquo ſtercore in Aprilem menſem reſeruentur paratæ.

De eruo ſerendo. T. VII.

HOC menſe toto eruum adhuc ſeri poteſt, quia Martio ſerendum non eſt, ne paſtu ſuo pecoribus noceat, & boues reddat inſanos.

De curandis uitibus, et arboribus, et ordeo gallatico ſerendo. T. VIII.

NVNC pomis, & uitibus uetus urina ſi affundatur, & numero fructuum præſtat, & formæ, cui proderit, ut amuream miſceamus inſulſam maxime in oleis. ſed hoc frigidioribus diebus ante q̃ feruor incipiat. Etiam nunc ordeum gallaticum, quod graue, & candidum eſt, ſeretur locis frigidis circa Martias Calendas.

De ponendis uineis paſtino, uel ſerobibus, aut ſulcis, & omni, quæ illuc pertinet, diſciplina. T. IX.

HOC menſe omnia genera paſtinati ſoli, ſeu ſulci, ſeu ſerobes uitibus

tibus compleantur. Naturæ autem uitis cœlum omne, ſolumq; ſuſtentat, ſi genera conueniẽter aptentur. Plano igitur loco ſtatues uitẽ, cuius genus nebulas ſuſtinet, & pruinas, collibus, quod ſiccitatem durat, & uentos. Pingui agro graciles, atq; infœcundas, macro feraces, & ſolidas, denſo ualidas, atq; frondoſas, frigido, & nebuloſo, quæ hyemem celeri maturitate præueniunt, aut quæ duris acinis inter caligines ſecurius florent, uentoſo ſtabiles, & tenaces, calido grani tenerioris, & humidi, ſicco eas, quæ pluuias ferre non poſſunt. & ne multa dicamus, eligenda ſunt genera, quæ profeſſione uitiorum ſuorum contraria locã diligunt ijs, in quibus durare non poterunt. Placida ſanè regio, & ſerena tuto genus omne ſuſcipiet. Vitium genera numerare non attinet, ſed notum eſt maiores uuas pulchræ ſpeciei, grani callo ſi, & ſicioris ad menſam, feraciſſimas uero, & cutis tenerioris, et ſapore nobiles, & maxime quæ citius defloreſcunt, uindemijs eſſe ſeruandas. Locat naturam pleriſq; uitibus mutant. Solæ amineæ ubicunq; ſint, uinũ pulcherrimum reddunt. Calidum ſtatum potius q̃ frigidũ ſuſtinebunt. De pingui ad macrum tranſire non poſſunt, niſi ſtercus adiuuerit. Harum duo genera ſunt, maior, & minor. Sed minor melius defloreſcit, & citius, internodijs minoribus, & grano breuiore. Si arbori applicetur, pinguem terrã ſi colatur in ordines, mediocrem deſyderat. Imbres contemnit, & uentos, nam maior ſæpe uitiatur in flore. Sunt & apianæ præcipuæ. Satis eſt genera iſta dixiſſe. Induſtrius uir probata deligat, & terris talibus mandet, quæ imitari eas poſſint, unde ſumũtur. ſic merita ſua quæq; ſeruabit. Sed uitẽ, uel arborem melius erit de exili ad pinguem trãsferre. nã ſi à pingui terra ad ſolum exile tranſierint, utiles eſſe non poterunt. Eligenda ſunt ſarmenta, quæ pãgimus de uite media, neq; de ſumma, neq; de infima, quinq; uel ſex gemmarum ſpatio, à ueteri procedentia, quia nõ facile degenerant, quæ de locis talibus transferuntur. Sumantur autem de uite fœcunda, neq; putemus brachia eſſe fertilia, quæ unas ſingulas, aut binas producunt, ſed quæ multa ubertate curuantur. nam poteſt ferax uitis feraciores in ſe habere materias. Erit & hoc ſignum fertilitatis, ſi de duro aliquo loco fructum citabit, ſi fœtu impleuerit ramulos ex ima parte ſurgentes. Sed hoc ſignis poſitis per uindemias eſt notandum. Ad pangendũ, nouellus palmes debet eligi, duri in ſe nihil habens, & ueteris ſarmenti, quia hoc putreſcente ſæpe corrumpitur. Summa flagella repudiemus, ac ſurculos, qui licet bono loco nati ſint, tamen feracitate caruerunt. Pampinarius, qui de duro naſcitur, etiam ſi attulerit fructus, pro frugifero nõ eſt ponendus, in ſuo enim loco fœcundatur à matre, translatus uero tenet ſterilitatis uitiũ, quod

nascendi conditione susceperit. Caput sarmenti, cum deponitur, torquendum non est, nec aliquo modo uexandum, nec demersa penitus fœcundiore parte, quod sterili proximum est, supra terram relinquatur. deinde quoniã ipsa tortura uexatio est, & pars ea, de qua radix futura præsumitur, iniuriæ nulli subijcãda est, cum qua contendere cogatur, ante q̃ teneat. Ponendæ sunt uites placidis diebus, ac tepidis. Curandumq; ne sermenta sole urantur, aut uento, sed uel statim ponantur, uel obruta reseruentur. Hoc mense, ac deinceps toto uere uinea ponenda est regionibus frigidis, pruinosis, pinguibus cãpis, et humidis prouincijs. Sit autem mensura sarmenti cubitus unus. Vbi pinguis est natura terrarum, maiora inter spatia relinquemus. ubi exilis, angusta. Nonnulli itaq; in ijs uitibus, quas toto solo pastinato disponũt, ternos pedes inter singulas uites quoquouersus dimittunt. Sed hoc genere diuisionis in iugerali tabula pangentur tria millia tricenta uicena una sarmenta. Quod si duos semis pedes inter uites relinqui placuerit, in eadẽ tabula ponẽtur uites quatuor millia septingentæ quinquaginta tres. Sed ad ponendũ utemur hoc ordine. Lineã, seruatis ijs spatijs, quæ placuerit custodire, candidis signis, uel quibuscunq; notabimus. tunc tensa per tabulam linea, in eis locis surculos, uel cãlamos figemus, ubi unaquæq; uitis uentura est. Ita spatium totius tabulæ surculis cõplebitur ad numerum uitium futurarum. atq; is qui panctturus est, proiecta circa surculos sarmenta sine ullo errore deponet. Præterea non est uno genere uitium omne pastinum cõserendum, ne annus iniquus generi spem uindemiæ totius extinguat. Et ideo quatuor, aut quinq; eximij generis sarmenta pangemus. sed maxime expediet genera tabulatim disponi, & decimanis diuidi, nisi deterreat operis difficultas. quod si est uetus uinea, singulorũ generũ surculis tabulatim pnterimus inserere. & facile hoc genus cõlendi, quod est pulchrum, atq; utile cõsequemur. Ita & maturitatis, & floris tẽpora, quæ inuite diuersa sunt, suis temporibus opportunius obtinere poterimus. Nec paruo cõstabit, si legatur maturitas cũ acerbitate, dispẽdiũ, cũ unius tẽpestiuã uindemiam sequi, sit permista cruditate uitiosum, & alterius seras maturitates expectare damnificum. Huic cõmodo adijcitur, quod pro generum diuersitate per gradus accedente uindemia minor operarum numerus eã poterit expedire, & generatim cõdere, ac melius puros sapores, sine luctamine alterius generis unaquæq; uina seruare. Hoc si difficile uidebitur, nõ alias simul cõseras, q̃ quæ & sapore, & flore, & maturitate conueniunt. Sed hæc in pastinis, uel sulcis ratio erit, in scrobibus uero per angulos. IIII. sarmenta deponis. Sed (ut asserit Columella) uinaceam stercori mistam simul sparges, & si exile solum fuerit, pinguem terram scrobi inferes, uel aliunde portatam. Cum uero plantã, uel malleolũ disponimus, modice humido solo, sed potius arido, quàm lutoso duabus gemmis supra terrã relictis sarmenta ponemus obliqua, & sic facilius cõprehendẽt.

De arbustuis uitibus, & plantis arborum uitiferarum. T.X.

QVOD SI arbustum te habere delectat, plantam generosæ uitis prius in seminario nutrire debebis, ut inde radicata transferatur ad scrobem, cui arbor iniuncta est. Seminarium uero dicamus æque fossam tabulam pedum duorum semis altitudine. In hac, quam pro numero ponendarum uitium, uel qualiũcunq; plantarum protendis, aut contrahis, breuissimo spatio distantia inter se sarmenta depones. si uallis, aut humectus est cãpus, triũ gemmarum exceptis minutis, quas habebit inferius, & ubi conualuerint, hinc post biẽnium radicatas uites, uel arbusculas transferas, quas cum depones in scrobe, ad singulas materias rediges, putatis omnibus, quæ scabra sunt, curtatis etiam radicibus, si quas potueris inuenire uexatas. In scrobe autem ad arbustum faciendum duas radicatas uites deponis, hoc seruans, nẽ se in radice contingant. sed lapides quinũ prope librarum medios in utrãq; constitues, & ipsas uites ad scrobis latera discreta coniunges. Mago asserit, scrobẽ non primo anno esse complendã, sed subinde cæquandam, quæres uitem facit altius fundare radices. sed hoc aridis prouincijs forte conueniet, humidis autẽ sata putrefiens recepto humore, nisi statim terra cumuletur. Sed arbusta qui faciet, plantas arborum de his generibus ponat, si agro suppetit abũdantia, opulo, ulmo, fraxino in montanis, & asperis, in quibus ulmus minus læta est. Has etiã Columella dicit seminario debere nutriri. Mihi uidetur, quod nulla prouincia sit, quæ non ex his quancunque sponte producat, plantas etiã maiores de locis quibuscunq; translatas, uel eorum generũ truncos radicatos hoc tempore circa scrobem uitis oportere cõstitui. Sed si ager frumentarius fuerit, ubi arbusta disponis, quadragenos pedes inter arbores relinque, ut seri possit, in exili autem uicenos. In scrobe uero uitis ab arbore sua sesqpedis spatio distare debebit. Nam uitis multũ subiecta arbori, incremẽto arboris opprimetur. Caueis etiam muniẽda est aduersum pecoris appetẽtis iniurias, et arbori suæ protinus alliganda. Est & aliud de transferenda ex arbusto uite cõpendium. Fit ex uimine parua orbicula, quæ mensura pedis, uel aliquãto minus circini spatio possit amplecti. Hæc ad arborem, cui uitis inhæret, fertur, & in fundi media parte pertunditur, quo sermẽti uirgem possit admittere. Inducto itaq; sarmento uitis eius, de qua trãsfer-

re disponis, orbicula ipsa ex aliqua arboris parte suspenditur, & uinea terra repletur, ut sarmentum terra possit includi, quod sarmentũ prius intorquetur. Ita exacto annui temporis spatio, sarmentũ, quod clausum est, radices creabit intra prædictam orbiculam. Tunc sub fundo orbis incisum radicatum sarmentum cum ipsa orbe portabitur ad locum, quem uitibus arbustiuis destinabis implere, ibiq; obruetur circa arboris maritandæ radices. Hoc genere quantum uolueris numerum uitium transferes sine ambiguitate prehendendi.

De uineis prouincialibus. T. XI.

VINEAE in prouincijs multis generibus fiunt. sed optimum genus est, ubi uitis uelut arbuscula stat breui crure fundata. Hæc primo calamo iunatur, donec solidetur. sed altior sesquipede esse non debet. ubi robusta fuerit, sola consistet. Aliud genus est, in quo cannis pluribus circa dispositis, ipsa uitis per cannas sarmentis ligatis in orbiculos flectitur se sequentes. Vltimæ positionis uitis est, quæ per terram proiecta discumbit. Hæ omnes & scrobibus ponuntur, & sulcis.

De putandis uineis communibus, altis, uel humilibus. T. XII.

HOC mense locis frigidis aliquatenus, & temperatis uitium iusta putatio est. Sed ubi multæ sunt uineæ, diuidantur, & pars earũ, quæ septentrionem respiciet, uerno putetur. alia pars aduersa clementioribus plagis, recidatur autumno. Sed in putatione semper nitamur, ut uitis fiat in crure robustior, ne'ue debili uiticulæ duo duramenta seruemus. Auferenda sunt lata, intorta, debilia, malis locis nata sarmenta. Focaneus etiam, qui inter duo brachia medius nascitur, debet abradi. qui si pinguitudine sua brachium quodcunq; proximum debilitauerit, illi decisso ipse succedat. Erit tamen optimi putatoris, inseruius sarmentum, quod bono loco natum fuerit, reparandæ uitis causa semper tueri, & ad unam, uel duas gemmas relinquere. In locis clementioribus altius uitem licebit expandere. in exilibus, aut æstuosis, aut decliuibus, aut procellosis humilior est habenda. Locis pinguibus, singulis brachijs uitium bina flagella dimitte. Sed erit sapientis æstimare uim uitis. Nam quæ altius tollitur, & fœcunda est, plus q̃ octo palmites habere nõ debet, ita ut conseruemus semp in inferiore parte custodem. Circa crus quicquid nascitur, amputandũ est, si non desyderet uinea reuocari. Quod si truncus uitis sole, aut pluuijs, aut noxijs animalibus est cæsus, purgamus quicquid est mortuum, plagasq; eas amurca linimus, et terra. quod proderit aduersum prædictæ. Cortex etiam recisus, & pendens à uite tollatur. quæ res minorem fœcem reddit

reddit in uino. Muscus radatur ubicunque repertus. Sed plagæ, quas in duro uitis accipiet, nbliquæ, & rotundæ esse debebunt. Decisis, sicut supra dixi, male natis omnibus, & ueteribus, nouellos, & fructuarios serua. Vngues etiam custodum siccos, & annotinos recide, et omnia, quæ uetera, uel scabra reperies. Illæ, quæ altius colũtur, ut in iugo, uel pergula, ubi quatuor pedibus supra terram leuatæ steterint, quaterna brachia habeant. Si macra uitis erit, in singulis brachijs singula flagella dimittimus, si pinguis, bina. Sed prouidendum, ne in ima parte sint sarmenta, quæ seruas. Quod cum fit, uitis, tanquam si fulgure tangatur, arescit. Relinquenda sunt sarmenta neque circa durum, neque in summo, quia hæc uelut pampinaria minus afferunt, illa uitem nimietate fœtus onerant, & longius ducunt. Quare in medio loco seruanda sunt, quæ tuemur. Plaga non iuxta gemmam, sed aliquanto superius fiat, & euertatur à gemma propter lachrymam defluentem.

De putatione arbusti. T. XIII.

VITIS, quæ in arbore collocatur, prima eius materia ad secundam, uel tertiam gemmam præcidatur. Deinde omnibus annis aliquid per ramor crescere subinde patiamur, unam materiam semper ad cacumen arboris dirigentes. Sed qui fructum uolunt maximum, materias plures per ramos submittunt. qui uinum melius, sarmenta in cacumen extendunt. Fortioribus ramis arborum plures materiæ, debilioribus imponendæ sunt pauciores. Putandi autem ratio talis est, ut & uetera sarmenta, quibus primi anni fructus pependit, omnia recidantur, & noua circũcisis capreolis, & ramulis inutilibus dimittãtur. Sed prouidendũ est, omnibus annis uitem resolui, ac religari, quia refrigeratur. Ita formãdi sunt rami arborũ uitiferarũ, ne alter sub alterius linea dirigatur, sed loco pingui ulmus à terra octo pedibus, gracili uero septẽ sine ramo relinquenda est. In solo rosido, & nebuloso rami arboris uitiferæ in orientẽ, & occidentẽ putatione dirigantur, ut latera uacua solis radijs membra totius uitis ostendãt. Agendum est autem, ut uitis spissa non sit in arbore, & deficientibus primis arboribus substituendæ sunt aliæ. In loco cliuoso humilius rami arborum seruandi sunt. in plano, & uiginoso altius. Palmites ad arborem non duro uimine ligentur, ne eos uinculum recidat, aut atterat. Hoc autem noueris, quia palmes quod extra ligaturam pendens habuerit, fructum induet, quod infra ligaturam, materiæ sequentis anni deputabit.

De prouincialibus uineis putandis. T. XIIII.

VITES. quas prouinciali more uelut arbusculas stare dixi, si instituere uelis, ramos à quatuor partibus his relinques, et in eis brachijs sarmenta pro uitis possibilitate seruabis. Vites autẽ, quæ annis in orbẽ cinguntur, sic putentur, quẽadmodũ eæ, quæ nituntur ridicis, aut palis. Illæ uero quæ sine amminiculis iacent, qđ pro sola indigentia faciendum est, uel necessitate prouinciæ, primo anno duas gemmas, deinde plures habebũt. Sed huius generis uinea strictius est putanda.

De nouellæ uitis putatione. T. XV.

NOVELLAM uitem Columella dicit à primo anno ad unã materiam esse formandam, nec recidendam totam, sicut Italiæ consuetudo est. Anno secundo expleto, quia uel intereant uites in totum recisæ, uel infœcunda sarmenta producant, quæ amputato capite uelut pampinaria de duro cõguntur exire, quare iuxta ipsam commissuram ueteris sarmenti, unam, uel duas gemmas censemus relinquendas. quod est merito in uiticula fortiore seruandum, & sanè excipiendas calamis nouellam, uel exiguis palis, ut tertio anno robustiores possit accipere. Nam quadrima nouella, ubi lætum solum est, tres materias merito nutrire cõgetur. Statim post putationem sarmenta decisa à uineis, & rubi, & impedimentum fossoris omne tollatur.

De propaginibus. T. XVI.

HOC Etiam mense propagandæ sunt uites. sed uetus, & exesa uinea, cuius duramenta longe processerunt, ut Columella dicit, mergis melius reparabitur, quàm si infossione totius corporis obruatur, quod agricolis certũ est displicere. Mergũ dicamus, quoties uelut arcus supra terrã relinquitur alia parte uitis infossa. Nam (ut ait Columella) cũ totæ stratæ sunt, plurimis radicibus totius corporis fatigantur. Mergi uero post bienniũ reciduntur in ea parte, quæ supra est, & in loco in stas uites relinquunt. Sed (ut agricolæ asserũt) post biennium si recidas, plerunq; infirmas habent radices, & repente simul pereunt.

De insitionibus. T. XVII.

HOC mense calidis, & apricis locis optime celebratur insitio, quæ fit tribus generibus. Sed ex his duo nunc fieri possunt, tertium reseruatur æstati. Sũt autem genera inserendi hæc, aut sub cortice, aut in truncũ, aut emplastro. Inseremus ergo sic. Arborem uel ramũ, in loco, qui nitidus est, & sine cicatrice, serra recidemus non læso cor-

tice. Post serraturam, plagam ferramentis acutis nitidamus. Inde quasi cuneum tenuem ferreum, uel osseum, maxime leoninum, inter corticem, & lignum tribus propè digitis cõsyderanter deponimus, ne cortices fascia dissipetur, & in eum modum subducto cuneo, statim surculum mergimus una parte decisum salua medulla, & cortice partis alterius, qui supra arborem sex, uel octo digitis emineat. Duos, uel tres, uel plures surculos pro trunci qualitate cõstituimus. quaternis digitis, uel amplius inter eos spatium relinquimus. tunc iunco, aut ulmo, aut uimine stringimus, & supra lutum musco tectum ponemus, ac ligabimus, ut quatuor digitis super lutum possit surculus eminere. Plerosq; delectat strictum primo sectæ arboris truncum uinculis arctioribus in medio findere, & ibi surculos ex utraq; parte rasos in modũ cunei, ut integra sit medulla demergere, præmisso ante cuneolo, quo subducto, depositus surculus redeunte in plagam materia, possit astringi. Sed hoc utrunq; genus uernum est, & fit crescente luna, ubi incipit gemma arborum turgescere. Surculi autem, qui inserendi sunt, sint nouelli, fertiles, nodosi, de nouo nati, ab orientali arboris parte decisi, crassitudine digiti minoris, bifurci, uel trifurci, gemmis pluribus uberati. Si arborem minorem desyderabis inserere, in qua sine dubio meliora incrementa proueniunt, circa terrã secato, & quod melius est, surculos inter lignum, corticemq; depone, tunc stringe. Quidam rasum ex utraq; parte surculum conuenientem soliditati arboris inserendæ sic in medio deponunt, ut cortex surculi nudiq; cortici arboris reddatur æqualis. Sed in nouella arbore terra mota usque ad ipsum insitũ colligatur, quæ res eam à uento, & calore defendet. Mihi asseruit diligens agricola, omne insitum sine dubio cõprehendere, si depositis surculis uiscum, non temperatũ in ipsa plaga pariter mergimus, quasi glutino quodã succos materiæ utriusq; misturũ. De emplastratione suo mense dicemus. Quartum genus Columella sic retulit. Gallicæ terebra usq; ad medullam arborem perforandã, plagæ interius leuiter inclinatæ. Ibi educto omni scobe, uitem, uel ramum ad modum foraminis impressi delibratum, sucidum tamen, & humentem stricte imprimi, una aut duabus gemmis foris relictis. Tunc argilla, & musco locum diligenter operiri. Ita & uites in ulmo inseri posse cõmissas. Hispanus qdam mihi hoc genus nouæ insitionis ostẽdit, quod ex persico se asserebat expertũ. Salicis ramũ brachij crassitudine, solidum, longum cubitis duobus, aut amplius terebrari iussit in medio, & plantam persici in eodem loco, in quo cõsistit, spoliatam ramis omnibus, solo capite relicto, per ipsum saligni manubrij foramen induci. tunc eundem salicis ramum terræ capite utroque demer-

so, in arcus similitudinem debere curuari, foramen luto, musco, uinculis stringi. anno deinde exempto, ubi infra medullam salicis caput plantæ sic cohæserit, ut unitas sit ex duobus mista corporibus, plantam subter incidi, atq; transferri, & aggerari terram, quæ arcum salicis cum persici cacumine possit operire. hinc persici poma sine ossibus nasci. sed hoc locis humidis conuenire, uel riguis, & salices aquationibus adiuuandas, ut & natura ligni uigeat, quæ delectatur humore, & superfluentem copiam succi germinibus ministret alienis.

De instituendis oliuetis. T. XVIII.

HOC mense locis temperatis instituemus oliueta, quæ uel pastinis conserenda sunt, ut extremas circa decimanum tabulas cingant, uel suum locum tenebunt. Si ponuntur in pastino, radicatæ plantæ decisis capitibus, & brachijs, & in truncum redactæ usq; ad mensuram cubiti unius, & palmi in fermento terræ fossæ defigantur, locum palo antea deprimente ordei grana subteriaciantur, & amputetur ijs quicquid putridi inuentum fuerit, aut arentis, & tunc amputata capita luto uelentur, & musco, ulmeis uinculis, uel tenacibus quibuscunq; constricta. Sed maximum beneficium est, ut proficiat incremento, si rubricæ partes notentur, quibus obuersæ steterunt, & contra eas simili ratione ponantur. Sint à se discretæ pedibus quindecim, uel uigenti. Omnis subinde circa eas herba uellatur. & quoties imber se infuderit, breuissimis, ac frequentissimis fossionibus solicitentur. Et subinde ducta à trunco terra, atq; permista in aliquanto altiores cumulos congeratur. Quod si oliuetum suo loco facere uolueris, hæc genera terrarum sequeris. Terram, cui mista sit glarea, aut cretam subulonis coniunctione resolutam, aut pinguem subulonem, aut terram naturæ densioris, & humidæ. Creta figuli omnino repudianda est, & uliginosa, & in qua semper humor assistit, & subulo macer, & nuda glarea. quamuis enim comprehendat, non conualescit. Potest seri & ubi arbutus, aut ilex steterat. Nam cerrus, & æsculus excisa radices noxias relinquit, quarum uirus oleæ necat. Locis æstuosis septentrionali colle, frigidis meridiano gaudet. Mediis cliuis delectatur. Neq; imum locum, neque arduum patitur, magis modicos cliuos diligit, sicut est regio Sabina, uel Bætica. Bacarum genus numerosum est, & pluriũ uocabulorum, sicut Pausia, Orchis, Radius, Licinia, Cominia, & cæteræ, quas nominare non attinet. Pausia tamen oleũ, quod reddit, dum uiride est, optimum est, sed cito uetustate corrumpitur. Optimum Licinia dat, plurimum Sergia. Sed de his hæc generaliter præcepisse sufficiet, maiores bacas cibo, minores oleo profuturas. Si frumentarius

mentarius ager est, quem conserimus oliueto, quadragenis inter se pedibus distent. si macer, uicenis quinis. Melius facietis, si ordines in fauonium dirigamus. Cum deponentur, in scrobes sicas constituantur quaternis pedibus fossas. Glarea etiam, ubi lapides defuerint, misceatur, & stercus. Si clausus locus est, modicæ supra terram, quæ ponuntur, emineant. Si pecora formidantur, altiores trunci esse debebunt. In sicis uero prouincijs cum pluuiæ desunt, rigare conueniet. Si prouincia indiget oliuetis, & non est unde planta sumatur, seminarium faciendum est, ideſt tabula effossa, sicut superius dixi, ut ibi (sicut Columella dicit) rami serra incisi in modum sesquipedalem deponantur. Inde post quinquennium poterit ualida planta transferri, & locis frigidis hoc mense plantari. Scio plerosq;, quod facilius, atq; utilius est, radices oleastrorũ, quæ in syluis plerunq; sunt, aut in locis desertis, in cubitalem mensuram recisas, aut in seminario, si placuerit, aut in oliueto solere disponere, & admistione stercoris adiuuare. Quare prouenit, ut ex unius arboris radicibus numerosa planta nascatur.

De pomiferis, & spatijs earum generale præceptum. T. XIX.

ETIAM pomiferas arbores possumus in pastinis à septentrionali regione disponere, de quibus sigillatim dicemus, quæ specialiter sunt tenenda. nam pomis eadem conuenit terra, quæ uitibus. Scrobes autem maioris facies, ut materiæ prosit, & fructui. Si pomarium facies, inter ordines tricenos pedes relinques. Plantas statues radicatas, quod est melius, sed seruabis, ne cacumina aut manu fracta, aut erosa non crescant. Vnunquenq; ordinem suo generi deputabis, ne infirmæ à ualentioribus opprimantur. Plantas similiter notabimus, ut ipsis, quibus steterant cardinibus, opponamus. De cliuo sicco, & exili, in planum, pinguem, & humidum transferemus. Si truncos ponere uolueris, supra terram propè tribus pedibus erigantur. Vbi duas in una scrobe plantas deponis, cauendum est, ne se contingant, nam uermibus interibunt. Sed (ut Columella dicit) feraciores sunt, quæ seminibus, hoc est nucibus suis, q̃ quæ plantis ponuntur, aut ramis. Vbi regio sicior est, aquationibus adiuuentur.

De fodiendis, palandis, & ligandis uitibus, uel lætandis arboribus, & plantis circumfodiendis. T. XX.

NVNC locis maritimis, et calidis fodiẽdæ sunt uites. uel (si hæc prouinciæ consuetudo est) exarandæ, & in eisdem locis palandæ, aut ligandæ sunt uineæ prius, q̃ gemma procedat, cuius concussione, uel attritu incurritur grande dispendium. Nunc oleæ, cæteræq; arbo-

res lætamen accipiunt decrescente luna. Sufficiet autem maiori arbori uehes una, minori media, ita ut subducta à radicibus terra, & fimo permista, reuocetur. Tempore hoc siquæ sunt in seminarijs plantæ, circunfodiendæ sunt, & amputandi eis rami superflui, uel radiculæ, quas circa in superiore parte miserunt.

De rosis, liliis, croco, uiolis conserendis. T. XXI.

HOC mense rosaria conseremus, quæ sulco breuissimo, aut scrobibus ponenda sunt, uel uirgultis, uel etiam semine. Semina autem rosarũ non putemus medios flosculos esse aurei coloris, quos rosæ ferunt, sed bacas nutriunt, quas in breuissimi pyri similitudinem plenas seminibus post uindemiam reddunt maturas, quarum tamen maturitas ex colore fusco, & mollitie poterit æstimari. Siqua etiã sunt antiqua rosaria, hoc tempore circunfodiuntur sarculis, uel dolabris, & ariditas uniuersa reciditur. Nunc & quæ rara sunt, possunt ducta uirgarum propagine reparari. Si rosam temperius habere uolueris, duobus palmis ab ea in gyrum fodies, & aqua calida bis rigabis in die. Nunc & liliorum bulbos ponemus, uel lilia ante habita sarriemus summa diligentia, ne oculos circa radicem nascentes, & minores bulbulos sauciemus, qui à matre subtracti, atq; in alios digesti ordines noua lilieta formabunt. Item uiolarum plantæ, & croci bulbi serendi sunt, uel subtiliter (si fuerant ante) fodiendi.

De lini semine serendo. T. XXII.

HOC mense aliqui lini semen læto solo in iugerum. X. modios spargunt, & lina consequuntur exilia.

De cannetis, & asparagis, & plantis salicum, & geneſtæ, & seminarijs myrti, & lauri. T. XXIII.

TEMPORE hoc canneta ponenda sunt factis breuissimis scrobibus, & oculis cannarum per singulas scrobes obrutis, qui semipedis spatio inter se distare debebunt. Si calidæ, & siccæ prouinciæ studemus, ualles humidas, uel irriguas opus est deputare cannetis. Si frigida regio est, locis mediis instituantur, sed succo uillarũ subditis. Inter hæc asparagorum etiam semina spargere possumus, ut mista nascantur, qa & asparagi coluntur, & incenduntur eo more, quo cannæ. sed si sunt antiqua canneta, hoc tẽpore sarrientur, recisis, quæ in radice purganda sunt, ideſt putribus male porrectis, & siqua gignendi oculos non habebunt. Nunc salicas plantas, & omnium generum, quæ arbusto applicandæ sunt, uel geneſtas (ubi deerunt) obruemus. Ex bacis etiã myrti, & lauri seminaria faciemus, uel si fuerant, excolemus.

De hortis. T. XXIIII.

CIRCA Idus Februarias sepes hortorum ex congesto in funibus spinarũ semine faciendæ sunt, sicut dictum est, cum de munimine loqueremur hortorum. Item græci dicunt de crassa rubi uirga fieri debere particulas, & palmaribus scrobibus obrui, et quotidie (donec frondeant) fossione, & rigatione nutriri. Hoc mense lactuca seritur, ut possit Aprili mense transferri. Item cardnus seritur, & nasturtium, & coriandrum, & papauer, sicut mense Nouembri, & allium, & ulpicum. Nunc satureia seritur pingui agro, non stercorato, sed apricõ, uel melius mari proximo, & cum cepullis mista seminatur. Hoc etiam mense cepullas seris, sed constat & uere, & autumno esse seminãdas. Si semen eius seueris, in caput crescit, & minus reddit in semine. Si capitulum ponas, ipsum macescit, & multũ semen educit. Terram cepæ desyderant pinguem, uehementer subactam, irriguam, stercoratam. Ibi areas faciemus omnibus herbis, & radicæ purgatas, seremus placido, & sereno die, maxime austro, uel euro flantibus. Si minuente luna serantur, tenues, & acriores proueniunt, si crescente, robustæ, & saporis humecti. Rarius sunt ponendæ, runcandæ, ac sarculandæ sæpius. Si capita uoluerimus his esse maiora, folia omnia debemus auferre, & sic sucus ad inferiora cogetur. De qbus uero semina colligenda sunt, inuenitur amminiculis, ubi caulẽ cœperint excitare. Cum niger color seminis fuerit, præferunt maturitatis indicia. Vellendi sunt thalli adhuc semisicci cũ semine, & sic in sole siccandi. Hoc mense anetum seres locis frigidis. Omnem cœli statũ patitur, sed tepidiore lætatur. Rigetur, si se imber abstineat. Seratur rarius. Alig semen eius nõ obruunt, opinantes qd à nulla aue tangatur. Nũc & sinapi serere possumus. Hoc etiã mense caules seremus, qui & toto anno seri possunt. solũ pingue, & satis subactũ diligunt. argillã, & glaream timent. sabulone, & arenis nõ delectantur, nisi perennis unda sucurrat. Omnẽ cœli statum caulis patitur, frigidum magis. Contra austrũ positi citius ferunt, contra septentrionẽ serius. Sed hic caulis & sapore, & robore uincat. Cliuis delectatur, & ideo ponendæ sunt plantæ p puluinos arearũ. Gaudet stercore, & sarculatione. Rarius positus conualescit. Celerius coquitur uirore seruato, si dũ est trium, uel quatuor foliorũ, nitrũ tritum cribello desuper spargis, ut speciẽ pruinæ canentis imitetur. Columella dicit plantarum radices alga marina inuoluẽdas seruandæ uiriditatis causa, fimo simul adhærente. Ponẽdæ sunt plãtæ maioris incremẽti, qa licet serius cõprehẽdant, fortiores fient. Si hyems est, tepido iã die, si æstas, cũ sol in uespe

ram declinatur, planta pargenda est. Vastior fiet, si terra operiatur assidue. Semen brassicæ uetustum mutatur in rapa. Hoc mense post Idus spongias asparagorũ uel nouas formare incipiemus ex semine, uel antiquas ponemus. Mihi etiã illud utile uidetur, ac diligẽs, ut aspa ragi agrestis radices plurimas in unũ locũ cõgeremus cultũ, uel certe saxosum, quæ statim fructum dent ex loco, qui aliud nil alebat, & has annis omnibus incendamus in scopis, ut fructus frequentior surgat, & fortior. Hoc autem genus est sapore iucundius. Nunc etiã mal ua seri potest. Mentam quoq; sere plantis, uel radicibus loco humido, uel circa aquas. Apricum solum nec pingue, nec stercoratum desyderat. Hoc mense fœniculum seres loco apricõ, & modicæ saxoso. seritur primo uere. Pastinaca & semine ponetur, & plantis loco pingui, so luto altius pastinato, aram statues, ut robur accipiat. Cunela etiã nunc seritur, & colitur eo more, quo allium, uel cepulla. Nnuc cærefolium locis frigidis post Idus seratur. desyderat agrum lætum, humidum, stercoratum. Hoc mense betam seremus, quamuis possit & tota æstate seminari. Amat agrum putrem, humidum, lætum. Transferenda est quatuor, aut quinq; foliorum radicibus fimo recenti oblitis. Amat fre quenter effodi, & multo stercore saturari. Hoc mense porrus serendus. quem si sectilem uelis, post duos menses, quàm satus est, poteris dese care manentem in areis suis. quamuis asserat Columella etiam sectiuũ diutius duraturum, meliorem q;, si transferatur, & quoties secabitur, aqua iuuetur, & stercore. Si capitatum facere uelis, quod uere seueris, Octobri mense transferre debebis. Serendus est loco læto, & maxime campestri, area plana, pastinata alte, & diu subacta, & stercorata. Si sectiuum uelis, spissius. si capitatum, rarius seres. Sarculo frequen tandus est, & herbis liberandus. Cum digiti crassitudinem habue rit, à media parte præcisis foliis, & truncatis radicibus transfera tur, oblitus fimo liquido, quaternis, uel quinis digitis separetur. Cum radices aget, modicæ comprehendendus, & alleuandus est sarculo, ut suspensus à terra quod spatij uacuum subter inuenerit, capitis uastitate cogatur implere. Item plura semina in unum ligata si deposueris, grandis porrus nascetur ex omnibus. Item si capiti eius rapæ sem n immittas sine ferro, & pãgas, multum fertur increscere, melius, si frequenter hoc facias. Hoc mense inula seritur, quo cannetæ ponuntur. Seritur oculis sicut calami, quos abscindere, & terra leuiter debemus obruere, terra fossa, & subacta, excitatis ad lineam puluinis, quibus eius oculos oportet infodere, trium pedum inter se spatio separan tur. Hoc mense collocasiæ bulbos ponemus. Amant humidum locum, pinguem, maxime irriguum. Circa fontes lætantur, & riuos, nec

de soli qualitate curant, si ppetuo foueantur humore. Frondere propè semper possunt, si tanq; circreta tegumentis defendantur à frigore. Hoc mense caminum, & anisum seritur loco bene subacto, & cui lætamen admisceas. Quod satum est, herbis purgetur assidue.

De pomis, & primo de pyro. T.XXV.

PLANTAS pyrorum mense Februario locis frigidis ponemus, calidis uero Nouembri. sed mense Nouembri pyra locis tepidis conse renda sunt, ut solo iuuentur irriguo. ita & florẽ plurimũ proferent, & magnitudinẽ pomi turgentis acgrent. Nasci tamen tali solo maxi me diligunt, quale uinetis diximus conuenire. sed læto solo & ualidas arbores, & fructus plurimos consequemur. Lapidosi generis pyra ui tium mutare creduntur, si terris mollibus conserantur. Sed pyrum plantis serere propè tardus euentus est. tamen q̃bus hoc placuit, ut se mina generosa nihil sibi de agresti asperitate permisceant, plãtas bimas, aut trimas eo more, quo oleæ ponuntur, radicatas magnis scrobibus ponant, supra terrã tribus altas, uel quatuor pedibus, quarum decisa cacumina argilla mista muscus debet operire. Nam siquis pyrorum semen aspergat, nasci q̃dem necesse est, origine suã refouente natura, cuius æternitati nulla tarditas potest afferre fastidiũ. sed homini hoc expectare longinquum est, cũ & serò ueniant, & de generis nobili tate decedant. Melius ergo hoc mense Nouembri fiet, ut pyrorũ plan tas radicatas seramus agrestiũ, subactis bene scrobibus, ut cũ prehen derint, inserantur. Hoc autẽ interest, quod quæ plantis suis seruntur, dulcedinem, ac teneritatem seruant, diu tamen seruata non durant. insita uero, moram temporis sustinebunt. Spatia inter pyros triginta pedũ mensura discernat. Genus hoc arboris (ut proficiat) frequẽti hu more, & assiduis fossionibus est colendũ, usqueadeo, ut tempore, quo florere consueuit, nihil perditura credatur de flore prolato, si eam tunc fossor adiuuerit. Multũ proficis, si interiecto anno quale libet læ tamen adiungas. sed bubulũ spissa, & grauia poma generare fertur. Aliqui cinerem misceant, credentes hinc contrahi pomis argutos sapo res. Generũ uarietates exequi superuacuũ puto, cum in ponendis, uel excolẽdis nulla sit distãtia. Si languida arbor est pyri, uel ablaquea tæ radicem terebras, & ibi ligneum palum de primis, uel in trunco similiter terebrato ex teda cuneum figas, uel, si hoc desit, ex quercu. Vermes eius arboris & nati necantur, & nasci prohibentur, radici bus felle taurino frequenter infusis. Item feces uini ueteris recentes, si radicibus affundãtur per triduũ, diutius arbores in floribus labora re non faciunt. Si lapidosa pyrus est, ab extremis radicibus terram

priorem leuabis, & fœcernes omnes lapillos, q̃bus diligenter remotis, alterã terram cribro cretam in locũ eius infundis. sed hoc proderit, si rigare non cessas. Mense Februario, & Martio prius inseritur, more, quo dictũ est, cũ de insitione loqueremur, sub cortice, & in trũco. Inseritur autẽ pyro agresti, malo, ut nõnulli, amygdalo, et spino, ut Virgilius, orno, & fraxino, cydonio, ut aliqui, & punico, sed fisso ligno. Surculus pyri, qui inseritur ante solstitiũ, anniculus esse debet, & prius q̃ figatur, foliis, & omni tenera parte priuari. post solstitiũ uero eum figis, qui summum germen incluſit. Pyrus omni genere inseritur. Condienda sunt pyra ita, die placido decrescente luna à uigesima secunda usq; in octauam. Eadẽ poma sicca, & manu lecta ab hora secunda in quintam, uel à septima in decimam, à caducis diligenter electa integra, & propè dura, & aliquanto uiridia in picato uase claudantur, quod operculo tegitur, & deorsum os eius inclinatur, atq; breui scrobe obruitur in eo locõ, circa quẽ perennis aqua decurrit. Itẽ quæ dura sunt, in cærne, & cute, prius in acerno posita, ubi se mollire cœperint, in uas fictile bene cõctũ, picatumq; ponuntur, & operculo sup ueniente gypsantur. Vas breui scrobe demergitur in eo locõ, q̃ quotidie sole tangatur. Plurimũ pyra obruta inter paleas, aut frumenta seruarunt. Alij statim lecta cũ tenacibus suis picatis urceis cõdiderunt, & oribus uasculorũ gypso, uel picẽ clausis ipsa sub diuo obruta sabulone texerũt. Alij pyra, quæ se nõ contingerent, in melle seruarũt. Item pyra diuisa, & purgata granis, i sole siccantur. Aliq aquã salsam, cũ cœperit undare calefactã, despumãt, & ei post iam frigidæ pyra seruanda demergũt. Tunc exẽpta post tẽpus exiguũ cõdunt urceo, & eius lito ore cõseruant. uel nocte, & die in frigida salsa manere patiuntur. post in aqua pura biduo macerant, deinde in sapa, uel passo, uel dulci uino mersa custodiunt.

Vinum pyri, & acetum.

VINVM de pyris fit, si contusa, & sacco rarissimo cõdita ponderibus cõprimantur, aut prælo. Hyeme durat, sed prima acescit æstate. Acetũ sic fit de pyris. Pyra syluestria, uel asperi generis matura in cumulo reseruantur per triduum. Deinde mittuntur in uasculo, cui fontana, aut pluuialis aqua misceatur, & opertum uas per. XXX. dies relinquitur, ac subinde quantum sublatum fuerit aceti adusum, tantum redditur aquæ ad reparationem.

Liquamen ex pyris.

LIQVAMEN de pyris æstimoniale sic fiet. Pyra maturissima cum sale calcantur integra. Vbi cærnes eorum fuerint resolutæ, uel in cupellis, uel in uasculis fictilibus picatis condiuntur. Post mensem ter-

cium, suspensæ eæ cærnes liquorem dimittunt saporis iucundi, sed coloris albiduli. Circa hoc illud proderit, ut tempore, quo saliuntur, pro aliqua parte uina nigella permisceas.

De malo.

MENSE Februario, & Martio mala seramus, si calida, & sicca regio est Octobri, & Nouembri. Eorũ plura sunt genera, quæ numerare superfluum est. Amant pingue, ac lætum solum, & cui humorem non tam rigatio, q̃ natura suppeditet. Et si in arena, uel argilla sit, rigationibus adiuuetur. Montanis locis debent ad meridiem uersa constitui. Et frigido solo proueniunt, si cœli tepor adiuuerit. nec in asperis, & humectis sedem recusant. Macrum, & aridum solum poma uermiculosa efficit, & caducã. Seruntur omni genere, sicut pyri. neq; exarari, neq; effodi desyderant. Itaq; eis magis prata conueniunt. Stercus ouillum tantum non exigue quidem, sed libenter assumunt, uel si cineris puluere misceantur. Amant modestas rigationes. Putatio illis apta est, sed maxime ut arida, & male nata tollantur. Citius senescit hæc arbor, & in senectute degenerat. Si cãducã sunt poma, fissæ radici lapis iniectus poma retinebit. lacertæ uiridis felle si tanguntur cacumine, non putrescit. Vermes eius suillo stercore misto, humanæ urinæ, aut felle bubulo extinguntur. qui si plures circa arborem sunt, æreo scalpro semel rasi non ultra nascentur, si ea loca, unde rasi sunt, bubulum stercus obducat. Si spissa poma ramos onerabunt, interlegenda sunt quæq; uitiosa, ut alimentum cæteris succus æquiparet, & generosis abundantiam ministret, quam numerosa utilitate perdebat. Malus omni generi inseri potest, quo pyrus. Mense Februario, Martio, & aliis, quibus pyrus inseritur in malo, in pyro, in spino, pruno, sorbo, persico, platano, populo, saliceo. Diligenter legenda sunt mala, quæ uolumus custodire. Ea in locis obscuris, ubi uentus, non sit, stramentis prius in crate subiectis, in cumulos secreta disponimus, qui cumuli frequenti diuisione separentur. Aliqui diuersa dixerunt, uel singula in uasculis fictilibus picatis, atque oblitis clausi, uel argilla inuolui, uel solos pediculos creta adlini, uel in tabulis substrata palea disponi, & stramentis de superiore parte cooperiri. Mala rotunda, quæ orbiculata dicuntur, sine cura toto anno seruari possunt. Alij in puteo, uel in cisterna mergunt uasa fictilia, quibus diligenter picatis, & clausis mala committuntur. Alij ex arbore mala illæsa sumpserunt, & pediculis eorum picẽ feruenti mersis, supra tabulatum per ordinem disponunt, nucum foliis subter expositis. Plerique sœbem populi, uel abietis inter mala diffundunt. Constat mala sic ponenda, ut pediculorum partes decor-

sum facias, neq; ante, q̃ usui necessaria uideantur esse, cõtingas. Vinũ, & acetum fit ex malis, sicut ex pyris ante præcepi. Cydonijs serendis pleriq; tempora diuersa dixerunt. tamen mihi usu compertum est in Italia circa Vrbem, mense Februario, uel inchoante Martio plantas cydoniorum radicatas in pastinato solo tenuisse adeo feliciter, ut sæpe sequentis anni fruge gauderent, si posita maioris status fuissent. Locis siccis, & calidis, extremo Octobri, uel Nouembri inchoante ponantur. Amant cydonij locum frigidum, humectum. Si in tepido statuuntur, opus est illis rigatione succurri. Ferunt tamen statum mediocris situs, inter naturam frigoris, & caloris, & in planis, & in decliuibus proueniunt, tamen magis inclinata, & deuexa desyderant. Serunt aliqui cacuminibus, & talea, sed tardus est in utroq; prouentus. Ita ponẽdæ sunt largæ arbores cydonij, ne alterã quatiente uento stillicidium tangat alterius. Dum minor est, uel quando ponitur, iuuetur stercore, maior uero cinere, uel cretæ puluere semel toto anno radicibus misso. Poma in his & cito matura, & maioris incrementi assiduus humor efficiet. Rigandæ sunt, quoties cœlestis negatur infusio, & circunfodiendæ locis calidis, Octobri mense, & Nouembri, frigidis uero Februario, uel Martio. Nisi enim circunfodiãtur assidue, aut steriles efficiuntur, aut earũ poma degenerant. Putandæ sunt, sicut probaui, et à uitiosis omnibus liberãdæ. Si arbor ægra est, amurca aquæ æqualiter mista radicibus debet affundi, aut calx uiua temperata cũ creta, uel resina locularis, pici liquidæ mista trũco arboris adlini, uel ablaqueatæ arbori circa radices imparis numeri poma cydonia pro magnitudine eius ponenda, & obruenda firmantur. quod annis singulis factũ, custodiet à uitijs, sed arboris longæ derogabit ætati. Mense Februario cydonia inseruntur, melius in trunco, q̃ in cortice. Recipiũt in se surculos propè omnis generis punici, sorbi, omnium malorum, quæ meliora producunt. Inseruntur autem nouellæ arbores, quibus succus est in cortice. si maior est, circa radicem melius inseretur, ubi cortex, & lignum beneficio soli adhærentis humescit. Legenda sunt matura cydonia, quæ hoc more seruantur, uel inter binas tegulas posita, si luto ex omni parte claudantur, uel si defruto incoquantur, aut passo. Alij quæ maiora sunt, fici folijs inuoluta custodiũt. Alij tantum locis siccis reponunt, à q̃bus uentus excluditur. Alij canna, uel ebore in quatuor partes diuisa, sublatis omnibus, quæ in medio sunt, in uase fictili melle obruunt. Alij in melle sic integra dimittunt. In quo genere condiendi satis matura deliguntur, Alij milio obruunt, uel paleis separata demergunt. Alij plenis uino optimo uasculis mittunt. uel uini, & defruti ad seruanda cydonia, æquũ corpus efficiũt.

Alij dolijs

Alij dolijs musti mergunt, atque ita claudunt, quod odoratum reddit & uinum. Alij in patina noua sicco gypso obruunt separata cydonia.

Siliqua.

SILIQVA Februario mense seritur, & Nouembri & semine, & plantis. amat loca maritima, calida sicca, cãpestria. tamen (ut ego expertus sum) in locis calidis fœcundior fiet, si adiuuetur humore. potest & taleis poni. Scrobem desyderat largiorem. Inseri etiam posse mense Februario credunt aliqui, in pruno, uel amygdalo. Siliquæ seruantur diutissimè, si expendantur in cratibus.

Morus.

AMICA est morus, & uitis. Mori nascuntur ex semine, sed & poma, & uirgulta degenerant. Serenda est taleis, uel cacuminibus, melius autem taleis sesquipedalibus, ex utraque parte leuigatis, ac fimo oblitis. Cum locum palo ante fecerimus, immergimus, ac tegimus cinere terris admisto, non amplius quám quatuor digitis operimus. Seremus à medio Februario, & toto Martio, locis uero calidioribus, Octobri postremo, uel Nouembris initio, sed uerno maxime, die nono Calendarũ Aprilium. Amant loca calida, sabulosa, & plerũq; maritima. In tofo, uel argilla uix comprehendunt. Humor assiduus moris prodesse non creditur. fossionibus lætatur, et stercore. Putria in his, & arida post triennium sunt putanda. Plantam, si robusta est, transferes mense Octobri, uel Nouembri, si tenera, Februario, & Martio. Scrobes desyderant altiores, interualla maiora, ne altera umbris prematur alterius. Feracem, altioremq; arborem mori fieri aliqui tradiderunt, si perforato hinc inde trunco singulos cuneos inseramus, terebinthi hinc, inde lentisci. Circa Octobris Calendas morus ablaqueanda est, & radicibus eius uini ueteris recentissimæ feces infundendæ. Inseritur autem in fico, & in se tantum sub cortice. Vlmo insita comprehendit, sed parturit magnæ infelicitatis augumenta.

Auellana.

AVELLANAE ponendæ sunt nucibus suis. non amplius supra terra ducenda est, quàm crassitudine digitorum duorum. Plantis tamen, & sobole expertus sum melius prouenire. Mense Februario, seu plãta, seu semen exponitur. gaudẽt loco macro, humido, frigido, et sabuloso. Mẽse Iulio circa nonas auellana matura est. locis tamẽ calidis

Mixa.

NVNC seruntur mixa ex nucleis in aliquo uase positis, donec

plantæ induant firmitatem, cœlo tepido, terra soluta, humore moderato. Inseruntur mense Martio sorbis, uel spinis.

De pomis aliorum mensium.

ETIAM nunc tuberes seruntur, & inseruntur, & ossa duracinorum, uel plantæ eiusdem generis ponuntur, & transseruntur, & inseri possunt. & mespilus inseretur, & ossa ponentur prunorum. Ficus etiam locis temperatis nunc poni potest, & sorbus hoc etiam mense seri, & amygdali semina in areis obrui, & locis temperatis nunc inseri mense inchoante, frigidis uero exeunte, conditis tamen siculis ante quàm germinent. Et pistaciæ planta uel nunc statui, aut inseri potest, & castanearum semina spargi. Nuces quoque iuglandes etiam nunc seminarijs recondi, & ipsum genus inseri, & frigidis, & humectis locis nunc poterunt pineta seminari.

De educatione porcorum. T. XXVI.

NVNC uerres maxime fœminas inire debebunt. Legendi sunt uasti, & ampli corporis, sed rotundi potius quàm longi, uentre, & clunibus magnis, rostro breui, ceruicæ glandulis spissa, libidinosi, anniculi, qui usque ad quadrimos inire fœminas possunt. Scrofas uero longi lateris debemus eligere, & quibus ad sustinendum fœturæ onus magnus se uenter effundat, cætera uerribus similes. sed in regionibus frigidis densi, & nigri pili, in tepidis qualescunque prouenerint. Fœmina ad creandum, usque in annos septem partus onera gestare sufficiet, ad cõcipiendum, annicula debet incipere. Quarto exẽpto mense pariunt, ubi quintus incipiet. Incipiunt autem (sicut dixi) mense Februario, ut solidioribus herbis nati, & stipula succedente pascantur. Vbi facultas est transigendi, uenditis qui subinde nati sunt, celerior matribus fœtura reparatur. Genus hoc omnibus locis haberi potest, melius tamen agris palustribus quàm siccis, præcipue ubi arborum fructuosarum sylua suppetit, quæ subinde maturis fructibus alterna per annum mutatione succurrat. Maxime locis graminosis, & cannarum, uel iunci radicæ nutriuntur. Sed deficientibus alimentis per hyemem, nonnunquam præbenda sunt pabula glandis castaneæ, uel frugum uilia excrementa cæterarum, uerno magis cum lactent nouella uirentia, quæ porcis solent nocere. Neq; gregatim claudendæ sunt porcæ more aliarum pecudum, sed haras sub porticibus faciemus, quibus mater unaquæque claudatur, & alumnum gregem tutior ipsa defendat à frigore. Quæ haræ à superiori parte detectæ sint, ut libere numerum pastor exploret, et oppressis à matre fœtibus sæpe subueniat subtrahendo. Curabit autem ut fœtus proprios cum unaquaque procludat. Plus uero quàm octo (sicut Columella dicit) nutrire non debet. Mihi uero utilius probatur experto, porcam, cui pabula suppetunt, ut plurimũ sex nutrire debere, quia licet plures possit educare, tamen frequentiore numero fœta deficiet. In porcis etiam illud est cõmodum, quod immissi uineis necdum turgentibus, uel exacta uindemia gramine persecuto diligentiam fossoris imitantur.

De uino myrtite aliter. T. XXVII.

IN huius mensis initio aliter myrtite sic facies. Mittes uini ueteris decem sexturios in lagæna, & bacarum myrti libras. V. miscebis. Cũ. XX. & duorum dierum spatium cõfusa transegerint, per quos uas quotidie cõuenit agitari, tunc palmea sporta colabis, et prædictis. X. sexturijs mellis optimi fortiter triti pondo. V. miscebis.

De uite thyriaca. T. XXVIII.

THYRIACAM uitem sic facies, cuius iste profectus est, ut uinum eius, uel acetum, uel uua, uel sarmentorum cinis proficiat cõtra morsus omnium bestiarum. Fit autem sic. Sarmentum, quod pangendum est, trium digitorum spatio in ima parte findatur, & sublata medulla ad eius uitem thyriacæ medicamen addatur. Tunc terræ mandetur uinculo diligenter astrictum. Aliqui eadem sarmenta iam medicamine satiata, intra squillæ bulbum recondunt, et terris prædicta ratione cõmittunt. Aliqui antidoti eius affusione radices uitis infundunt. Sanè sarmentum, si de hac uite sumatur ad transferendũ, potentiam materni medicaminis non tenebit. Oportebit autem thyriacæ infusione assidua, uim succi senescentis iterare.

De uua sine granis. T. XXIX.

EST pulchra species uuæ, quæ granis interioribus caret. Hinc efficitur, ut summa iucunditate sine impedimento sorberi possit, uelut unũ omniũ corpus uuarum. Fit autẽ græcis authoribus hac ratione, per artem succedente natura. Sarmentum, quod obruendũ est, quantũ latebit in terra, tantum findere debebimus, et medulla omni sublata, ac diligenter excalpta, mẽbra iterũ diuisæ partis adunare, & uinculo cõstricta deponere. Vinculũ tamen papyro asserunt esse faciendũ, & sic in humida terra esse ponendum. Diligentius quidam sarmentum reuinctum quantum excisum est, intra squillæ bulbum demergunt cuius beneficio asserunt sata omnia comprehendere posse facilius.

Alij tempore, quo uites putant, sarmentum fructiferum putatæ uitis in ipsa uite, quam possint de alto sublatæ medulla excauant non diuisum, & calamo affixo alligant, ne possit inuerti. Tunc ὀχὸν καπνιαῖον quod græci sic appellant, in excauata parte suffundunt, ex aqua prius ad sapæ pinguedinem resolutum, & hoc transactis octonis diebus semper renouant, donec uitis germina nouella procedant. Et in granatis malis fieri hoc posse firmatur à græcis, & in cæsis opus est experiri.

De uite nimis lachrymosa. T. XXX.

VITES, quæ lachrymarum nimietate tabescunt, & deplorando uim roboris sui auertunt à fructu, trunco earum lacerato græci sinum fieri iubent. Si hoc minus proderit, radicum robur pingue rescindi, ut afferat medicinam uulnus impressum. tunc insulsa amurca ad medietatem decocta, & refrigerata plagæ excisio perlinetur, & sub hac acetum acre fundatur.

Myrtitis alia confectio apud græcos. T. XXXI.

GRAECI item myrtite sic præcipiunt temperari. Myrti bacas maturas in umbra siccatas, & postea tusas uncias octo mittis in linteo, & suspendis in uino, & uas cooperies, ac linibis, & cum plurimis diebus sic fuerit, auferes, et uteris. Aliqui myrti bacas sine pluuia collectas maturas et locis sicioribus calcant, uel exprimunt, & uino miscent. VIII. cotularum mensuram per amphoram uini. quod uinum medicinæ quoque proderit, ubi stipticis est utendum, stomachum solidare tituubantem solet, reiectiones sanguinis inhibere, fluorem uentris astringere, limum dissinteriæ passionis mediocriter asperare.

Vt propomata sponte nascatur. T. XXXII.

CONDITVM uel abscynthiatum, uel rosatum, uel uiolatum procedere sponte fertur ex uitibus (ut natura suscapiat, quod procura re sueuit industria) si sarmenta in uas aliquod semplenum supradictis potionibus mersa seruentur, et uinæ terræ simul resoluas ad lixiuij modum, donec oculi sarmentorũ nitantur exire. tunc eadẽ sarmẽta gemmantia in quo uolueris loco, uitium cæterarum more deponas.

Vt botryones uarij nascantur. T. XXXIII.

VT Vitis botryones & albos afferre possit, & nigros, græci sic fieri debere iusserunt. Si uinæ sunt uites nigræ, & albæ, cum putantur, sarmenta

tur, sarmenta utriusq; inter se diuisa sic iunges, ut medios utriusq; generis oculos æquando reddere possis unitatu. tunc papyro ligabis stricto, & molli, atq; humida terra curabis adlinire, & interiectis ternis diebus adaquare, donec germen nouæ frondis erumpat. Hinc exempto tempore, si libuerit, genus efficies per plura sarmenta.

De horis. T. XXXIIII.

HIC mensis in horarum mensura cum Nouembri mense concordat, quas hac numeri ratione colligimus.

Hora	I.	pedes	XXVII.
Hora	II.	pedes	XVII.
Hora	III.	pedes	XIII.
Hora	IIII.	pedes	X.
Hora	V.	pedes	VIII.
Hora	VI.	pedes	VII.
Hora	VII.	pedes	VIII.
Hora	VIII.	pedes	X.
Hora	IX.	pedes	XIII.
Hora	X.	pedes	XVII.
Hora	XI.	pedes	XXVII.

PALLADII DE RE RVSTICA LIBBER QVARTVS.

De putandis uineis, & inserendis, & pangendis uitibus. T. I.

ARTIO mense locis frigidis putatio uinearum celebratur, de qua abunde Februario mense locuti sumus, usq; quo incipit gemma esse suspecta. Nunc oportet uineas inserere, cum uites non aquato, sed spisso humore lachrymabunt. Seruabimus ergo, ut truncus, q inseritur, solidus sit, & alimento humoris exuberet, neq; ulla uetustate, aut iniuria lacer atus aresc at. Tũc decisæ uiti surculi, qui inserendi sunt, sint solidi, rotundi, gemmis spissis, et pluribus oculati. Tres tamen oculi in insitione sufficient. Radendum est ergo sarmentum ad mensuram digitorum duorum, ut ab una parte sit cortex. Aliqui non patiuntur nudare medullam, sed leuiter radunt, ut incisura sensim possit in acumen exire, & ut corticata pars cortici nouæ matris aptetur. Infimus oculus ita infigendus est, ut trunco iunctus adhæreat, q oculus exteriorẽ partem debet aspicere

uinculo salicis infuso, & paleato luto desuper alligari, tegumento quoq; aliquo à uentis, & à sole defendi, ne hi quatiant, hic adurat. Vbi calor tẽporis cœperit, ligaturæ ipsi pinnicillo circa uesperam tenuis debet frequẽter humor affundi, ut hoc alimento cõtra uim cœli torrẽtis animetur. Cũ ergo germen ruperit, & aliquod cœperit incrementũ, calami adiutorio debet annecti, ne motus aliquis fragilem procedentis sarmẽti quasset ætatem. Vbi solidius quantũcunq; processerit, uincula oportet abscindi, ne adolescentia mollissimi germinis nodo duræ constrictionis angatur. Aliqui infra terrã semipedis spatio effossæ uitis surculos inserunt, & beneficio congestionis accumulãt, ut hoc quoq; nouis sarmentis præter nutricis alimenta subueniat. Nonnulli circa terras melius asserunt inserendũ, quia in altiori difficilius comprehendunt. Vsque ad Idus, uel æquinoctium uites locis frigidis pangendæ sunt, seu pastinato, seu sulco, seu scrobibus, more, quo dictum est.

De pratis purgandis in locis frigidis, & proscindendis agris. T. II.

NVNC locis frigidis prata purgãda, atq; seruãda sunt. Locis gelidis colles pingues, & agros uliginosos proscindere, atq; exarare conueniet. Veruacta etiam, quæ Ianuario mense sunt facta, repetere.

De panico, & milio serendo, cum ordine suo. T. III.

CALIDIS, & siccis regionibus panicum seremus, & milium. Leuem, & solutam terram desyderant. Nec in sabulone solum, sed in arena quoque proueniunt, dummodo cœlo humido, & solo serantur irriguo, quia siccum, & argillosum agrum reformidant. Herbis liberentur assidue. quinque sextarijs spatium iugeri complebitur.

De cicere serendo, cum ordine suo. T. IIII.

NVNC cicer utrũq; serere debemus loco lætissimo, cœlo humido. macerandũ est pridie, ut possit citius nasci. Iugerũ tribus modijs conseretur. Cicer grãde nasci græci dicunt, si infundatur aqua tepida pridie, amare ẽt loca maritima, tẽperius prouenire, si seratur autumno.

De cannabo. T. V.

HOC etiam mense cannabum serimus usque in æquinoctium uernum, hac ratione, qua in Februario disputatum est.

De cicera. T. VI.

NVNC cicera seritur, quæ distat à cicercula solo colore, quo sordet, & nigrior est, primo sulco, uel secundo, solo læto. Iugerum qua-

tuor, uel tribus, uel etiam duobus modijs implebimus.

De nouellis puluerandis, & fodiendis uitibus, palandis, ac ligandis, & ueteranis uineis restituendis. T. VII.

HOC mense nouella uinea incipit puluerari, quod nunc, ac deinceps per omnes Calendas usq; ad Octobres faciendum est, non solum propter herbas, sed ne tenera adhuc semina, solidata terra constringat. Graminum radices, quæ plurimum uitibus nocent, extirpandæ sunt. Nunc locis frigidis uinearum fossio celebranda est. & palandæ, atq; ligandæ sunt uites. sed nouellam mollibus uinculis alligemus, quia eam teneram uincula duriora præcidunt. Palus maioribus uitibus solidus, minoribus ponatur exilis. Propter umbræ molestiam statuatur ab aquilone, & plaga frigida, spatio quatuor digitorum, uel semipedis remotus à uite, ut possit ex omni parte circumfodi.

Vt uetus uinea reparetur.

VINEAS ueteres nunc aliqui à terra altius truncant, studentes reparationi, sed uitiosum est. Nam plerunq; uastior plaga sole putrescit, et roribus. quare hoc genere reparetur. Prius ablaqueabitur altius, donec eius nodus appareat. deinde infra terram supra nodũ recidatur, ut operta, de frigore, & sole nil timeat. Hoc faciendum est, si optimi generis uitis sit, et alte posita, alioquin generosis melius erit inserenda sarmentis. Omnia supradicta locis calidis primo mense, frigidis uero, post Idus ipsius exequemur.

Aegras uites refouere.

AEGRAS uites, uel quibus fructus arescit, circumfodies, & urinam ueterem suffundes. Item cinerem sarmenti, uel querci aceto mixtum subijce, aut incisas circa terram lætamine refoueto, & quæ germinant, fortiora dimitte.

Læsas bidente curare.

CVM uitis bidẽte læditur, aut ferro, plagam, si terræ iuncta est, adline stercore ouillo, uel caprino. tunc terra mista circumfossa ligare curato Si in radice læsa est, operiens liquidum lætamen admisce.

De oleis amurca sagmandis, & cætera earum cura, T. VIII.

NVNC oleis laborantibus circum radices insulsa amurca fundetur. Maximis arboribus (quod Columella dicit) sex congij, mediocribus quatuor, cæteris pro æstimatione sufficiunt. Alij paleas fabæ bi-

nos per maiorē arborem qualos. Alij ueteris urinæ humanæ trūcō, quantum satis uidetur, affundunt, & arbori morturiū statim faciunt, maxime locis siccis, trunco ante cooperto. Oleā sterilē terebra gallicæ perforabis. Tunc duos frugiferæ arboris ab australi parte ramos eiusdē magnitudinis tollis, & stricte in foramen utrūq; conijcies uel lapidē, uel pini, uel querci palos, & abscisso eo, quod superabit, luto paleato curabis occulere. Sed si sine fruge luxuriāt, oleastri palū radicibus eius infige. Nunc etiā quibus moris est, frumenta iterum sarrire cōueniet. Nūc locis frigidis seminaria, quæ Februario mēse dicta sunt, bacarum, & seminum fiunt, & rosaria in mensis initio percolātur.

De hortis. T. IX.

NVNC horti optime sumunt cultionis initia. Mense Martio cærduus seritur. Terram stercoratam, & solutam diligat, quis in pingui possit melius prouenire. Et hoc illi contra talpas prodest, si pangatur in solido, ne terra ab inimicis animalibus facilius perforetur. Serendi sunt cærdui luna crescente, in area iā parata semina, spatio semipedis discreta. Cauendū est, ne semina inuersa ponantur, nam debiles incuruos, & duros creabunt. Non alte imprimenda sunt, sed tribus digitis comprehensa mergantur, donec ad primos articulos terra perueniat. Tunc leuiter operiantur, & herbis liberentur assidue, donec plantaria solidentur, & rigentur, si æstus interuenit. Si cacumina seminū confringas, spinis cærebunt. Item si semina eorum madefeceris per triduum laurino oleo, uel nardino, uel opobalsamo, uel succo rosæ, uel mastichino, & postea siccata depresseris, eiusdē saporis orientur, cuius unguentum semina combiberunt. Singulis sanè annis à codicæ auferēdæ sunt plantæ, ut nec matres fatigentur, & soboles per alia spatia digeratur. cum aliqua tamen radicis parte uellendæ sunt. Quos reseruabis ad semina colligenda, liberatos omnibus pullis testa supertegere debebis, aut cortice. nam solent semina sole, uel imbribus interire. Contra talpas prodest, catos frequenter habere in mediis cærduetis. Mustellas habēt plerique mansuetas. Aliqui foramina earū rubricat, & succo agrestis cucumeris impleuerunt. Nonnulli iuxta cubilia talparum plures cauernas aperiunt, ut illæ territæ fugiant solis admissu. Plerique laqueos in aditu earum setis pendentibus ponunt. Hoc etiam mense ulpicum bene, & allium seremus, & cæpullas, & cunelam locis frigidis, & anetum. Nunc & sinapis, & caules optime seruntur, uel plantantur, & malua seritur. et armoracea, & origani planta transfertur. Lactuca, & beta, & porrus, et cæpparis seri possunt, & colocasia, & satureia, & nasturtium. Intyba etiam, & raphanos

phanos nunc aliqui serunt, quibus utantur æstate. Nunc melones serendi rarius. Distent inter se semina pedibus duobus, locis subactis, uel pastinatis, maxime arenis. Semina eius mulsō, & lacte per triduum macerāda sunt, & tunc iam siccata ponenda. hinc suaues efficientur. Odorati autem fiunt, si eorum semina multis diebus inter rosæ folia siccata mergantur. Nunc & cucumeres seminātur, rare sulcis factis, altitudine sesquipedali, latitudine pedum trium. Inter sulcos. VIII. pedū spatium crudum relinquas, ubi possint uagari. Herbis iuuantur, ideo sarculo, & runcatione non indigent. Semina si ouillo lacte, & mulsō macēres, dulces nascentur, & candidi. Longi, & teneri fiunt, si aquā in patenti uasculo sub eis ponas, duobus palmis inferiorem, ad quam festinando tales efficientur. Sine semine nascentur, si prius eorum semina oleo sabino perungantur, & herba ea, quæ culex dicitur, trita confricentur. Aliqui florem cucumeris cum uiticulæ suæ capite cannæ inserunt, cui prius omnes nodos perforauerint. ibi cucumis nascetur in nimiam longitudinem tensus. Oleum sic metuit, ut si iuxta posueris, uelut hamus plicetur. Quoties tonat, uelut timore perterritus conuertitur. Si eius florem sicut in suauite est, in forma fictili clauseris, ac ligaueris, qualē uultum forma uel hominis, uel animalis habuerit, talem cucumis figurā præstabit. Hæc omnia Gargilius Martialis asseruit. Columella dicit, loco aprico, & stercoroso si rubos habeamus, aut ferulas, post autumni æquinoctium, his iuxta terram recisis, & excauatis ligneo stylo, inter medullas lætamen immittamus, & cucumeris semen addamus, hinc nasci fructus, qui possint & inter frigora non necari. Hoc mense asparages seremus circa Apriles Calen. pingui loco, humido, subacto, ita ut minoribus fossulis ad lineam directis bina, aut terna grana semipedis spatio discreta ponantur. Dehinc stercore solum tegatur, & herbæ subinde uellantur, uel per hyemen supra stramina iaciantur primo uere tollenda. Hinc post triennium nascentur asparagi. Sed expeditor ratio est, si asparagorum spongias ponas, quæ cito fructum ministrent. Hæsic fient. Semina asparagi quanta tribus digitis comprehendere possis, post Idus Februarias pingui, & stercorato solo in singulis fossis ponis, & leuiter obruis. His cæuntibus, radix connexa nascetur, quæ appellatur spongia. Sed & hæc moras habet. Nam per biennium in seminario suo est stercore, & assidua runcatione nutrienda. Deinde post æquinoctium autumni transferetur, & uere asparagum dabit. Has erit utilius comparare, quàm longa expectatione nutrire. Eas tamen in sulcis disponemus, si locā siccā sunt inter medios sulcos, si humida, in summitate sulcorum, Humor spongias asparagorum transitu suo debet tantum rigare, non sistere.

Asparagum, quem primo protulerint, cõfringere debemus, non auellere, ne adhuc inualidam moueamus spongiam. cæteris annis auellendus est, ut oculos suæ germinationis aperiat, quia si deinceps refringas, locat, quæ fœcunda esse consueuerunt, remanente asparagi radice claudentur. Ministrabunt autem uere, & autumno reseruabis eum, de quo sumpturus es semina, postea scopas eius incendes. tunc circa hyemem spongijs adijcies stercus, & cinerem. Hoc mense ruta seritur locis apricis, solius cineris insperſione contenta. Locat desyderat altiora, unde humor elabitur. Si ponas semina eius adhuc clausa folliculis, singulatim manu debebis affigere. Si iam minuta sunt, sparsa iactabis, & rastro obducta cooperies. Caules eius, qui inclusis seminibus nati fuerint, fortiores erunt, sed serò nascentur. Ramuli eius cum aliqua corticis parte conuulsi uerno tempore pro plantis tenebunt. tota uero translata morietur. Nonnulli ramulos eius pertusæ fabæ inserunt uel bulbo, atq; ita obruunt alieno uigore seruandos. Prosequuntur etiam maledictis, et maxime in terra soluti lateris ponunt, quod prodesse certissimũ est. Sed (ut asserunt) melius furtiua proueniet. Sub fici arboris umbra libentius acquiescit. Non effodi herba, sed optat auelli. Immundæ mulieris formidat attactum. Ab hoc mense usq; in Octobrem totum coriandrũ seritur. Amat terrã pinguẽ, sed & macro solo nascitur. Semen melius putatur, quod uetustius fuerit. delectatur humore. Satum bene cum olere quocunq; nascetur. Hoc mense cucurbita serenda est. Amat solum pingue, humidum, stercoratum, solutum. Hoc in cucurbitis insigne est, q̃ longas pariunt, & exiles semina, quæ in earũ cæruicæ nascuntur. quæ in uentre fuerant, cucurbitas faciunt crassiores. quæ in fundo, latas, si inuersis cacuminibus obruantur. Vbi adolescere cœperint, amminiculis adiuuentur. Quæ seruantur ad semina, usq; ad hyemẽ in sua uite dependeant, deinde sublatæ in sole ponantur, aut fumo. aliter semina putrefacta depereunt. Hoc mense blitus seritur solo qualicunq;, sed culto. Olus hoc neq; runcandũ est, neq; sarculandũ. Cũ semel natum fuerit, ipsum se per multa secula seminis sui deiectione reparabit, ut, etiam si uelis, uix possit aboleri. Nunc etiam serpyllum seritur plantis, & semine, sed uetustate meliori. Lætius frondebit, si iuxta piscinam, uel lacum, uel putei margines conseratur. Anisum quoq;, & cyminũ nunc bene seritur. Locis lætioribus melius prouenit, itemq; cæteris, si humore iuuetur, et stercore.

De pomis, & malo punico. T. X.

LOCIS temperatis mense Martio, uel Aprili mala punica serimus, calidis uero, & siccis, Nouembri. Amat hæc arbor solum creto-

sum, macilentum, sed in pingui etiam prouenit. Regio illi est apta, quæ calida est. Seritur plantis de matrum radice deuulsis. Sed quamuis multis generibus seratur, melius tamen ramus eius cubitalis incisus ma rubrij crassitudine, & capite utroq; acuta falce leuigatus, scrobi uelut obliquus immergitur. prius tamen porcino stercore & in capite, & in parte, quæ ima est, oblinatur, uel in crudo solo malleo cogatur ad inferiora defigi. Melius proueniet, si ponendus ramus gemmata iam matre sumatur. Sed qui in scrobe deponit, si tres lapillos in ipsa radice constituat, prouidebit, ne poma findantur. Curandũ ne uirgulta inuersa deponas. Creduntur acida fieri, si rigentur assidue, nam siccitas in his & suauitatem præstat, & copiam, cuius tamen nimietati aliquid debet humoris opponi. Circunfodi autumno debet, et uerno, Si acida nascantur, modicum laseris cum uino tritum per summa arboris cacumina oportet infundi, uel ablaqueatis radicibus tedæ clauus infigi. Alij algam marinam obruunt ad radices, cui nonnulli stercus miscent asininum, atq; porcinum. si florem non continet, urinam ueterem cum pari mensura aquæ temperabis, & ter per annum in radicibus infundes. Vni arbori amphora ingesta sufficiet, uel amurcam mittis insulsam, uel algam radicibus iunges, et bis rigabis in mense, uel arboris florentis truncum plumbeo circulo debebis includere, uel cirio anguis inuoluere. Si crepant poma, lapidem in media arboris radice supponis, uel squillam circa arborẽ seris. Et si, dum pendent poma, tenacibus, sicut in arbore habentur, intorseris, in totum annum sine corruptione seruabis. Si uermibus laborant, tangis radices felle bubulo, & continuo moriuntur, aut clauo æneo, si uermes eosdem purges, difficile nascentur, uel asini urina stercori admista porcinos uermibus obuiabit. Cinis cum lixiuio circa punica truncum frequenter infusus, læta, & fructuosa reddit arbusta. Asserit Martialis candida in his grana fieri, si argillæ, et cretæ quartam partẽ gypsi misceas, & toto triennio hoc genus terræ radicibus eius adiungis. Idẽ dicit miræ magnitudinis fieri, si olla fictilis obruatur circa arborem punici, & in ea ramus cũ flore claudatur, ne resiliat ligatus ad palũ. Tunc cooperta olla contra aquæ muniatur incursus. Autumno patefacta suæ magnitudinis poma redhibebit. Multa in punico ipse asserit poma procedere, si titimalli, & portulacæ succus æqualiter mixtus ante q̃ germinet, trunco arboris adlinatur. Inseri posse affirmat de ramorũ cõnexione, ut medulla utrinq; diuisa se iungat. In se tantum inseri potest circa Apriles Calendas, mense Martio ultimo. Sed secto trunco surculus recẽtissimus statim debet inseri, ne mora exiguum, q̃ inest, siccet humorẽ. Punica mala seruãtur, si picatis pediculis ordinata

ſuſpendas. Alter. Lecta integra in aqua marina, uel muria feruente mergantur, ut cõbibant. Poſt triduum ſole ſiccentur, ut ſub dio nocte non maneant. poſt in locũ frigido ſuſpẽdantur. Cum uolueris uti aqua dulci pridie macerabis. Feruntur hæc pomis recentibus æmulari. Item ſi tactu inuicẽ ſeparata paleis obruantur. Itẽ foſſa fit longa, & cortex eiuſdẽ magnitudinis paratur, cui mala acutis ſurculis ſuis affiguntur. Tunc inuerſus cortex ſupra foſſam ponitur, ut mala ſine terræ tactu ſubterpendentia ab humore defendat. Item ſi induantur argilla, et ea ſiccata loco frigido pẽdeant. Itẽ ſi ſeriola ſub dio obruatur, quæ habeat arenas uſq; ad mediũ, & mala cum tenacibus lecta imprimantur cannis ſingulis, uel ſambuci uirgulis, & ita ſeparata in arenis figantur, ut ipſa quatuor digitis emineant ab arena. Hoc & ſub tecto in ſcrobe bipedanea fieri poteſt, & utilius eſt ad ſeruadum, ſi cum ramo langiore tollantur. Aliter. In ſeriola, cui ad medium aqua mittatur, ſuſpenduntur mala, ne humorem tangant, & ſeria clauditur, ne uentus irrũpat. Item in dolio intra ordeũ ſic ordinantur, ne ſe inuicem tangant, & doliũ deſuper operitur. Vinum de malis granatis conficies hoc modo. Grana matura purgata diligenter in palmea ſiſcella mittis, & in cochlea exprimis, & lente coques uſq; ad medietatem. cum refrixerit, piccatis, & gypſatis uaſculis claudes. Aliqui ſuccum non excoquunt, ſed ſingulis ſextarijs libras mellis ſingulas miſcent, & in prædictis uaſculis ponunt, & cuſtodiunt.

De Citreo.

MENSE Martio citri arbor quatuor modis ſeritur, ſemine, ramo, talea, claua. Amat terram rarioris naturæ, cœlũ cãlidum, humorem q; continuũ. Si granis uelis ſerere, ita facies. Terrã in duos pedes fodies, cinerem miſcebis, breues areas facies, ut utrinq; per cãales aqua diſcurrat. In his areis palmarem ſcrobem manibus aperies, & tria grana deorſum uerſo acumine iuncta conſtitues, & obruta quotidie rigabis. Citius procedent, ſi beneficio aquæ tepentis uteris. Natis germinibus ſemper proxima herba runcetur. Poteſt hinc trina planta trãsferri. Si ramũ uelis ponere, nõ amplius ſeſquipede debebis immergere, ne putreſcat. Claua ſeri cõmodius eſt, quæ ſit manubriũ craſſitudine, longitudine cubitali ex utraq; parte leuigata, nodis, & aculeis recliſis, ſed integra ſummitate gemmarũ, per quas ſpes futuri germinis intumeſcat. Diligentiores & fimo bubulo adlinunt utrinq;, quod ſummũ eſt, uel marina alga ueſtiunt, uel argilla ſubacta, partis utriuſq; extrema cooperiunt, atq; ita in paſtinato ſolo deponunt. Talea & gracilior, & breuior eſſe poteſt, quæ ſimiliter ut claua mergetur. Sed talea palmis duobus ſuperſit. claua omnis obruitur. In ſpatio

non deſyderat interualla maiora. Alijs arboribus nõ debet annecti. Calidis locis, ſed irriguis, & maritimis maxime gaudet, q̃bus humor exundat. Sed ſiquis hoc genus, ut in regione frigida nutriatur, extorquet, locũ uel parietibus munito, uel in meridianam partem uerſo diſponat hanc arborem. Sed hybernis menſibus tectam ſtramine uelet agreſti. Vbi æſtas refulſerit, aeri arbor nuda, & ſecura reddatur. Talea, ſiue claua eius cãlidiſſimis regionibus, & per autumnum ponitur. Frigidiſſimis Iulio, & Auguſto poſitas, & quotidianis rigationibus animatas, ipſe uſq; ad poma, & magna incrementa perduxi. Citreum iuuari creditur, ſi cucurbitæ uicinis locis ſerantur, quarum uites etiam combuſtæ utilẽ citri arboribus cinerem præbent. Gaudent aſſidua foſſione, hinc proueniunt poma maiora. Niſi quæ arida ſunt, rariſſime debemus abſcindere. Inſeritur menſe Aprili locis cãlidis, Maio frigidis, non ſub cortice, ſed fiſſo truncõ circa ipſas radices. Inſẽ ſeritur & pyro, ut q̃dam uolunt, & moro. ſed inſiti ſurculi qualo deſuper omnino muniendi ſunt, uel fictili uaſculo. Aſſerit Martialis apud Aſſyrios pomis hanc arborem non cãrere. quod ego in Sardinia, & in territorio Neapolitano in fundis meis cõperi (q̃bus ſolũ, & cœlum tepidum eſt, & humor exundans), per gradus quoſdam ſibi ſemper poma ſuccedere cũ maturis ſe acerba ſubſtituant, acerborum uero ætatem florentia conſequantur, orbẽ quendam continuæ fœcunditatis ſibi miniſtrante natura. Feruntur acres medullas mutare dulcibus, ſi per triduũ aqua mulſa ſemina ponenda macerentur, uel ouillo lacte, quod præſtat. Aliqui menſe Februario truncũ obliquo foramine ab imo terebrant, ita ut altera parte non exeat. ex hoc humorem fluere pmittunt, donec poma formentur. tunc foramen luto replẽt. ſic quod eſt mediũ, fieri dulce confirmant. Citreum & in arbore poteſt per totum annum propemodũ cuſtodiri. Melius ſi naſculis q̃buſcunq; claudatur. Si uelis legere, atq; ſeruare, nocte luna latente debebis cum ramis foliatis cãrpere, & ſecreta diſponere. Alij ſingula uaſis ſingulis claudunt, uel gypſo adlinũt, & opaco loco ordinata cuſtodiũt. Pleriq; i cedri ſcobe, uel in ſtraminibus minutis, uel i paleis tecta ſeruãt.

Meſpilum.

MESPILA locis cãlidis maxime gaudent, ſed irriguis tamen. frigidis quoq; proueniunt, magis ſabulone pingui, aut glareoſa terra, cui arena pmiſta eſt, uel argilla cum ſaxis. Serenda eſt taleis menſe Martio, uel Nouembri, ſed ſolo ſtercorato, & ſubacto, ita ut utrunq; caput taleæ ſtercus obducat. Sunt eius incrementa tardiſſima. Amat putari, atq; circũfodi, & parco humore inter ſicitates ſæpe refoueri.

scritur & semine, sed in longiorem speratur ætatem. Si uermibus occupatur, stylo æreo purgandi sunt, & amurca, uel humana nerere urina, uel uina cælæ profundēdi, sed parcius propter arboris noxam, uel aqua decocti lupini. Si putatur, hinc arbor sterilis fieri, fimus, & cinis uitium simul, si radicibus infundantur, fertilem reddunt. Si formicæ molestæ sunt, rubrica cum aceto, & cinere temperata necabuntur. Si poma labuntur, frustum de eius radice præcisum in media trunci parte figatur. Inseritur mense Februario in se, & in pyro, & in malo. Surculus tamen eius ex arbore media debet assumi, nam de summitatibus uitiosus est. In truncō fisso inserenda est, nam corticis macies ieiuna nil nutriet. Mespila ad seruandum leguntur necdum mitia, quæ & in arbore diu durabunt, uel in urceolis picatis, uel in ordinem suspensa, uel, ut quidam, posca, uel sapa condita. Die serena leguntur, ac media, & paleis obruantur discreta, ne ea uicissim tactus afficiat. Vel cum pediculis lecta semimatura, & salsa aqua per dies quinq; macerata, postea sæpe infundantur, ut enatent. Seruantur & melle, sed si minus matura collegeris.

De Fico.

CALIDIS locis fici planta radicata Nouembri mense, temperatis Februario, frigidis melius Martio, uel Aprili ponenda est. Si taleā, uel cacumen ponas, ultimo Aprili, cum ei se uiridior succus infuderit. Plantæ in scrobe depositæ lapides subsistuendi sunt, ad radicē fimo terra miscenda est. Si locat frigida sunt, plantarum cacumina diuisis annæ internodijs defendantur à frigore. Si cacumen uelis ponere, trisulum, ramū bimum, uel trimum ab australi parte decidas, & sic obrues, ut diuisa cacumina terra interiacente uelut tres surculos reddant. Taleam sic ponemus, ut cætera, cui leuiter ab infima parte diuisæ lapidē mergemus in fisso. Ego mense Februario ultimo, uel Martio in Italia plantas grandes ficorū per pastinatum solū disposui, & eo anno poma peperere supra comprehendendi felicitatē, uelut tributa reddentes. Legendæ sunt plantæ, in qbus frequens nodus extuberat. Steriles creduntur, quæ nitidæ sunt, & oculos suos per longa internodia distulerunt. Si plantam fici prius nutrias in seminario, & maturam transferas in scrobem, poma generosiora producet. Aliqui multū prodesse cōfirmant, si plantam fici diuiso squillæ bulbo interpositam, strictāmq; uinculis collocemus. Scrobes amat altas, interualla maiora, terræ genus durū, & gracile, & ficum pro utili sapore pomorum. Prouenit & petrosis, atq; asperis, tamen potest locis propè omnibus seri. Quæ in montanis, & frigidis locis nascuntur, q̄a minus lactis habent, ad siccitatem durare non possunt. Vsus illis in uiridi

est, melioris magnitudinis, & saporis arguti. Quæ nascuntur in campis, & locis cælidis, & pinguiores sunt, & in siccitate durabiles. Si genera numerare uelimus, immensum est. sufficiat, quod omnibus æqua cultura est. Illa distantia est, q̄ in caricis melius alba seruatur. In locis nimis frigidis præcoquas ficus seramus, quæ cito ueniant, ut ante imbres genus hoc possit occurrere, cælidis uero, & æstuosis eas, quæ serò maturant. Gaudet assidua fossione. Per autumnum proderit, si stercus admoueas, præcipue de auiarijs. Recidenda sunt in ea, quæ aut putria, aut male nata repereris. & ea ratione putanda est, ut inclinata per latera possit expandi. In locis humectis ficus saporis obtusi est, cui circuncisis contra hoc radicibus aliquantus cinis debet affundi. Aliqui inter ficarias caprificī arborem serunt, ut non sit necesse p singulas arbores pro remedio eadē poma suspendi. Mense Iunio, circa solstitium caprificandæ sunt arbores fici, ideſt suspendendi grossi ex caprificō, lino, uelut serta, pertusi. Si hoc desit, abrotani uirgt suspenditur, aut cællum, quod in ulmeis folijs inuenitur, aut arietina cornua circa radices arboris obruuntur, uel truncus arboris, quo loco turget, scarificandus est, ut possit humor effluere. Ne uermes patiatur, ramū terebinthi, uel lentisci taleam cum plantis fici cacumine ponemus inuerso. Vncuis æreis tollendi sunt uermes ex fico. Alij amurcam, alij ueterē urinam ablaqueatis radicibus miscent. Alij bitumen, & oleū, aut solam cælcem uinam latebris uermiū linunt. Si formicæ molestæ sunt, rubricā, butyro, & picē liquidā mista circa truncū debet induci. Alij coracinum piscem contra formicas in arbore suspendendū esse confirmant. Si fructus suos uelut ægra proijcet, alij rubricā, aut amurcā insulsa mista aqua arborē linunt, uel cancrum fluuialem cū ramo rutæ suspendunt. uel algam marinam, uel fascem lupinorum, uel radici terebratæ cuneum figunt, uel securi arboris corium sæpe proscindunt, cum folia incipiunt producere fici, ut fructum multum, et pinguem ferant, in principio germinis cacumina summa decutimus, uel illud tantū cacumen, quod ex arboris medietate procedit. Si maturam ficum uis serotinam facere, incipientes grossos decute, cum illis fabæ fuerit magnitudo. Vt ficus cito maturet, succo cepæ longioris cū oleo, & pipere mixto unge poma, quando grossi incipiunt subrubere. Aprili mense ficum debemus inserere inter corticem. uel si nouellæ arbores sunt, fisso ligno, quod statim operiendum est, & ligandū, ne uentus introeat. Melius cōprehendunt, si circa terram recisa inserantur arbustæ. Aliq et Iunio mense inserūt. Surculus legendus est anniculus, inutilis. n. creditur maioris, uel minoris ætatis. Inoculari ficus locis ficis Aprili, humidis melius Iunio mediāte poterit, Octobri men

se locis tepidis. Propagari ficus ramis potest. Inseritur autem in caprifico, in moro, in platano, & oculis, & surculis. Ficus uirides seruari possunt uel in melle ordinatæ, ne se inuicem tangant, uel singulæ intra uiridem cucurbitam clausæ, locis unicuiq; cauatis, & item tessera, quæ secatur, inclusis, suspensa ea cucurbita ubi non sit ignis, uel fumus. Alij missas ficus recentes, minus maturas, in nouo uase fictili lectas cum pediculis, & à se separatas recludunt, & in dolio uini pleno uas natare permittunt. Martialis dicit, caricas per genera multa seruari, cum ratio una sufficiat. Ergo hoc genere, quo Campania tota custodit, seruare debemus, in cratibus ficus expanditur usq; ad meridiem, & adhuc mollis in qualum refunditur. Tunc calefacto furno ad panis coquendi modum suppositis tribus lapidibus, ne ardeat qualus includitur, & clauso furno ubi discocta ficus fuerit, sicut est calida, interpositis foliis suis, in uas fictile conditur bene piatum densius pressa, & operculo diligenter obducitur. Si pluuijs abundantibus crates non possis expandere, sub tecto eas ita ponis, ut semipede erigantur à terra, & eas ad uicem solis, cinis calidus subiectus uapore, & subinde ficus, sicut est diuisa, uertatur, ut ficorum coria siccentur, & pulpæ, tunc duplicatæ in cistellis seruentur, aut loculis. Alij maturas mediocriter ficus, & diuisas in cratibus expandunt toto sole siccandas, & recipiunt eas nocte sub tecta. Nunc ficulnea cacumina obruuntur utiliter, cum tumescunt, ut plantas faciant, si earum copia non abundat. Vt etiam uarios fructus una ficus exhibeat, ramos duos nigræ, & albæ arborum inter se ita uinculo stringis, ac torques, ut germina miscere cogantur, sic obruti, & stercorati, & humoribus iuti, ubi prodire cœperint, germinantes oculos aliqua inter se annexione conglutina. Tunc germen adunatum parturiet duos colores, quos unitate diuidat, diuisione coniungat.

De pomis aliorum mensium.

NVNC pyrus, uel malus inseri, ac seri potest, & cydonia, & prunus inseritur, & sorba ponuntur, & morus. nono Calendarum Aprilium die, & inseruntur pistacia, & locis frigidis pini semen aspergitur.

De comparandis bobus, tauris, & uacis. T. XI.

HOC mense comparandi sunt boues, qui tamen siue de nostris captiantur armentis, siue emantur, icirco nunc coparantur utilius, quia necdũ sagina temporis pleni aut cælare possunt fallaciam uenditoris, & uitia sua, aut repugnando domituræ contumaciam pleni roboris

boris exercere fiduciam. Hæc tamẽ signa spectanda sunt in bobus, seu de nostro, seu de alieno grege fuerint cõparandi, ut sint boues nouelli, quadratis, & grandibus mẽbris, & solidi corporis, musculis, ac toris ubiq; surgẽtibus, magnis auribus, latæ frõtis, et crispæ, labris, oculisq; nigrantibus, cornibus robustis, ac sine curuaturæ prauitate lunatis, patulis naribus, & resimis, ceruice torosa, atq; cõpacta, palearibus largis, & circa genua fluẽtibus, pectore grandi, armis uastis, uentre non paruo, porrectis lateribus, latis lũbis, dorso recto, & plano, cruribus solidis, neruosis, & breuibus, unguli magnis, caudis longis, ac setosis, pilo totius corporis dẽso, ac breui, rubei maxime coloris, aut fusci. Melius autẽ boues de uicinis locis cõparabimus, q nulla soli, aut aeris uarietate tententur. Aut si hoc deest, de locis similibus ad similia trasferamus. Illud ante uniuersa cãrandũ est, ut uiribus ad trahendũ cõparẽtur æquales, ne ualẽtioris robur alteri procuret exitũ. In moribus hæc cõsyderanda sunt. Sint arguti, mansueti, timẽtes hortamen clamoris, ac uerberis, cibi appetentes. Sed si regionis ratio patitur, nullus melior cibus est, q̃ uiride pabulũ. Vbi uero deest, eo ordine ministretur, quo pabuli copia, & laborũ coget accessio. Nunc tauros quoq; (quibus cordi est armẽta construere) cõparabit, aut his signis à tenera ætate summittet. Vt sint alti, atq; ingentibus mẽbris, ætatis mediæ, & magis quæ iuuentute minor est, q̃ quæ declinet in senium. Torua facie, paruis cornibus, torosa, uastaq; ceruice, uentre substricto. Vacas etiam nunc maxime parabimus. Sed eligemus forma altissima, corporis longi, uteri capacis, & magni, alta fronte, oculis nigris, & grandibus, pulchris cornibus, & præcipue nigris, aure setosa, palearibus, & caudis maximis, unguli breuibus, & cruribus nigris, et paruis, ætatis maxime trimæ, q a usq; ad decenniũ fœtura ex his procedet utilior. Nec ante ætatẽ trimam tauros his oportet admitti. Sed erit studiũ diligentis, amotis senioribus, nouellas subinde cõducere, & steriles aratro, ac laboribus deputare. Græci asserũt, si mares creare uelis, sinistrũ tauri in coitu ligandũ esse testiculũ, si fœminas, dextrũ. tamen tauros diu ante abstinendos, ut cũ tẽpus est, acrius in causes dilati feruoris incũbant. Sed his armentis hyeme maritima, q melius frutetis, et his herba internascẽte saturantur, quãuis circa fluuios recte propter amœna locat, pascantur. fœtura tamen aquis tepidioribus adiuuatur, unde magis utilius habẽtur, ubi plumialis aqua tepẽtes formar lacunas. Tolerat tamen frigus hoc armenti genus, et potest facile hybernare sub dio. quibus tamen septa fieri propter iniuriam granidarũ conuenit laxiora. Stabula uero utilia sunt strata saxo, aut glareis, aut arenis, deuexa aliquatenus, ut humor possit elabi, parti meridianæ

obuersa propter flatus glaciales, quibus aliqs resistere debet obiectus.

De domandis bobus. T.XII.

HOC mense ultimo domandi sunt trimi boues, quia post quinquennium bene domari non possunt, ætatis repugnante duritia. Capti ergo statim domentur, qui quidē prius, cum teneri fuerint, frequēti manus attrectatione mansuescant. Sed stabulū noui boues largioribus spatijs habere debebunt, ut & ante stabulū loca nullis concludantur angustijs, & producti non aliqua uitientur offensa. In ipso uero stabulo asseres transuersi à terra septem pedibus alti configantur, ad quos boues ligentur indomiti. Tunc eligis absolutam tempestatibus, & impedimentis omnibus diem. qua capti perducantur ad stabulum. quorum si nimia fuerit asperitas, uno die, ac nocte inter uincula mitigentur ieiunijs. tunc appellationibus blandis, & illecebris oblatorum ciborum, non à latere, neq; à tergo, sed à fronte accedens bubulcus admulceat nares q;, & terga pertractet, mero subinde conspergens. hac tamen cautione, ne aliquem calce contingat, aut cornu. quod uitium, si in primordijs effectui sibi cessisse senserit, obtinebit. Tunc mitigatis, os, & palatum salibus fricatis, & in gulam demitte præsulsi adipis librales offas, & uini sextarios singulos cornu infundente per fauces. quæ res intra triduum totius sæuitiæ iram resoluet. Aliqui eos inter se iungunt, ac docent onera tentare leuiora, & quod utile est, si arationi parantur, subacto prius solo exercendi sunt, ut nouus labor tenera adhuc colla non quasset. Expeditior autem ratio est domandi, ut asperum bouem mansueto, & ualido boui coniungas, quo ostendente facile ad omnia cogetur officia. Si post domituram decumbit in sulco, non afficiatur igne, uel uerbere, sed potius, cum decumbit, pedes eius ita ligentur uinculis, ut non possit progredi, aut stare, uel pasci. Quo facto, siti, ac fame lassatus carebit hoc uitio.

De equis, equabus, & pullis, & eorum ætate. T.XIII.

HOC mense saginati, ac pasti ante admissarij generosis equabus admittendi sunt, & repletis fœminis, item ad stabula colligendi. Neq; tamen æqualem numerum omnibus debemus adhibere, sed æstimatis uiribus uniuscuiusque admissarij, submittenda sunt pauca, uel numerosa coniugia quæ res efficiet admissarios non parua ætate durare. Iuueni tamen equo, & uiribus, formaq; constanti non amplius quàm duodecim, uel quindecim debemus admittere, cæteris pro qualitate uiriū suarum. Sed in admissario quatuor spectanda sunt, forma, color, meritum, pulchritudo. In forma hoc sequemur, uastum corpus, & solidum, robori conueniens altitudo, latus longissimum, maximi, & rotundi clunes, pectus late patens, & corpus omne musculorū densitate nodosum, pes sicus, & solidus, & cornu concauo, altius calciatus. Pulchritudinis partes hæ sunt. ut sit exiguum caput, & sicum, pelle propemodum solis ossibus adhærente. Aures breues, & argutæ, oculi magni, nares patulæ, coma, & cauda profusior, ungularum solida, et fixa rotūditas. Colores hi præcipui, badius, aureus, albineus, russeus, mureus, ceruius, gilbus, scutulatus, albus, guttatus, candidissimus, niger, pressus. Sequentis meriti, uarius cum pulchritudine, nigro, uel albineo, uel badio mistus, canus cum quouis colore, spumeus, maculosus, murinus, obscurior. Sed in admissarijs præcipue legamus clari, et unius coloris, cæteri uero despiciendi, nisi magnitudo meritorum culpam coloris excusset. Eadem in equabus consyderanda sunt, maxime ut sint longi, & magni uētris, & corporis. sed hoc in generosis seruetur armentis. Cæteræ passim toto anno inter pascua, dimissis secū maribus impleatur. Equarum natura est, partum spatio duodecim mensis absoluere. Illud in admissarijs seruandum est, ut mediis aliquibus spatijs separetur, propter noxam furoris alterni. sed his armētis pascua legamus pinguissima, hyeme aprica, frigida, & opaca prouideamus æstate, nec adeo mollibus locis nata, ut ungularum firmitas de asperitate nil sentiat. Si equa marem pati noluerit, trita squilla natu ralia eius infecta libidinem concitabunt. Deinde grauidæ non urgeantur, nec fame, uel frigus tolerent, nec inter se loci comprimantur angustijs. Generosas equas, & quæ masculos nutriunt, alternis annis submittere debebimus, ut pullis puri, & copiosi lactis robur infundant, cæteræ passim replēdæ. Aetas incipientis admissarij quinti anni initio esse debebit. Fœmina recte & bima concipiet, q a post decennium iners ex easoboles, & tarda nascetur. Pulli equarum nati manu tangendi non sunt, quia eos tactus lædit assiduus. quantum ratio patitur, defendantur à frigore. In pullis pro ætatis merito ea sunt cō syderanda, quæ signum bonæ indolis monstrant, quæ in patribus, uel matribus spectanda præcipi. dabit & hilaritas, & alacritas, agilitas q; documentū. Nunc domandi sunt pulli, ubi tempus bimæ ætatis excesserint. Cōsyderanda sunt magna, longa, musculosa, et arguta corpora, testiculi pares, et exigui, & cætera, quæ in patribus dicta sunt. Mores, ut uel ex summa quiete facile concitetur, uel ex incitata festinatione non difficile teneantur. Aetatis consyderatio talis est. Bimo, & sex mensium dentes medij superiores cadunt. Quadrimo camini mutantur. Infra sextum annum molares superiores cadunt. Sexto anno quos primo mutauit, exæquat. Septimo anno omnes dentes eius explētur. Latent ab hinc ætatis notæ. sed prouectioribus tēpera cauari in-

cipiunt, supercilia canescere, dentes plerunq; prominere. Hoc mense omnia quadrupedia, maxime equos castrare debemus.

De mulis, & asinis. T.XIIII.

SIQVEM mulorum genus creare delectat, equam magni corporis, solidis ossibus, & forma egregia debet eligere. in qua non ue locitatem, sed robur exquirat. Aetas à quadrima usque in decennem huic admissurae iusta conueniet. Si asinus equam fastidit admissus, ostensam prius asinam (donec coeundi uoluptas solicitetur) adhibemus. qua subducta, equam libido incitata non spernet, & raptus illecebris generis sui in permistionem consentiet alieni. Si morsu furens lædit obiectas, aliquatenus labore mitescat. Creantur ex equa, et asino, uel onagro, et equa. Sed generosius nullum est huiusmodi animal, quàm quod asino creante nascetur. Vtiles tamen admissarij nascentur ex onagro, et asina. qui post in sobole secutura agilitatem, fortitudinem q; restituant. Admissarius tamen asinus sit huiusmodi, corpore amplo, sodido, musculoso, strictis, & fortibus membris, nigri, uel murini maximè coloris, aut rubei. qui tamen si discolores pilos in palpebris, aut auribus geret, colorem sobolis plerunque uariabit. Minor trimo, maior decenni non debet admitti. Annicula mula debet à matre depelli, & per montes asperos pasci, ut itineris laborem in tenera ætate solidata contemnat. Minor uero asellus maxime agro necessarius est, qui & laborem tolerat, & negligentiam propemodum non recusat.

De apibus. T.XV.

HOC mense maxime apibus solet morbus incumbere. nam post hyberna ieiunia titimalli, & ulmi amaris floribus, qui prius nascuntur, auidius appetitis solutionem uentris incurrunt, & pereunt, nisi affueris uelocitate remedij. Præbebis ergo mali granati cũ uino amineo grana contrita, uel uuæ passæ cum rore syriaco, & austero uno, uel simul omnia leuigata, & incocta uino aspero. Quæ deinde in ligneis canalibus refrigerata ponantur. Item rosmarinus aqua mulsa decoctus congelatur, & in imbrice ponitur sucus huiusmodi. Quod si horridæ uidentur, atq; contractæ torpere silentio, & mortuarum corpora frequenter efferre, canalibus ex canna factis uel cum gallæ puluere, uel siccæ rosæ coctum debebis infundere. Illud ante omnia expediet, ut putres partes fauorum, uel uacuas ceras, quas aliquo casu examen ad paucitatem redactum nõ ualebit implere, semper recidas acutissimis ferramentis subtiliter, ne mota alia pars fauorũ congat apes domicilia concussa deserere. Nocet apibus plerunque felicitas sua. Nam si nimijs floribus annus exuberat, dum solam curam gerẽdi mellis exercent, de prole nil cogitant. Cuius omissa reparatione populus

ne populus idẽ labore confectus extinguitur, totius gentis exitio. Itaq; cum mellis nimietatem uideris ex florum grandi, & continua messe defluere, interiectis ternis diebus, clauso foramine non eas patiaris exire. Ita ad generandam soboleꝫ conferentur. Nunc circa Calẽdas Apriles curandi sunt aluei, ut omnia purgamenta tollãtur, & sordes, quas tempus contraxit hybernum, & uermiculi, & tineæ, & araneæ, quibus corrumpitur usus fauorum, & papiliones, qui uermiculos stercore suo faciunt nasci. Tunc fumus incensi, et sicci bubuli stercoris adhibeatur, qui aptus est apium saluti. Quæ purgatio frequenter usq; in autumni tempora celebretur. Hæc omnia, cæteraq; efficies castus, & sobrius, & alienus à balneis, uel à cibis acribus, & odoris immundi, atque omnibus salsamentis.

De Horis. T.XVI.

HIC mensis ad deprehendendas horas consentit Octobri.

Hora	I.	pedes	XXV.
Hora	II.	pedes	XV.
Hora	III.	pedes	XI.
Hora	IIII.	pedes	VIII.
Hora	V.	pedes	VI.
Hora	VI.	pedes	V.
Hora	VII.	pedes	VI.
Hora	VIII.	pedes	VIII.
Hora	IX.	pedes	XI.
Hora	X.	pedes	XV.
Hora	XI.	pedes	XXV.

PALLADII DE RE RVSTICA LIBER QVINTVS.

De media serenda, & disciplina eius. T.I.

a PRILI mense in areis, quas ante (sicut diximus) præparasti, media serenda est. Quæ semel seritur, decem annis permanet, ita ut quater, uel sexies possit per annum recidi. Agrum stercorat, macra animalia reficit, curat ægrota. Iugerum eius toto anno tribus equis abunde sufficit. Singuli cyathi seminis occupant locũ latum pedibus quinq;, longum pedibus decem. Sed mox ligneis rastellis obruantur iacta semina, quia sole a-

tius cõburuntur. Post sationem ferro locum tangi non licet, sed rastris ligneis frequenter herba mundetur, ne teneram mediam premat. Prima messis eius tardius fiet, ut aliquantum semen excutiat. Cæteræ uero messes quàm uolueris cito peragantur, & iumentis præbeantur. Sed primo parcius præbẽda est nouitas pabuli, inflat enim, & multum sanguinem creat. Vbi secueris, sæpius riga. Post paucos dies, cum frutiçare cœperit, omnes alias herbas runcato. ita & sexies per annum metis, & annis decem poterit manere cõtinuis.

De inserenda olea. T. II.

NVNC locis temperatis oliua inseratur, quæ inseritur inter cortiçem more pomorum, sicut supradictum est. sed ut oleastro inseras, contra illud, quod ex olueto insito, et cæsu incenso renascitur oleaster infelix, sic prouidendum est. Positis prius oleastri brachijs in scrobe, in qua disponemus inserere, scrobes ita replebimus, ut mediæ uacuæ sint. Cum cõprehenderit oleaster, inseremus in infimo, uel insitũ ponemus. et insitionẽ propè infra terram nutriemus. Deinde sicut adolescit, terram subinde cõligamus. Ita cõmissura in profundo latente, quisquis urit, aut cædit, oliuæ locum non aufert pullulandi. quæ & apertam redeundi felicitatẽ de olea, & occultam ualendi feracitatem de oleastri cõnexione retinebit. Aliqui oleas in radicibus inserunt, et ubi cõprehenderint, cũ aliqua parte radicis auellunt, & transferũt more plantarũ. Græci oleas ab octauo Calendarum apriliũ die, usq; in tertium nonarum iulij inseri debere præcipiunt. ita ut locis frigidis serius, calidis maturius inserantur. Locis frigidissimis nunc uinearum fossio ante idus peragenda est, & siqua de martio mense restabant. Vites quoq; inserimus. Seminaria, quæ sunt ante facta, herbis liberentur, & leuiter circumfodiantur. Nunc locis mediocriter sicis milium serimus, & panicum, Hoc mense pingues campi, & agri, qui diu aquam tenent, proscindantur post idus, cum & omnes herbas protulerint, & earum semina nondum maturitate firmata sint.

De hortis, T. III.

HOC etiam mense ultimo, & propè uere transacto brassicam serere possumus, quæ caulí seruiet, quia cymæ tempus amisit. Nunc apium bene seritur locis calidis, & frigidis, terra quali uolueris, dũmodo ibi sit humor assiduus, quamuis nasci, si necesse fuerit, & in siccitate non deneget. Et propè omnibus mensibus, à primo uere usq; ad autumnum seratur extremum. Ex ipsius genere est hipposelinon durius tamen, & austerius, et helioselinon molli folio, & caule tenero

quod nascitur in lacunis, & petroselinon maxime locis asperis. Hæc omnia genera possunt habere diligentes. Apios maiores facies, si semen quantum tribus digitis cõprehendi potest, linteolo clauseris rariore, & breui fossa obrueris. Ita omnium seminum germen capitis unius soliditate nectetur. Crispi fiunt, si semina ante tundantur, uel si super areas nascentes aliqua pondera uolutentur, aut pedibus proculcentur enata. Apij semina uetustiora citius nascuntur, quæ nouella sunt, serius. Hoc mense atriplicem seremus, si rigare poterimus, & Iulio, & cæteris usq; ad autumnum, mensibus. Amat assiduo humore satiari. Semen, statim cum spargitur, obruendũ est herbæ ei subinde uellantur. Transferri necessarium non est, cum bene seritur, tamen potest melius adolescere, si spatio rariore pangatur, & inuetur succo lætaminis, & humoris. Ferro tamen rescindendum semper est, quia ita pullulare non cessat. Nunc ocymum seritur. cito nasci dicitur, si statim, cũ seueris, aqua calida perfundas. Rem miram de ocymo Martialis affirmat, q, modo purpureos, modo albos flores, modo roseos pariat, & si ex eo semine frequenter seratur, modo in serpyllum, modo in sisimbrium mutetur. Hoc etiam mense melones, & cucumeres seruntur, & porrus, & in primordio capparis, & serpyllum, & colocasiæ plantaria ponemus, & lactucas, & betas, & cepullas, & coriandrũ seremus, & intyba secunda satione, quibus utamur æstate, & cucurbitas, & mentam radicæ, uel planta.

De Ziziphο, cum disciplina sua. T. IIII.

LOCIS calidis Aprili mense Ziziphum conseremus, frigidis uero Maio, uel Iunio. Amat locat calida, apricã. Seritur ossibus, & stipite, & planta. Crescit tardissime. Sed si plantam ponis, Martio magis in terra molli. si ossibus seras, in scrobe palmari, ita ut terna grana per scrobẽ cacuminibus ponãtur inuersis. Quibus in imo, et in summo affundatur lætamen, & cinis, & herbis adnascentibus manu plãta liberetur erumpens. Cum pollicis soliditati similis fuerit, transferatur in locum pastinatum, uel in scrobem. Terram diligit nõ nimis lætam, sed proximam tenui, atq; ieiunæ. Per hyemem prodest illi, ut circa codicem lapidum cumulus aggeretur, qui æstate debet auferri. Si arbor hæc tristis est, ferrea strigili subrasa hilarior fiet, uel si fimum bubulum radicibus modicæ, & frequenter affundas. Ziziphæ collecta matura in longo uase fictili seruantur oblito, & loco siccioremposito uel recenter lecta poma, si guttis uini ueteris perfundas, efficitur, ne ea rugarum deformet attractio. Seruantur etiam decisa cum ramis suis, aut fronde sua inuoluta, atq; suspensa.

De pomis aliorum mensium. T. V.

HOC etiam mense locis temperatis mala granata ponuntur, ea ratione, qua dictũ est, et inseruntur. Nam circa Calẽdas Maias ꝑsicus inoculari potest, quo more emplastratur ficus, sicut diximus, cum de insitione loqueremur. Hoc mense calidis locis citri arbor inseritur, sicut supra memoraui. Nunc locis frigidis fici plantaria disponemus, seruantes eam, quæ supradicta est, disciplinam. Nunc etiam ficus debemus inserere in ligno, uel sub cortice, sicut ante præcepi, & eam locis siccis inoculare. Nunc planta palmarum, quam cephalonem uocamus, locis apricis, & calidis est ponenda. Hoc mense sorbum poterimus inserere in se, in cydonio, in spina alba.

De oleo, & uino uiolaceo. T. VI.

TOT uiolæ uncias infundas, quot olei libras miseris, & diebus. XL. sub dio habere debebis. Violæ purgatæ, ut de rore nihil habeant, libras quinq; uini ueteris. X. sextarijs debebis infundere, & post. XXX. dies. X. mellis ponderibus temperare.

De armentis. T. VII.

HOC mense uituli nasci solent, quorum matres abundantia pabuli iuuentur, ut sufficere possint tributo laboris, & lactis. Ipsis autẽ uitulis tostum, molitumq; millium cum lacte misceatur saluiati more præbendum. Nunc locis calidis tondeantur oues, & serotini fœtus hoc mense signentur. Nunc etiam prima est admissura, quæ excellit, arietum, ut agnos iam maturos hybernum tempus inueniat.

De apibus. T. VIII.

HOC mense locis apricis apes quæremus. sed loca mellifica indicant apes, si circa fontes frequentissimæ pascantur. nam si rariores uidebuntur, in his locis mellificari utiliter non potest. quod si frequentes aquantur, ubi sint examina earum, hoc genere possumus inuenire. Ac primo q̃ longe sint, exploremus, aut proxime rubricam liquidam breui uasculo infusam geramus, & obseruemus fontes, aut aquas uicinas. tunc dorsa apum bibentium tangamus illo liquore tincta festucula, atq; ibidem moremur. Si cito reuersæ fuerint, quas tinximus, hospitia earum proxima esse noscemus, si tarde, spatio longiore summota, quod pro mora temporis æstimamus. Ad proxima facile uenies, ad longinqua hoc genere perduceris. Cannæ unum internodiũ cum suis recidas articulis, & in latere aperies. ibi mel exiguum, uel defrutum

defrutum mittes, & iuxta fontem pones. cum ad eum conuenerint apes, atq; ingressæ fuerint post odorem, foramen pollice claudes apposito, & unam tantũ patieris exire, cuius fugam ꝑsequere, ea tibi partem demonstrat hospitij. cũ ipsam cœperis nõ uidere, alteram continuo dimittes, & sequeris. ita singulæ subinde dimissæ, te facient usq; ad locũ examinis ꝑuenire. Aliqui mellis breuissimũ circa aquam uasculum ponunt, de quo cũ apis aquam degustauerit, ad cõmune pabulum ꝑgens, alias exhibebit. quarũ frequentiam subinde crescentem, notata reuolantiũ parte usq; ad examina ꝑsequeris. Quod si est examen in spelunca reconditũ, fumo eijcietur, & cũ exierit, æris sonitu territũ in frutice, uel in aliqua syluæ se parte suspendet, et ita admoto uasculo recipietur. Si uero in cauæ arboris ramo fuerit, acutissima serra idẽ ramus supra, infraq; decisus, & munda ueste coopertus poterit afferri, et inter aluearia collocari. Vestigantur autẽ mane, ut tota dies sufficiat ad sequendũ, nam uespere ꝑacto opere ad aquam plerunq; nõ redeũt. Vasa autẽ, q̃bus recipiuntur, ꝑfricanda sunt citreagine, uel herbis suauibus, & conspergenda imbre mellis exigui. quod si uerno fiat, & circa fontes aluearia sic tincta ponantur, locis, q̃bus apũ frequentia est, multitudinẽ sibi sponte cõducent, si tamen seruari à furibus possunt. Hoc etiam mense, sicut supra, purganda sunt aluearia sordibus, & necandi papiliones, q̃ maxime abundant florẽtibus maluis, quos hoc genere intercipiemus. Vas æneum miliario simile, idest altũ, & angustum uespere inter aluearia collocemus, et in fundo eius ponamus lumen accensum. Illuc papiliones cõuenient, et circa lumen uolitabũt, et angustia uasculi ab igne proximo interire cogentur.

De horis. T. IX.

HVIVS mensis horæ, horis mensis Septembris æquantur hoc genere.

Hora	I.	pedes	XXIIII.
Hora	II.	pedes	XXIII.
Hora	III.	pedes	X.
Hora	IIII.	pedes	VII.
Hora	V.	pedes	V.
Hora	VI.	pedes	IIII.
Hora	VII.	pedes	V.
Hora	VIII.	pedes	VII.
Hora	IX.	pedes	X.
Hora	X.	pedes	XIIII.
Hora	XI.	pedes	XXIIII.

PALLADII DE RE RVSTICA LIBER SEXTVS.

De panico, & milio, de florentibus satis, de recidendo fœno. T.I.

MAIO mense locis frigidis, & humectis panicum seremus, & milium more, quo dixi. Nunc omnia propè, quæ sata sunt, florent, neq; tangi à cultore debebunt. Florent autem sic. Frumenta, & ordeũ, & quæ sunt seminis singularis octo diebus florerebunt, & deinde per dies. XL grandescent flore deposito usq; ad maturitatis euentum. quæ uero duplicis seminis sunt, sicut faba, pisum, cæteraq; legumina. XL. diebus florent, simulq; grandescunt. Hoc mense in locis siccis, calidis, siue maritimis fœna recidantur, prius tamen q̃ exarescant. Quod si pluuijs infusa fuerint, conuerti ante non debent, q̃ pars eorum summa siccata sit.

De nouellæ uitis sarmẽtis relinquẽdis, et pãpinãdis alijs uitibus. T.II.

NVNC consyderemus nouellæ uitis sarmenta, quæ protulit, & ei pauca, & solida relinquamus, et adminiculis firmemus, donec brachia prolata durescant. Non autem amplius resectæ, & pullulanti uiticulæ, q̃ duæ, uel tres materiæ relinquãtur, & alligentur propter iniuriam uenti. Ideo autem tres materias dixi debere dimitti, ne dissipantibus uentis nulla remaneat, si in primordio reliqueris pauciores. Hoc mense pãpinari conueniet. sed tunc est opportuna pampinatio, cũ teneri rami digitis stringẽtibus crepabũt sine difficultate carpẽtis. hæc res uuas efficit pinguiores, et maturitati cõsulit solis admissu.

De proscindendis, & aperiendis nouis agris. T.III.

NVNC quoq; pingues agri, & herbosi proscindantur. sed si agros incultos uolueris aperire, consyderabis, siccus, an humidus sit ager, syluis, aut gramine, frutetis uestitus, aut filice. si humidus erit, fossarum ductibus ex omni parte siccetur. Sed apertæ fossæ notæ sunt, cæcæ uero hoc genere fiunt. Imprimuntur sulci per agrũ transuersi altitudine pedum ternũm. postea usq; ad medietatem lapidibus minutis replentur, aut glarea, & super terra, quam egesseramus, æquatur. Sed fossarũ capita unam patentem fossam petant, ad quam decliues decurrant. ita & humor deducetur, & agri spatia non peribunt. Si defuerint lapides, sarmentis, uel stramine subiecto cooperiantur, uel quibuscunq; uirgultis. sed si nemorosus est, extirpatis, aut

raro relictis arboribus excolatur. Si lapidosus, per macerias saxorũ à turba collectas & purgari poterit, & inde muniri. Iuncus, & gramen, & filices frequenti aratione uincentur. Sed filicem, si sæpe fabã conseras, uel lupino, & si subinde nascentem mucrone falcis incidas, intra exiguum tempus absumes.

De occandis uitibus, arboribusq;, & rude cædenda, fodiendis seminaris, putandis oleis, & lupino uertendo. T.IIII.

HOC mense arbores, & uites, quæ ablaqueatæ fuerant, occare, hoc est, operire iam conuenit. Nunc ad rudẽ faciendã sylua cædatur, quando omni fronde uestita est. Cædendi autem hic modus est, ut optimus operarius in alta sylua modij spatium, mediocris uero tertia minus possit abscindere. Nunc & seminaria fodiuntur assidue, & locis prægelidis, & pluuiosis oleæ putantur, & eis muscus abraditur. At siquis lupinum stercorandi agri causa seminabit, aratro illũ nunc debebit euertere.

De hortis T.V.

HORTORVM spatia, quæ per autumnum seminibus implenda destinantur, aut plantis, nunc conueniet pastinare. Hoc mense apium bene seritur, sicut iam ante dictum est, uel coriandrum, & melones, & cucurbitæ, carduus, & radices, & ruta pangentur. Porri quoq; planta transfertur, ut rigationibus animetur.

De pomis. T.VI.

LOCIS calidis nunc mala punica florere incipiunt. Ramus ergo cum flore (sicut Martialis dicit) si obruto circa arborẽ fictili uase claudatur, & ne resiliat, ligetur ad palum, pro uasculi magnitudine pomũ reddit autumno. Hoc etiam mense locis calidis emplastrari persicus potest. Locis frigidis nunc citri arbor inseritur, & ea, quæ dicta est, disciplina seruetur. Nunc frigidis locis Ziziphũ conseremus, & ficum inserimus. Hoc etiam mense palmæ planta disponitur.

De armentis, item de castrandis bobus. T.VII.

NVNC castrandi sunt uituli, sicut Mago dicit, tenera ætate, ut fissa ferula testiculi comprimantur, & paulatim confracta resoluantur. Sed hoc luna decrescente uerno, uel autumno fieri debere præcipit. Alij ligato ad machinam uitulo, duabus angustis regulis stagneis, sicut forcipibus ipsos neruos apprehendunt, qui græce κρεμαστῆρες dicuntur. His comprehensis tentos testiculos ferro resecant, & ita recidunt, ut aliquid de his capitibus neruorum suorum dimittatur hære-

re, quæ res & sanguinis nimietatem prohibet, & non omnino iuuencos subducto robore uirilitatis effœminat. Nec admittendum est, quod plerique faciunt, ut statim castratos coire compellant, nam certum est ab eis generari, sed ipsos fluxu sanguinis interire. Vulnera uero castraturæ cinere sarmentorum, & spuma linentur argenti. Castratus abstineatur à potu, & cibis pascatur exiguis, & sequenti triduo præbeantur ei teneræ arborum summitates, & fruteta mollia, & herbæ uiridis coma. dulciora sagina roris, aut fluminis. Picæ etiam liquida misto cinere, & modico oleo post triduum uulnera diligenter ungenda sunt. Sed melius genus castrationis sequens usus inuenit. Alligato enim iuuenco, atq; deiecto, testiculi stricta pelle clauduntur, atque ibi lignea regula premente, decidũtur ignitis securibus, uel dolabris, uel, quod est melius, formato ad hoc ferramento, ut gladij similitudinem teneat. Ita enim circa ipsam regulam ferri acies ardentis imprimitur, unóq; ictu & moram doloris beneficio celeritatis absumit, & ustis uenis, ac pellibus à fluxu sanguinis strictis, plagam cicatrix quodammodo cum ipso uulnere nata defendit.

De tonsuris ouium. T. VIII.

LOCIS temperatis nunc ouium celebranda tonsura est. Sed tonsas oues hoc unguine medicemus. Sucum decocti lupini, feces uini ueteris, & amurcam pari mensura miscebis, & in unum corpus omnia redacta curabis adlinire. Post triduum deinde, si mare uicinum est, litori mergantur extremo. si in mediis terris pascimus, aqua cælestis cum sale paululum decocta sub dio debebit pecorum tonsa, & uncta membra diluere. Hoc enim modo curatum pecus toto anno, nec scabrum fieri dicitur, & prolixas lanas creare fertur, ac molles.

De cæseo faciendo. T. IX.

HOC mense cæseũ coagulabimus syncero lacte coagulis uel agni, uel hædi, uel pellicula, quæ solet pullorum uentribus adhærere, uel agrestis cardui floribus, uel lacte ficulno, cui serum debet omne deduci, ut & ponderibus urgeatur. Vbi solidari cæperit, loco opaco ponatur, aut frigido, et pressus subinde adiectis pro acquirenda soliditate ponderibus, trito, ac torrefacto sale debet aspergi, & iam durior uehemẽtius premi. Post aliquot dies solidatæ iam formulæ per crates ita statuantur, ne inuicẽ se unaquæq; contingat. Sit autẽ loco clauso, & à uentis remoto, ut teneritudinem seruet, atq; pinguedinẽ. Vitia cæsei sunt, si aut scatus sit, aut fistulosus. quod euenit, aut si parum

prematur, aut sales inimicos accipiat, aut calore solis uratur. In recenti cæseo conficiendo aliqui nucleos uirides pineos terunt, atq; ita misto lacte gelant. Aliqui thymum tritum, & frequenter colatum congelant. Qualemcunq; etiam saporem uelis, efficere poteris, adiecto, quod elegeris, condimento, seu piperis, seu cuiuscunq; pigmenti.

De apibus. T. X.

HOC mense incipiunt augeri examina, & in extremis fauoriũ partibus maiores creantur apiculæ, quas alij reges putant, sed græci eos οἴστρους appellant, & necari iubent, qa requiẽ cõcutiunt gestentis examinis. Nunc papiliones abundant, quos necemus, more, quo dixi.

De pauimentis, & solarijs. T. XI.

NVNC circa extremum mensem pauimenta in solarijs fiunt. quæ in frigidis regionibus, & ubi pruinæ sunt, glacie suspenduntur, & pereunt. Sed si hoc placuerit, sternemus duplices ordines tabularũ transuersos, atq; directos, & paleam, uel filicem supra constituemus, & æqualiter æquabimus saxo, quod manum possit implere. Pedaneum super rudus inducamus, & assiduo uecte densamus. tunc ante, q̃ rudus siccetur, bipedas, quæ per omnia latera canaliculos habeant digitales, iungemus, ita ut calcem uiua ex oleo temperata, bipedarũ canales, q̃ inter se connectendi sunt, impleantur, & earũ coniunctione rudus omne cooperiatur. nam sicata omnis materia unũ corpus efficiet, & nullum transmittet humorem. Postea sex digitorũ testaceũ superfundimus, & frequenter uirgis uerberabimus, ne rimis possit aperiri. Tunc tessellas latiores, uel tabellas qualescunq; marmoreas, aut paginas imprimemus, & hanc constructionem res nulla uitiabit.

De lateribus faciendis. T. XII.

HOC mense lateres faciẽdi sunt ex terra alba, uel creta, uel rubrica. nam q̃ æstate fiunt, celeritate feruoris in summa cute siccantur, interius humore seruato. quæ res scissuris eos faciet apiri. Fiunt autẽ sic. Terra creta diligenter, & omni asperitate purgata, mista cum paleis diu macerabitur, & intra formam lateri similem deprimatur. Tunc ad siccandum relicta, subinde uersabitur ad solis aspectum. Sint uero latères longitudine pedum duorum, latitudine unius, altitudine quatuor unciarum.

De rosato. T. XIII.

QVINQVE libras rosæ pridie purgatæ, in uini ueteris. X. sex-

tarios mergis, & post. XXX. dies. X. despumati mellis libras adijacies, & uteris.

De oleo liliaceo. T. XIIII.

PER *olei libras singulas dena lilia curabis infundere, & uas uitreum. XL. diebus locare sub dio.*

De oleo roseo. T. XV.

IN *olei libras singulas, rosæ purgatæ singulas uncias mittis, & VII. diebus in sole suspendis, & luna.*

De rhodomeli. T. XVI.

IN *succi rosæ sextarijs singulis libras singulas mellis admisces, & diebus. XL. sub sole suspendis.*

De rosis uiridibus seruandis. T. XVII.

ROSAS *non dum patefactas seruabis, si in canna uiridi stante, fissa, recludas ita, ut fissuram coire patiaris. & eo tempore cannam recidas, quo rosas uirides habere uolueris. Aliqui olla rudi conditas, ac bene munitas sub dio obruunt, ac reseruant.*

De Horis. T. XVIII.

IN *horarum mensuris* Maius *respondet* Augusto.

Hora	I.	pedes	XXIII.
Hora	II.	pedes	XIII.
Hora	III.	pedes	IX.
Hora	IIII.	pedes	VI.
Hora	V.	pedes	IIII.
Hora	VI.	pedes	III.
Hora	VII.	pedes	IIII.
Hora	VIII.	pedes	VI.
Hora	IX.	pedes	IX.
Hora	X.	pedes	XIII.
Hora	XI.	pedes	XXIII.

PALLADII DE RE RVSTICA LIBER SEPTIMVS.

De area paranda. T. I.

VNIO *mense area paranda est ad triturам, cuius primo terra radatur, deinde effossa leuiter* i *mistis paleis, & amurca æquatur insulsa. Quæres à muribus, & formicis frumenta defendit. Tunc premenda est rotundo lapide, uel columnæ quocunq; fragmento, cuius uolutatio possit eius spatia solidare. Dehinc sole sicætur. Aliqui mundatis areis aquam spargunt, & minuta ibi pecora diu spatiari, ac proculcare compellunt. Et cum terra unguis stricta fuerit, spectant solidam siccitatem.*

De messibus. T. II.

NVNC *primo ordei messis incipitur, quæ consummanda est ante q̃ grana arefactis spicis lapsa decurrant, quia nullis, sicut triticum, folliculis uestiuntur. Quinq; modios recidere potest pleni agri opera una messoris experti, mediocris uero tres, ultimi etiam minus. Sed ordei culmos iacere in agris aliquantulum sinamus, quia fertur hoc more grandescere. Nunc etiam mense postremo locis maritimis, & calidioribus, ac siccis tritici messis abscinditur. Quam paratam esse cognosces, si æqualiter spicarum populus maturato rubore flauescat. Pars Galliarum planior hoc compendio utitur ad metendum, & præter hominum labores, unius bouis opera spatium totius messis absumit. Fit itaq; uehiculum, quod duabus rotis breuibus fertur, huius quadrata superficies tabulis munitur, quæ forinsecus recliues in summo reddant spatia largiora. Ab eius fronte carpenti breuior est altitudo tabularum. Ibi denticuli plurimi, ac rari ad spicarum mensuram constituuntur in ordinẽ, ad superiorem partem recurui. A tergo uero eiusdẽ uehiculi duo breuissimi temones figurantur, uelut amites basternarum. Ibi bos capite in uehiculum uerso iugo aptatur, & uinculis, mansuetus sanè, qui non modum compulsoris excedat. Hic ubi uehiculum per messes cœpit impellere, omnis spica in carpentum denticulis comprehensa cumulatur abruptis, ac relictis paleis, altitudinem, uel humilitatem plerunq; bubulco moderante, qui sequitur, & ita per paucos itus, ac reditus breui horarum spatio tota messis impletur. Hoc campestribus locis, uel æqualibus utile est, & ijs, quibus necessaria palea non habetur.*

De agris proscindendis, de uineis cauandis, fodiendis, uicia, fœno græco recolligendis. T. III.

NVNC frigidissimis locis, quæ Maio sunt prætermissa faciemus. Agro æque proscindemus herbosis, & gelidis partibus. Vineta cauabimus. Colligemus uiciam, fœnum græcum resecabimus ad pabulũ. Hoc mense locis frigidis peragenda est leguminum messis. itaq; lenticulam collectam, cineri mistam, bene seruabimus, uel uasis olearijs, aut salsamentarijs, repletis, statimq; gypsatis. Nunc & faba luna minuente uelletur. Ante lucem sanè, & ante q̃ luna procedat, excussa, & refrigerata ponatur. Ita gurgulliones non patietur infestos. Hoc mense lupinus colligitur, & si placuerit, statim separetur ex area. sed longe ab humore est ponendus in horreis. Sic enim diutissime custoditur, maxime si granaria eius afflauerit fumus assiduus.

De hortis. T. IIII.

HOC mense circa solstitium brassicam seremus, quam inchoante transferemus Augusto, uel irriguo loco, uel pluuia initiante madefacto. Apium quoq; bene serere poterimus, betas, & radices, & lactucas, & coriandrum, si rigemus.

De pomis. T. V.

HOC etiam mense ramus punici (sicut supra diximus) poterit intra fictile uasculum claudi, ut ad eius magnitudinem poma restituat. Nunc pyra, uel mala, ubi ramos multa poma densabunt, interlegenda sunt quæcunq; uitiosa, ut sucus, qui ingrate his posset impendi, ad meliora uertatur. Hoc etiam mense, locis frigidis, Ziziphum serere poterimus. Nunc caprificandæ sunt arbores fici, sicut in eius narrauimus disciplina. Aliqui eas & hoc mense inserunt. Locis frigidis persicus inoculatur, palmæ planta circunfoditur. Hoc mense, uel Iulio celebratur insitio in pomis, quæ emplastratio dicitur. Solis arboribus conuenit, quibus pinguis sucus in cortice est, ut ficis, & oleis, ac similibus, ut Martialis dicat, & persico. Fit autem sic. Ex nouellis ramis, & nitidis, ac feracibus gemmam, quæ bene apparebit sine dubio processura, duobus digitis quadratis circumsignabis, ut ipsa statuatur in medio, & ita subtiliter cortícem leua bis acutissimo scalpro, ne gemma lædatur. Item ex ea arbore, cui uelimus inserere, similiter cum gemma tolletur emplastrum, nitido tamen, atq; uberi loco. Tunc ibi conuenienter astringitur, & pressum circa gemmam uinculis cogitur sine germinis læsione cohærere, ut ea, quæ appositæ redditur, locum

gemmæ

gemmæ prioris includat. tunc luto superlinis, & liberam gemmam relinques. Ramos superiores eius arboris secabis, ac stirpes, et ab uno & uiginti diebus exactis, resoluto uimine uinculorum, reperies externi seminis gemmam mire in arboris alienæ membra transisse.

De armentis, & eorum castratura, & caseo, & tonsuris. T. VI.

HOC etiam mẽse uituli recte (ut dictũ est ante) castrantur. Nũc etiam caseum iure conficimus, & oues in frigida regione tondemus.

De apibus, aluearijs, & reliquis. T. VII.

HOC mense aluearia castrabuntur, quæ matura esse ad mellis reditum signis quampluribus instruemur. Primũ, si plena sunt, apum subtile murmur audimus. nam uacue fides fauorum, uelut concaua ædificia, uoces, quas acceperint, in maius extollunt. Quare cum murmuris sonus magnus, & raucus est, agnoscimus non esse idoneas ad metendum crates fauorum. Item cum fucos à sedibus suis, qui sunt apes maiores, grandi intentione deturbant, matura mella testantur. Castrabuntur autem aluearia matutinis horis, cum torpent apes, nec ad loribus asperantur. Fumus admouetur ex galbano, & arido fimo bubulo, quẽ in pulturio fictis carbonibus conuenit excitare. Quod uas ita figuratum sit, ut uelut inuersi infundibuli angusto ore fumũ possit emittere, atq; ita cedentibus apibus, mella recidentur. Ad examinis pabulum hoc tempore pars fauorum debet quinta dimitti. Sanè putres, ac uitiosi faui de aluearijs auferantur. Nunc mella conficimus cõgestis in mundissimum sabanum fauis, ac diligenter expressis. Sed ante quàm premamus, partes fauorum corruptas, uel pullos habentes recidemus, nam malo sapore mella corrumpunt. Mel recens paucis diebus apertis uasculis habendum est, atq; in summitate purgandum, donec refrigerato calore musti more deferueat. Nobilius mel erit, quod ante expressionem secundam, uelut sponte profluxerit. Hoc etiam mense ceram conficimus, quæ in uase æneo feruenti aqua pleno minute concisis fauorum reliquijs mollietur, & deinde in alijs uasculis sine aqua resoluta digeretur in formas. Nunc si mense ultimo, noua egrediũtur examina, custos esse debebit attentus, q̃a nouellæ apes uagantibus animis iuuẽtute, nisi seruẽtur, effugũt. Exeuntia in aditu suo morantur uno, aut duobus diebus, quæ statim nouis aluearijs excipienda sunt. Obseruabit autẽ custos assiduus usq; in octauam, uel nonam horam, quia post hæc tempora non facile fugere, aut emigrare consueuerunt, quamuis aliquæ statim & procedere, & abire non dubitent. Signa futuræ fugæ hæc sunt. Ante biduum, uel triduũ acrius

tumultuantur, & murmurant. Quod ubi apposita frequenter aure explorator agnouerit, solicitior aduersum hæc esse debebit. Solēt hæc signa & cū pugnaturæ sunt, facere. quarū pugnam compescit puluis, aut mulsæ aquæ imber aspersus. Ineſt illi ad originis suæ reparandæ concordiam, dulcis authoritas, Sed cū sē agmina sic pacata, in ramo, aut loco quocunq; suspenderint, si unius uberis eductione pendebunt, noris aut unum regem esse uniuersis, aut reconciliatis omnibus manere concordiam. Si uero duo, uel plura ubera suspendens se populus imitatur, & discordes sunt, et tot reges esse, quot uelut ubera uideris, confitentur. Vbi globos apiū frequentiores uideris, uncta manu succo melisso phylli, uel apij reges requiras. Sunt autem paulo maiores, & oblongi magis, quàm cæteræ apes, rectioribus cruribus, neq; grandibus pennis, pulchri coloris, & nitidi, leues, sine pilo, nisi forte pleniores quasi cæpillū gerunt in uentre, quo tamen nō utuntur ad uulnus. Sunt alij fusci, atq; hirsuti, quos oportet extingui, & pulchriorē relinqui, qui si frequenter uagantur cū examinibus, exactis alis reseruentur. hoc enim manente nulla discedet. Sed si nulla nascantur examina, duorū, uel trium uasculorū multitudinem in unū conferre possumus. dulci tamen liquore conspersas apes, atq; inclusas, per triduum tenebimus, appositocibo mellis, & exigua tantum spiracula relinquemus in cella. Quod si uelis aluearium, cui per aliquam pestem multitudo subducta est, populi adiectione reparare, consyderabis in alijs abundantibus, ceras fauorū, & extremitates, quæ pullos habent, & ubi signū nascituri regis inueneris, cū sobole sua redices, & in id aluearium pones. Est autē hoc futuri regis signū. Inter cætera foramina, quæ pullos continent, unum maius, ac longius uelut uber apparet. Sed tunc transferendi sunt, quando eroſis cooperculis ad nascendum maturi cæpita nituntur exercere, nā si immaturos transtuleris, interibunt. Si autē se subitū leuabit examen, strepitu æris terreatur, aut testulæ. tunc ad aluearium redibit, aut in proxima fronde pendebit, et inde in nouū uas herbis cōsuetis, et melle consperſum manu attrahatur, aut trulla, et cū in eo loco reqeuerit, uespere inter alia collocetur.

De pauimentis, & latere. T. VIII.

HOC etiam mense pauimenta faciemus sub dio, & lateres, more quo dixi.

Qualiter fructuum uenturorum experimenta sumantur. T. IX.

GRAECI asserunt Aegyptios hoc more prouentum futuri cuiusq; seminis experiri. Aream breuem loco subacto, & humido nunc

excolunt, & in ea diuisis spatijs omnia frumenti, uel leguminum semina spargunt. Deinde in ortu caniculæ, qui apud Romanos quartodecimo Calendarum Augustarum die tenetur, explorant quæ semina ortum sydus exurat, quæ illæsa custodiat. His abstinent, illa procurāt, quia indicium noxæ, aut beneficij, per annum futurum generi unicuiq;, sydus aridum præsenti exitio, uel salute præmisit.

De oleo chamæmilleo. T. X.

PER OLEI libras singulas chamæmillæ herbæ florentis, aureæ medietatis, proiectis albis foliis, quibus flos ambitur, unciarum singularum pondus infundis, & quadraginta diebus in sole constitues.

De œnanthe. T. XI.

SYLVESTRES uuas, cum florent, sine rore colligimus, & expandimus in sole, nequid restet humoris, & flos ad excutiendum sictior apparetur. Tunc cribello spisso cernimus, ut grana non transeant, sed flos solus decidat. Hunc in melle seruamus insuso. & cum diebus. XXX. fuerit conditum, temperamus eo genere, & more, quo rosatum moris est temperare.

De alica. T. XII.

ORDEVM semimaturum, cui adhuc supereſt aliquid de uiore, per manipulos liqabis, & torrebis in furno, ut facile mola possit infringi, & in modio uno salis aliquantum, dum molitur, miscere curabis, ac seruas.

De hortis. T. XIII.

IVNIVS, ac Iulius horarum sibi æqua spatia contulerunt.

Hora	I.	pedes	XXII.
Hora	II.	pedes	XII.
Hora	III.	pedes	VIII.
Hora	IIII.	pedes	V.
Hora	V.	pedes	III.
Hora	VI.	pedes	II.
Hora	VII.	pedes	III.
Hora	VIII.	pedes	V.
Hora	IX.	pedes	VIII
Hora	X.	pedes	XII.
Hora	XI.	pedes	XXII.

PALLADII DE RE RVSTICA LIBER OCTAVVS.

De iterandis agris, de messe triticea, de extirpandis uepribus, & filicetis, de arboribus operiendis nouellis. T.I.

IVLIO mense agri, q Aprili proscissi fuerant, circa Calendas iterantur. Nunc locis temperatis tritici messis expletur, more, quo dictum est, syluestres agri utilissime extirpabũtur arboribus, atq; uirgultis, cum luna decrescit, desectis radicibus, atq; combustis. Hoc mense arbores, quæ in messe steterant, sectis messibus obruantur aggestione terrarum propter nimios solis ardores. Opera una. XX. maximas obruet. Nunc & nouellæ uites mane, & uespere iam calore deposito effodi debent, & auerso gramine puluerari. Hoc mense, utiliter, uel ante caniculares dies, filices extirpabis, & catricem.

De hortis. T.II.

HOC etiam mense cepullas serimus, irriguis, ac frigidis locis, & radicem, & attriplicem, si rigare possumus, & ocymũ, maluas, betas, lactucas, & porros rigandos. Hoc mense loco irriguo, napos seremus, & rapa solo putri, & soluto, nec spisso. Locis humidis lætantur, & campis. Sed napus in sicco, & prope tenui, atq; deuexo, et sabuloso melior nascitur. Loci proprietas utrunq; semen in alterum mutat. Nam rapa in alio solo per biennium sata mutantur in napos, alio uero, napus transit in rapum. Subactum solum, stercoratum, uersatumq; conquirunt, quod, et ipsis, & segetibus proderit, quæ ibi anno eodem seruntur. Iugero raporum quatuor sextarij, napi autem quinque sufficiunt. Si spissa sunt, interuelles aliqua, ut cætera roborentur. Vt uero semina maiora rediganturerutarapa, foliis omnibus purgas, & ad dimidij digiti crassitudinem in caule sucides. Tunc in sulcis diligenter subactis, octonis digitis separata obrues, & inijcies terram, & calcabis, ita magna nascentur.

De pomis. T.III.

HOC etiam mense emplastratio celebrari potest, sicut ante demonstraui, et pyrus, uel malus locis humidis nunc insita me exploran te processit. Hoc etiam mense in pomis serotinis, quæ ubertate nimia ramos onerauerũt (sicut prædixi) interlegenda sunt, siqua uitiosa repereris,

pereris, ut arboris sucum uertamus ad meliorum nutrimenta pomorum. Nunc citri taleam, loco irriguo, frigidis regionibus me plantasse memini, & quotidianis animasse liquoribus, quæ & nascendo, & afferendo uotum felicitatis æquauit. Hoc tempore, locis humidi inoculari ficus, & inseri citrius potest. Mense iam medio, palmæ planta circunfodi. Nunc locis temperatis, amygdala matura sunt ad legendum.

De armentis. T.IIII.

HOC tempore maxime tauris submittendæ sunt uaccæ, quia decem mensium partus sic poterit maturo uere concludi, & certum est eas post uernam pinguedinem gestientes ueneris amare lasciuiam. Vni tauro quindecim uaccas Columella asserit posse sufficere, curandumq; ne concipere nequeant nimietate pinguedinis. Si abundantia pabuli est in regione, qua pascimus, potest annis omnibus in fœturam uaccæ submitti. Si uero indigetur hoc genere, alternis temporibus onerandæ sunt, maximeq;, si eædem uaccæ alicui operi seruire consueuerunt. Hoc mense arietes candidissimi eligendi, & admittendi sunt mollibus lanis, in quibus non solum corporis candor consyderandus est, sed etiam lingua, quæ, si maculis fuscabitur, uarietatem reddit in sobole. De albo, plerunq; nascitur coloris alterius. De fuscis nunquam (sicut Columella dicit) potest albus creari. Eligemus arietem altum, procerum, uentre promisso, & lanis candidis tecto, cauda longissima, uelleris densi, fronte lata, magnis testibus, ætatis primæ, qui tamen usq; in octo annos potest utiliter inire. Fœmina debet bima submitti, quæ usque in quinquennium fœturæ necessaria est, anno septimo deficit. Eligenda est uasti corporis, & prolixi uelleris, ac mollissimi, lanosi, & magni uteri. Sed prouidendum est in hoc genere, ut pabuli ubertate saturetur, & longe pascatur à sentibus, qui & lanam minuunt, & corpus incidunt. Admittendi sunt mense Iulio, ut nati ante hyemem conualescant. Aristoteles asserit, si masculos plures creari uelis, admissuræ tempore siccos dies, & halitum septentrionis eligendum, & contra eum uentum greges esse pascendos. Si fœminas generari uelis, austri captandos flatus, & in eum pascua dirigenda, ac si inemundas matres, ut mortuarum, uel uitiosarum numerus nouella sobule reparetur. Autumno debiles quæq; prætio mutentur, ne eas imbecillas hybernũ frigus absumat. Aliqui duobus ante mensibus arietes à coitu reuocant, ut facem libidinis augeat dilatio uoluptatis. Quidam coire sine discretione permittunt, ut hoc ex genere per annum totum fœtura non desit.

De extirpando gramine. T.V.

HOC mense, cum sol cancri tenebit hospitium, luna sexta in capricorni signo posita, gramen ablatum graeci asserunt nihil de radicibus redditurum. Item si bidentes cyprei fiant, & sanguine tingantur hircino, & post fornacis ardores non aqua, sed eodem sanguine temperenter, per eos erutum gramen extingui.

De uino scyllite. T.VI.

HOC mense uinum scyllite sic facimus. Scyllam de montanis, aut maritimis locis sub ortu canicularum lectam procul à sole siccamus. Ex hac in uini amphoram unius libræ mensuram mittimus, incisis ante tamen superfluis, & abiectis foliis, quibus pars extrema uallatur. Quidam uelamina ipsa filo inserta suspendunt, ut uino infusa mergantur, & non admista fecibus post. XL. dierum spatium ferta, quæ appensa sunt auferantur. Hoc uini genus tussi resistet, uentrem purgabit, flegma dissoluet, spleneticis proderit, acumen præstabit oculorum, concitabit digestionis auxilia.

De hydromelli. T.VII.

INCHOANTIBVS canicularibus diebus, aquam puram pridie sumis ex fonte. In tribus aquæ sextarijs, unum sextarium non despumati mellis admisces, ac diligenter per arenarias diuisum quinq; horarum spatio continuo per inuestes pueros curabis agitare uasa ipsa concutiens. Tunc. XL. diebus, ac noctibus patieris esse sub cœlo.

De aceto scyllitico. T.VIII.

SQVILLAE albæ crudæ proiectis duris, atq; extrinsecus positis omnibus teneram medietatem ad libram, & sex uncias per minutas partes recides, & in aceti acerrimi duodecim sextarijs merges. Vas signatum. XL. diebus patieris esse sub sole. Post abiecta squilla acetum diligentius excolabis, & in bene picato uase transfundes. Aliud acetum digestioni, & saluti accommodum. Squillæ dragmas. VIII. aceti sextarios. XXX. mittis in uasculo, & piperis unciam unam, mentæ, & casiæ aliquantum, & post aliquod tempus uteris.

De sinapi. T.IX.

SINAPIS semen admodum sextarij unius, et semis redigere curabis in puluerē, cui mellis pondo. V. olei hispani unam libra aceti acris unum sextarium misces, & tritis omnibus diligenter uteris.

De horis. T.X.

IVLII, & Iunij horas per mensurarum libra composuit.

Hora	I.	pedes	XXII.
Hora	II.	pedes	XII.
Hora	III.	pedes	VIII.
Hora	IIII.	pedes	V.
Hora	V.	pedes	III.
Hora	VI.	pedes	II.
Hora	VII.	pedes	III.
Hora	VIII.	pedes	V.
Hora	IX.	pedes	VIII.
Hora	X.	pedes	XII.
Hora	XI.	pedes	XXII.

PALLADII DE RE RVSTICA LIBER NONVS.

De agris exilibus arandis, de apparanda uindemia, de occatione uinearum locis frigidis. T.I.

VGVSTO mense ultimo circa Calendas septembris ager planus, humidus, exilis incipiat exarari. Nunc maritimis locis uindemiæ apparatus urgetur. Hoc etiam mense locis frigidissimis occatio uinearum fit.

De exili, & misera uinea reficienda. T.II.

HOC tempore, si terra exilis in uinea est, et uinea ipsa miserior, tres, uel quatuor lupini modios in iugero spargis, atque ita occabis. Quod ubi frutiçauerit, euertitur, & optimum stercus præbet in uineis, quia lætamen propter uini uitium non conuenit inferre uinetis.

De pampinandis, & obumbrandis uitibus, & extirpandis cæretis, atque filicetis. T.III.

NVNC locis frigidis pampinatur, locis uero feruentibus, ac siccis obumbratur potius uua, ne ui solis arescat, si aut uineæ breuitas, aut facultas operarum permittit. Hoc etiam mense extirpare possumus cæreta, atq; filicetа.

De urendis pascuis. T. IIII.

NVNC urenda sunt pascua, ut & altorum fruticum festinatio reprimatur ad stirpes, & incensis aridis noua lætius succedant.

De hortis. T. V.

HOC etiam mense ultimo, sicis locis rapa, & napus serenda sunt, hac ratione, qua ante dictum est. Hoc mense ultimo, locis siccioribus radices seruntur, quæ hyeme sui usum ministrent. Amant terram pinguem, solutam, & diu subactam, qualẽ rapa. Tofum, & glaream reformidant. Gaudent cœli statu nebuloso. Serendæ sunt spatijs grandibus, & alte fossis. Meliores proueniunt in arenis. Serantur post nouam pluuiam, nisi possint forte rigari. Quod satum est, statim debet operiri leui sarculo. Iugerum duo sextarij, uel, ut quidam, quatuor, cũ seruntur, implent. Lætamen nõ est ingerendum, sed potius paleæ, quæ inde fungosæ sunt. Suauiores fiunt, si eas aqua salsa frequenter aspergas. Radices fœminini generis putantur, quæ minus acres sunt, & habent folia latiora, & leuia, & cum iucunditate uirentia. Ex his ergo semina cõligemus. Maiores fieri creduntur, si sublatis omnibus foliis, & solo tenui cutule dimisso, sæpe terris opiantur. Si ex nimis acra dulcẽ fieri uelis, semina die, et nocte melle macerabis, aut passo. Raphanũ tamen, sicut brassicam, constat esse uitibus inimicũ. nã si circa sẽ serantur, natura discordante refugũt. Hoc etiã mense pastinacas seremus.

De pomis. T. VI.

ETIAM nunc emplastrantur arbusta. Pyrum nunc plerique inserunt, & locis irriguis arborem citri.

De apibus. T. VII.

HOC mense crabrones molesti sunt aluearijs apum, quos psequi, ac necare debemus. Nũc etiam quæ Iulio nõ excurrimus, exequamur.

De aqua inueniẽda. T. VIII.

NVNC, si deerit aqua, eam quærere, ac uestigare debebis, quam taliter poteris inuenire. Ante ortum solis ijs locis, quibus aqua quærenda est, æqualiter pronus mento ad solum depresso iacens in terra spectabis orientem, & in quo loco crispum subtili nebula aerem surgere uidebis, & uelut rorem spargere, signo aliquo uicinæ stirpis, aut arboris prænotabis. Nam constat sicis locis, ubi hoc fiet, aquam latere. sed terrarum genus considerabis, ut possis uel de tenuitate, uel de abundantia

abundantia iudicare. Creta tenues, nec optimi saporis uenas creabit. Sabulo solutus exiles, insuaues, limosas, & spatio altiore submersas. Nigra terra humores, & stillicidia nõ magna ex hybernis imbribus, & liquore collecta, sed saporis egregij. Glarea mediocres, et incertas uenas, sed suauitate præcipuas. Sabulo masculus, & arena, et cærbunculus certas, & ubertate copiosas. In saxo rubro bonæ, & obundantes sunt. Sed prouidendum est, ne inuentæ inter rimas refugiant, & per interuenia dilabantur. Sub radicibus montium, & in saxis, siliciibus uberes, frigidæ, salubres. Locis campestribus salsæ, graues, tepidæ, insuaues. quarum sapor si optimus fuerit, noueris eas sub terris exordium de monte sumpsisse. Sed in medijs campis montanorum fontium suauitatem consequuntur, si umbrantibus tegantur arbustis. Sunt & hæc signa uestigandæ aquæ, quibus tunc credimus, si neq; lacuna est, neq; aliquis ibi ex consuetudine humor insidet aut præterit. Iuncus tenuis, salix, syluaticæ, alnus, uitex, arundo, edera, cæteraq;, si qua humore gignuntur. Locus ergo, ubi supradicta signa repereris, fodiatur latitudine pedibus tribus, altitudine pedibus quinq;, & proxime solis occasum, mundum uas ibi æreum, uel plumbeũ interius unctum inuersum ponatur in solo ipsius fossionis. Tunc supra fossæ labra crate facta de uirgis, ac frondibus, additaq; terra, spatium omne cooperiatur. Sequenti die aperto loco, si in eodem uase sudores intrinsecus inuenientur, aut stillæ, aquas ibi esse non dubites. Item si uas siguli sicum, neq; coctum eadem ratione ponatur, ac similiter operiatur, altero uero die, si aquarum uena est, in præsenti uas cõcepto humore soluetur. Item uellus lanæ æque positum, uel coopertum, si tantum colligit humoris, ut alia die fundat expressum, copias inesse testabitur. Item lucerna oleo plena, & accensa, si ibi similiter tecta ponatur, & secuto die inueniatur extincta superantibus alimentis, aquas idem locus habebit. Item si in eo loco focum feceris, & terra uaporata humidũ fumum, nebulosumq; ructauerit, aquas inesse cognosces. His itaq; repertis, certa signorum firmante notitia, puteum fodies, & aquæ caput requires. uel si plura sunt, in unum colliges. Tamen maxime sub radicibus montium in septentrionali parte quærendæ sunt aquæ, quia in his locis magis abundant, utilioresq; nascuntur.

De puteis. T. IX.

SED in fodiendis puteis cauendum est fossorum periculum, quoniam plerunq; terra, sulfur, alumen, bitumen educit. Quorum spiritus misti anhelitum pestis exhalant, & occupatis statim naribus extorquent animas, nisi quis fugæ sibi uelocitate succurrat. Prius ergo, q̃

descendatur ad intima, in eis locis lucernam ponis accensam, quæ si extincta non fuerit, periculum non timebis. Si uero extinguetur, cauendus est locus, quem spiritus mortifer occupabit. Quod si alio loco aqua non potest inueniri, dextera, leuaq; puteos fodiemus, usque ad aquæ ipsius libramentum, & ab his foramina hinc inde patefacta, uelut nares, intus agemus, qua nocens spiritus euaporet, quo facto, latera puteorum structura suscipiat. Fodiendus est autem puteus, latitudine octo pedum quoquouersum, ut binos pedes structura concludat. quæ structura uectibus ligneis subinde densetur, & structa sit lapide tofacio, uel silice. Si aqua limosa fuerit, salis admistione corrigatur. Sed dum foditur puteus, si terra non stabit uitio generis dissoluti, aut humore laxabitur, tabulas obijcies directas undiq;, & eas transuersis uectibus sustinebis, ne fodientes ruina concludat.

De aqua probanda. T.X.

AQVAM uero nouam sic probabis. in uase æneo nitido sparsis, & si maculam non fecerit, probabilis iudicetur. Item decocta æneo uasculo, si arenam, uel limum non relinquit in fundo, utilis erit. Item si legumina cito ualebit excoquere, uel si colore perlucido carens musco, & omni labe pollutionis aliena. Sed qui in alto sunt putei, perforatis usq; ad infimam partem terris ad loca inferiora, possunt uice fontis exire, si uallis subiectæ natura permittat.

De aquæ ductibus. T.XI.

CVM uero ducenda est aqua, ducitur aut forma structili, aut plũbeis fistulis, aut canalibus ligneis, aut fictilibus tubis. Si per formam ducetur, solidandus est canalis, ne per rimas aqua possit elabi. cuius magnitudo pro aquæ mensura facienda est. Si per planum ueniet, inter sexagenos, uel centenos pedes sensim reclinetur structura in sesquipedem, ut uim possit habere currendi. Siquis mons interiectus occurrerit, aut per latera eius aquam ducemus obliquam, aut ad aquæ caput speluncas librabimus, per quarum structuram perueniat. Sed si se uallis interserat, erectas pilas, uel arcus usq; ad aquæ iusta uestigia constituemus, aut plumbeis fistulis clausam deijci patiemur, & explicata ualle consurgere. Sed, quod est salubrius, & utilius, fictilibus tubis cum ducitur, duobus digitis crassi, & ex una parte reddantur angusti, ut palmi spatio unus in alterum possit intrare. quas iuncturas uiua calce oleo subacta debemus illinire. Sed ante q̃ in ijs aquæ cursus admittatur, fauilla per eos mixta exiguo liquore decurrat, ut glutinare possit, si qua sunt uitia tuborum. Vltima ratio

est, plumbeis fistulis ducere, quæ aquas noxias reddunt. nam cerussa plũbo creatur attrito, quæ corporibus nocet humanis. Diligentis erit aquarum receptacula fabricari, ut copiam uel inops uena procurret.

De mensuris, & ponderibus fistularum. T.XII.

MENSVRA uero fistularũ plũbo seruetur huiusmodi. Centenaria. X. pedũ mille ducentas libras habeat. Octogenaria noningentas. LX. Quinquagenaria similiter. X. pedũ pondo sexcenta. Quadragenaria pondo quadragenta. LXXX. Tricenaria pondo tricẽtase xaginta. Vicenaria põdo ducẽta. XL. Octonaria põdo nonagintasex.

De omphacomelli. T.XIII.

IN uuæ semiacerbæ succi sextarijs sex, mellis triti fortiter duos sextarios debebis infundere, et sub solis radijs diebus. XL. decoquere.

De horis. T.XIIII.

AVGVSTVM Maio per solis cursus æquauit.

Hora	I.	pedes	XXIII.
Hora	II.	pedes	XIII.
Hora	III.	pedes	IX.
Hora	IIII.	pedes	VI.
Hora	V.	pedes	IIII.
Hora	VI.	pedes	III.
Hora	VII.	pedes	IIII.
Hora	VIII.	pedes	VI.
Hora	IX.	pedes	IX.
Hora	X.	pedes	XIII.
Hora	XI.	pedes	XXIII.

PALLADII DE RE RVSTICA LIBER DECIMVS.

De agris pinguibus tertiandis, uel implendis exilibus, & de stercorando. T.I.

SEPTEMBRI mense ager pinguis, & qui diu tenere consueuit humorem, tertia uice arabitur, quamuis humido anno possit & antea tertiari. Nunc ager humidus, planus, exilis, quem primo Augusto arari diximus, iteratur, & seritur. Graciles cliui nunc primum arandi sunt, & serendi statim erat æquinoctium. Agri nunc stercorandi sunt, sed in colle

ſpiſſius,in cāpo rarius lætamina diſponentur,cū luna minuitur, quæ res,ſi ſeruetur,herbis officiet. Vni iugero aſſerit Columella. XXIIII. ſtercoris carpenta ſufficere. In plano uero. XVIII. Sed ūdem cumuli tot diſſipandi ſunt, quot ea die poterunt exarari,ne ſtercora exiccata nihil proſint. Eijcuntur quidem lætamina, & qualibet hyemis parte. Sed ſi tempore ſuo eiĉi aliqua ratione non poterunt, ante quàm ſeras,more ſeminis per agros pulueremſtercoris ſparge, uel caprinū manu proĳce, & terram ſarculis miſce. Nec prodeſt nimium ſtercorare uno tempore,ſed frequenter,& modicè. Ager aquoſus plus ſtercoris,ſiccus uero,minus requirit. Sed ſi lætaminis copia non abundat, hoc pro ſtercore optime cedit,ut ſabuloſis locis cretam, uel argillam ſpargas,cretoſis ac nimium ſpiſſis ſabulonem. Hoc etiam ſegetibus proficit, & uineas pulcherrimas reddit. nam lætamen in uineis ſaporem uini uitiare conſueuit.

De ſerendo triticeo,& adoreo in locis frigidis,& opacis. T. II.

HOC menſe uliginoſis locis, aut exilibus, aut frigidis,aut opacis circa æquinoctium triticum,& adoreum ſeretur,dum ſerēnitas conſtat,ut radices frumenti ante hyemem conualeſcant.

De remedio ſalſi humoris,de ſeminum menſuris, & diuerſis remedijs ad ſationem pertinentibus. T. III.

SOLET terra humorē ſalſum uomere,qui ſegetes necat. Vbi hoc fit,columbinū ſtercus,aut cupreſſi folia oportet inſpergere,& ita, ut eadē miſcēatur,inarare. Melius tamē omnibus remedijs erit,ſi aquarius ſulcus noxiū deducat humorē. In mediocris agri iugero. V. tritici modios,et adoreitotidē conſeremus,nam quatuor ager pinguis accipiet. Si modium quo ſeretur,hyenæ pelle ueſtieris, & ibi aliquādiu quod ſerendum eſt,eſſe patieris,ſata bene prouenire firmantur. Item quoniam quædam animalia ſubterranea ſectis radicibus necant plerunq; frumenta,contra hæc proderit,ſi herbæ,quæ ſedum dicitur, ſucus aquæ miſtus una nocte madefaciat,quæ ſpargenda ſunt ſemina, uel agreſtis cucumeris humor expreſſus,& eius radix trita, ſi aqua diluatur,& eodem quæ ſerenda ſunt, macerentur humore. Aliqui ubi hæc ſegetes ſuas perferre ſenſerint, inter initia uitiorum inſulſa amurca,uel prædicta aqua ſulcos,& aratra perfundunt.

De ſerendo ordeo canterino. T. IIII.

NVNC gracili ſolo ordeū ſeritur canterinū, modijs. V. per iugerū. Poſt hoc genus agros ceſſare patieris, niſi forte lætamen aſpergas.

De lupino ſerendo. T. V.

NVNC, uel maturius aliquanto, lupinus ſeritur in qualicunq; terra,uel crudo ſolo.cui hoc proderit, ut ſeratur ante, q̄ frigus incipiat. Limoſo agro non naſcitur. cretam reformidat. Amat exilem terram,atq; rubricam. X. modijs iugeri menſura completur.

De piſo ſerendo. T. VI.

HOC menſe poſtremo piſum ſeremus, terra facili, & ſoluta,loco tepido,cœlo delectatur humecto. Iugero quatuor modios, uel tres ſparſiſſe ſufficiet.

De ſiſamo ſerendo,& proſcindendis agris ad medicam. T. VII.

NVNC ſiſamum ſeritur putrī ſolo,uel pinguibus arenis,uel terra congeſtitia. Iugero, quatuor uel ſex ſextarios ſeuiſſe conueniet. Hoc menſe poſtremo,prima uice agros proſcindemus, q̄ habituri ſunt medicam.

De uicia,fœno græco,& farragine ſerendis. T. VIII.

NVNC uiciæ prima ſatio eſt, & fœni græci cum pabuli cauſa ſeruntur. Viciæ. VII. modij iugerū,æque & fœni græci ſemen implebit. Farrago etiam loco ſterili ſtercorato ſeritur. ordei canterini in iugero. X. modios ſpargimus circa æquinoctium,ut ante hyemem conualeſcat. Si depaſci ſæpius uelis,uſq; in Maium menſem eius paſtura ſufficiet. quod ſi ex ea ſemen etiam redigere,uſq; ad martias Calendas, & dehinc pecora prohibebis.

De lupino ſerendo. T. IX.

HOC menſe,ut loca fœcundentur exilia, lupinus circa Idus ſeritur. Et ubi creuerit,uertitur uomere,ut putrefiat exoſus.

De pratis nouellis formandis,uel ueteribus excolendis. T. X.

NVNC prata ſi libuerit,poſſumus nouella formare. Si eligendi facultas eſt, locum pinguem,roſidum,planum,leniter inclinatum,uel huiuſmodi uallem deputabimus,ubi humor nec ſtatim præcipitari cogitur,nec diu debet inhærere. Poteſt quidem & ſoluto,& gracili ſolo prati forma,ſi rigetur,imponi. Extirpandus eſt itaq; locus hoc tempore,& liberandus impedimentis omnibus,uel herbis latioribus,& ſolidis,atq; uirgultis. Deinde cum frequenter exercitatus fuerit, ac multa aratione reſolutus, ſubmotis lapidibus,& glebis ubiq; confractis,ſtercoretur luna creſcente recenti lætamine. Ab unguis iumentorū

summa intentione seruetur intactus, præcipue quoties humescit, ne inæquale solum reddant multis locis impressa uestigia. Sed si prata uetera muscus obduxerit, abradendus est, & scalptis eisdem locis fœni spargenda sunt semina, & quod ad necandum muscum prodest, cinis sæpius ingerendus. Quod si sterilis factus est locus carie, incuria, uetustate, exaretur, ac de nouo rursus æquetur. Nam prata sterilia plerunq; arare conueniet. Sed in nouo prato rapa conserere possumus, quorum messe finita, cætera, quæ dicta sunt, exequemur. Viciam tamen fœni seminibus mixtam post hæc spargemus. Rigari uero ante q̃ durum solum fecerit, non debebit, ne eius crates minus solidam uis interflui corrumpat humoris.

De uindemia celebranda. T. XI.

HOC mense locis tepidis, maritimisq; celebranda uindemia est, frigidis apparanda. In dolijs picandis hic modus erit, ut dolium ducentorum congiorum XII. libris picetur. deinde pro minoris æstimatione subducas. Sed maturitatem uindemiæ cognoscimus hoc genere. Si expressa una, uinacia, quæ in acinis cælantur, hoc est grana, sint fusca, & nonnulla propemodum nigra. quam rem naturalis maturitas facit. Diligentiores optimæ ceræ in decem picis libras, unam libram miscent, quæ & odori proficit, & sapori, & picem lenitate permulcens frigoribus eam non patitur dissilire. Picis tamen gustu exploranda dulcedo est, quia sæpe uina eius amaritudine uitiantur.

De panico, & milio metendis, & faselo ad escam serendo, & apparandis aucupijs. T. XII.

NVNC quibusdam locis panicũ metetur, & miliũ. Tẽpore hoc faselus ad escam seratur. Nũc in amitibus apparetur aucupiũ nocturnæ, cæteraq; instrumenta capturæ, ut circa Calẽdas exerceatur Octobris.

De hortis. T. XIII.

NVNC papauer seritur locis siccis, & calidis, potest & cũ alijs oleribus seminari. Fertur utilius prouenire, ubi uirgæ, & sarmenta combusta sunt. Tempore hoc brassicam seres utilius, ut plantas eius Nouembri inchoante transponas. de quibus & hyeme olus, & uere possit cyma produci. Hoc mense spatia hortorum, quæ per uernum semina impleturus es, alte tribus pedibus pastinare debebis, & luna decrescente his stercus inferre. Hoc mense ultimo thymum seremus, sed melius plantis nascitur, quamuis possit & semine. Agrũ diligit apricum, macrum, maritimum. Nunc circa æquinoctium seres

originum. stercorari, ac rigari, donec conualescat, appetit. Amat loca aspera, atq; saxosa. Hisdem diebus seritur capparis. late serpit. succo suo terris nocet. Serendum est ergo, ne procedat ulterius, circumueniente fossato, uel luto structis parietibus, solo sicco, & graculi. herbas sponte psequitur. floret æstate. Sub occasu uergiliarum capparis arescit. Gith hoc mense ultimo bene seritur. Hoc mense nasturtium seremus, & anethum locis temperatis, & calidis, & radices locis siccis, & pastinacas, & cæræ folium circa Octobres Calendas, & lactucas, & betas, & coriandrum, & primis diebus rapa, & napos.

De pomis. T. XIIII.

MENSE Septembri circa Calendas Octobres, uel Februario tuberes seremus sobole, uel nucleis, cuius tenera diligenter nutriri debet infantia. Sumatur cum radicibus, planta diuulsa. bubulo fimo linatur, ac luto. statuatur pingui terra, & subacta, subditis conchis, & marina alga. terris magna sui parte condatur. Alij pomis statim grana decussa, & sole siccata, pingui, & propè cribrata terra autumno tria simul ponunt, quæ seruntur in unum coire uirgultum, quod assi dua, rigatione iuuandũ est, atq; fossura, quæ solũ leuiter scalpens teneritudini robur inducat. Post annũ deinde, uel aliquanto tardius quæ fuerit de semine planta transfertur. & hoc genere fructus efficit dulciores. Mense Ianuario ultimo, uel Februario tuberũ surculus mirabiliter proficit cydonio insitus. Inseritur autem malis omnibus, & pyris, & prunis, & calabria, melius truncо fisso, q̃ cortice. desuper qualo, uel fictili uase munitur repletis usq; propè summitatem surculis terra subacta cum stercore. Prosunt tuberibus, quæ malis prodesse memorauimus. Tuberes seruabuntur, si obruantur in milio, uel urceolis picatis, & oblitis.

De pauimentis solariorum, & latere. T. XV.

HOC etiam mense pauimenta in solarijs, & lateres faciemus eo more, quo Maio mense descripsi.

De diamoro. T. XVI.

SVCCVM mori agrestis paululum facies deferuere. Tunc succi ipsius duas partes, & unam mellis admisces, & mista cirabis ad pinguedinem mellis excoquere.

De seruandis uuis. T. XVII.

VVAS, quas seruare uolumus, legamus illæsas, neque acerbitate rigidas, neque maturitate defluentes, sed quibus est & gra-

num luce penetrabili splendidum, & tactus cum molli iucunditate callosus. Siqua sunt corrupta, uel uitiosa, resecemus, nec patiamur iteresse, qbus inexpugnabilis acerbitas contra blandimenta æstiui caloris induruit. Tūc incisos botryonū tenaces calida picæ oportet ambiri, atq; ita in loco sicco, frigido, & obscuro sine luminis irruptione suspendi.

De uite, cuius fructus humore putrescit. T. XVIII.

VITIS, cuius fructus humore putrescit, per latera pampinanda est ante trigesimum uindemiæ diem, & sola frons illa seruanda est, quæ in summitate posita solem nimium defendit à uertice.

De Horis. T. XIX.

SEPTEMBRIS, & Aprilis dies horis similibus conferuntur.

Hora	I.	pedes	XXIIII.
Hora	II.	pedes	XIIII.
Hora	III.	pedes	X.
Hora	IIII.	pedes	VII.
Hora	V.	pedes	V.
Hora	VI.	pedes	IIII.
Hora	VII.	pedes	V.
Hora	VIII.	pedes	VII.
Hora	IX.	pedes	X.
Hora	X.	pedes	XIIII.
Hora	XI.	pedes	XXIIII.

PALLADII DE RE RVSTICA LIBER VNDECIMVS.

De adoreo, tritico, ordeo, & eruo, lupino, & piso, & sisamo, & faselo serendis. T. I.

OCTOBRI mense adoreum seremus, ac triticum. Iusta satio est à decimo Calēdarum Nouembrium, usq; ad sextum Idus Decembris regionibus temperatis. Nunc etiam lætamen effertur, ac spargitur. Hoc etiam mense seremus ordeum, quod dicitur canterinum. Seritur macra, & sicca terra, uel multum pingui. Nam qa hoc semine macescunt arua, pingui uincitur agro, alteri non habet quod amplius nocere possit, cum propter

macritatem semen aliud ferre non ualeat. Læto agro non est serendum etiam nunc eruum, lupinus, & pisum, & sisamum. Seremus (ut dixi) sisamum usq; ad Idus Octobres, & faselum, tamen terra pingui, ac restibili agro. quatuor modijs iugerum complebimus.

De lini semine serendo. T. II.

HOC mēse lini semen seremus, si placet, quod pro malitia sui serendū non est, nam terræ uber exhaurit. Sed si uelis loco pinguissimo, & modice humido, seretur in iugero. VIII. modijs. Aliqui macro solo spissum serunt. ita assequuntur, ut linum subtile nascatur.

De notanda uitiū fertilitate, quam prouidebimus panctioni. T. III.

NVNC opportuna uindemia est, cuius tempore notanda est fœcunditas uitium, & notis quibuscunq; signanda, ut ex his ad ponendum sarmenta possimus eligere. Asserit autem Columella, explorari fœcunditatem uno anno non posse, sed quatuor, quo numero cognoscitur uera generositas surculorum.

De ponendis uineis, uel propagandis, reparandis, putandis, & arbustis. T. IIII.

HOC mense postremo, ubi calidi, ac sicci aeris qualitas est, ubi exilis, & aridus est campus, ubi collis præruptus, aut macer, uites utilissime ponuntur, de quibus satis mense Februario disputaui. Nunc locis siccis, calidis, exilibus, macris, arenosis, aridis, quæcunq; de pastinis, de uitibus ponendis, putandis, propagandis, reparandis, uel arbusto faciendo, ante dicta sunt, rectius fiunt, ut contra exilitatem glebæ hybernis imbribus adiuuentur. Sic & humorem sitientibus conferunt, & recisa, uel mersa glacie non adurunt, quia talibus locis pruinarum uis, & natura uescitur.

De ablaqueanda nouella. T. V.

POST Idus Octobris ablaqueanda est omnis nouella uinea, seu in pastino, seu in scrobibus, aut sulcis, ut amputentur radices superuacuæ, quas produxit æstate, quæ si conualuerint, inferiores radices faciunt interire, & ita remanebit uitis in summitate suspensa, quæ res eam frigori obnoxiam faciet, et calori Sed hæ radiculæ non ad siccum debent recidi, ne aut plures inde nascantur, aut noua plaga corpori uitis impressa, ui secuturi algoris uratur. Recidemus autem relicto digiti spatio. Et si placida ibi hyems est, apertas relinquemus uites, si uiolenta, ante Decēbres Idus operiemus, si præfrigida, aliquan-

tum columbini stercoris sub ipsa hyeme circa uiticularum uestigia largiemur, quod contra frigus nimium Columella dicit toto faciendum esse quinquennio.

De utilitate propagandæ nunc uineæ. T.VI.

HOC tempore iccirco locis, quibus dixi, propagatio melior est, quia firmandis radicibus uitis incumbit, cum proferendi palmites eam cura non permouet.

De arboribus inserendis, uel uitibus. T.VII.

HOC mense aliqui uites, & arbores locis calidissimis inserere consueuerunt.

De oliuetis instituendis, & colendis, uel remediis eorum, uel oliuis condiendis, uel fossis, riuisq; purgandis. T.VIII.

NVNC etiam locis calidis, & apricis oliueta instituemus, more, uel ordine, quem Februarius mensis ostendit. Seminaria quoq; olearum locis talibus faciemus hoc tempore, & omnia, quæ ad oleam pertinebunt. Oliuas quoq; albas condiemus, sicut postea referetur. Hoc tempore ablaqueandæ sunt arbores oleæ prouincijs siccioribus ac tepidis, ita ut eis à superiori parte humor possit induci. Omnem sobolem cuuelli Columella præcipit, mihi autem uidetur paucas dimitti semper, ac solidas, ex quibus uel in uetustate, matris loco delecta succedat, uel melius nutrita, & aggestæ terræ beneficio, & iam suas habens radices, ad oliuetum faciendũ sine cura seminarij transferatur arbuscula. Nunc, si suppetit, intermisso triennio stercoranda sunt oliueta, locis maxime frigidis. Caprini stercoris sex libræ uni arbori, uel ceneris modij singuli sufficient. Muscus tamen semper radatur arboribus. & putentur (sicut Columella dicit) octo annorum ætate transacta. Videtur mihi unoquoq; anno sicca, & infructuosa cum aliqua debilitate nascentia debere recidi. Quod si fructus arbor læ tos non afferet, terebretur gallicat terebra usq; ad medullam foramine impresso, cui oleastri informis talea uehementer arctetur, & ablaqueatæ arbori amurcæ insulsa, uel uetus urina fundatur. Hoc enim uelut cõtu steriles arbores uberantur, quas tamen durante malitia oportebit inserere. Hoc mense fossas, riuosq; purgabimus.

Remedium, si una computa est. T.IX.

GRAECI iubent, si uuam nimius imber infuderit, postea quam mustum eius primo ardore feruebit, ut ad alia uascula trans-

feratur. Ita propter naturæ grauitatem remanens aqua subsidet, & translatum uinum pure seruabitur, relicto quicquid se illi ex imbre miscuerat.

De oleo uiridi faciendo, & laurino. T.X.

NVNC oleum uiride faciemus hoc genere. Oliuam quamrecentissimam, cum uaria est, colligis, et si diebus aliquot collegeris, expandis, ne calefiat. Siqua ibi putris, aut sicca est, remoues. Vbi uero cõpleueris modum factorij, sales tritos, uel non tritos, quod est melius, in oliuam eandem mittis per decem modios, tres salis, & molis primo, & sic salitam in nouis catastris esse patieris, ut pernoctet cum salibus, & ducat in se eosdem sapores, ac mane premi incipiat, olei meliorem fluxum redditura, salis sapore concepto. canales sanè, & omnia receptacula olei, calida aqua prius lauabis, ut nihil de anni præteriti rancore custodiant. Focos etiam non propius admouebis, ne olei saporem fumus inficiat. Nunc mense postremo locis siccis, & calidis ad oleum faciendum lauri baccas legemus.

De hortis. T.XI.

MENSE Octobri serẽda sunt intyba, quæ hyeme seruiãt. Amãt humores, & terram solutam. Arenosis, & salsis locis, atq; maritimis summa proueniunt. Area his planior apparetur, ne radices eorũ terra fugiente nudentur. Quatuor foliorum transferantur ad locum stercoratum. Nunc plantæ cardui ponuntur, quas cum ponemus, radices earum summas ferro resecamus, ac fimo tingimus, ternũm pediũ spatio separamus incrementi causa, pedali scrobe depositas binas, aut ternas. Cinerem sæpe sub hyeme diebus siccis, fimumq; miscebimus. Hoc mense sinapim seremus. terram diligit aratam, & si fieri potest, congestitiam, quamuis ubicunq; nascatur. sarculari debet assidue, ut respergatur puluere, quo fouetur. non minus gaudet humore. de quo semen legere disponis, suo loco esse patieris. quod ad escam parabis, robustius facies transferendo. In sinapi uetus semen inutile est, uel sationi, uel usui. quod dentibus fractum, si intus uiride uidebitur, nouum est, si album fuerit, uetustatem fatetur. Hoc mense malua serenda est, quæ occursu hyemis ab incrementi lõgitudine reprimetur. Loco pingui delectatur, & humido. gaudet lætamine. Transferuntur plantæ eius, cũ cœperint folia quatuor habere, uel quinq;. Melius comprehendit eius planta, quæ tenera est, maior enim translata languebit. Sapor illis est melior, si non transferantur, sed ne cito erigantur in caulem, in medio earum glebulas constitues, aut lapillos. Rara ponenda est. sarculo delectatur assiduo. sic liberandæ sunt herbis, ne motum sentiant

in radice. Si transferendis plantis nodū facias in radice, sessiles fiēt. Nunc etiam locis temperatis, & cālidis anethum seremus. Cepullæ seruntur etiam hoc mense, uel mentā, & pastinacā, thymum, & origanum, & cappar mensis initio. Item betam locis siccioribus, nec non armoracēam seremus, uel transferemus ad cultū, ut melior fiat, nam hæc agrestis est raphanus. Nūc porrum uerno satum transferre debemus, ut crescat in capite. Sanè sarculis circumfodiatur assidue, & comprehensa porri planta uelut tenacibus alleuetur, ut inanitas spatij, quæ radicibus suberit, incremento capitis suppleatur. Ocymum quoq; etiam nunc seremus, quod citius nasci fertur hoc tempore, si acēti imbre leuiter spargatur infusum.

De pomis. T.XII.

CVI placēt curas agere seculorum, de palmis cogitet cōserēdis. Hoc igitur mense dactylorum non ueterum, sed nouorum, ac pinguiū recentia ossa debebit obruere, terræ cinerem miscere. Si plantam uelit, ponenda est Aprili mense, uel Maio. Locis delectatur apricis, & cālidis. Fouenda est, ut crescat, humore. Terram solutam, uel sabulonem requirit, ita tamen, ut quando planta deponitur, circā eam, uel sub ea pinguis terra fundatur. Annicula transferatur, aut bima Iunio mense, uel Iulio incipiēte. Circūfodiatur assidue, ut rigatione cōtinua æstatis uincat ardores. Aquis palmæ aliquatenus salsis iuuātur, quæ inficī debent salibus, etiam si tales eas natura non præbuit. Si ægra est arbor, fœces uini ueteris ablaqueatæ oportet infundi, uel radicum superuacua capillamenta decidi, uel cuneum salicis interfossis radicibus premi. Constat autem locum propè nullis utilem fructibus, in quo palmæ sponte nascuntur. Pistacia seruntur autumno, & mense Octobri sobole, & nucibus suis. Sed melius ipsa pistacia iuncta ponuntur, mas, ac fœmina. Marem dicunt, cui sub cortio uelut ossei longi uidētur latere testiculi. Qui diligentius facere uoluerit, pertusos cāliculos, & stercorata terra repletos parabit, & in his pistacia terna cōstituet, ut ex omnibus germen quodcunq; procedat. quod ubi cōualuerit planta, hinc facilius transferatur mense Februario. Amat locum cālidum, sed humectum, & rigatione gaudet, & sole. Inseritur terebinthō mense Februario, uel Martio. at alij amygdalo inseri posse firmarunt. Cerasus amat cœli statum frigidum, solum uero positionis humectæ. In tepidis regionibus parua prouenit. Calidum non potest sustinere. Montana, uel in cōllibus constituta regione lætatur. Cerasi plantā syluestrem transferre debemus mense Octobri, uel Nouembri, & eā primo Ianuario, cum comprehēdit, inserere. Plantaria uero creari possunt, si

sunt, si prædictis mensibus spargantur poma, quæ summa facilitate nascentur. Ego sic huius arboris facilitatem probaui, ut uirgulta ex cæso pro amminiculis per uineam posita in arborem prosiluisse confirmem. Et Ianuario mense seri potest. Inseritur mense Nouembri melius. Vel, si necesse sit, extremo Ianuario. Alij & Octobri inserenda esse dixerunt. Martialis in truncō inseri iubet. Mihi inter corticem, et lignum feliciter semper euenit. Qui in truncō conserunt, sicut Martialis dicit, omnem lanuginem, quæ circā est, auferre debebunt, quæ si remanserit, insitis nocere manifestat. In cæsis hoc seruandum est, & in omnibus gummatis, ut tunc inserātur, quando his uel non est, uel desinit gumma effluere. Cerasus inseritur in se, in pruno, in platano, ut alij, in populo. Amat scrobes altas, spatia largiora, assiduas fossiones. Putari in ea putria, & sicca debebunt, uel quæ densius arectata protulerit, ut rarescat. Fimum non amat, atque inde degenerat. Cerasa ut sine osse nascantur, fieri Martialis hoc dicit. Arborem teneram ad duos pedes recides, & eam usq; ad radicem findes, medullam partis utriusq; ferro curabis abradere, & statim utrasque partes in se uinculo stringes, et oblinis fimo, & summam partem, & laterum diuisuras. Post annum cicatrix ducta solidatur. Hanc arborem surculis, qui adhuc fructum non attulerunt, inseris, & ut asserit, ex his sine ossibus poma nascentur. Si cerasus concepto humore putrescit, in truncō foramen accipiat, quo possit educi. Si formicas patitur, succum portulacæ debebis infundere, cum acēti media parte permistum, uel uinifecibus truncum arboris florentis adlinire. Si æstu cicularum fatigatur, trium fontium singulos sextarios sumptos post solis occasum radicibus arboris iubeamus influere sic, ne remedium luna deprehendat, uel herbam symphoniacam circā arboris trūcum torquebimus in coronam, uel ex ea iuxta imum codicem cubile faciemus. Cerasa non aliter, quàm in sole usq; ad rugas siccata seruantur. Mense Octobri aliqui mali arborem cālidis, & siccis regionibus ponunt, & cydonia circā Nouembres Calendas, & sorbum, uel amygdala in seminarijs obruunt, & pini semen aspergunt. Hoc mense poma condienda sunt, atq; seruanda eo more, quo in singulorum titulis continetur, uelut quæq; matura processerint.

De apibus. T.XIII.

HOC etiam mense aluearia cāstrabuntur, more, quo dictum est, quæ tamen oportet inspicere, & si abundantia est, demere, si mediocritas, partem mediam relinquere pro hyemis inopia. si uero sterilitas apparet in cellis, nil prorsus auferre. Mellis uero, & cæræ su-

perius est demonstrata confectio.

Quæ græci, uel alij superuina condienda, curandáq; dixerunt. T. XIIII.

NE lecta præteream, quæ græci sua fide media de condiēdi uinū genere disputarunt, demonstrare curaui, qui uini naturā tali ratione discernunt, et hanc in eo uolunt esse distantiam, ut quod dulce est, grauius dicant, quod album, & aliquatenus salsum, conuenire uesicæ, quod croceo colore blanditur, digestioni accomodum, quod album, & stipticum, prodesse stomacho laxiori, transmarinum pallorē facere, & tantum sanguinem nō creare. Vuis nigris fieri forte, rubeis suaue, albis uero plerunq; mediocre. In condiendo ergo uino aliqui græcorū mustum decoctum ad medietatem, uel tertiam partem uino adijciunt. Alij græci ita iubent aquam marinam mundam de puro, & quieto mari, quam anno ante compleuerint, reseruari, cuius talem esse naturam, ut & salsedine, uel amaritudine per hoc tempus careat, & odore, & dulcis fiat ætate. Ergo eius octogesimā partē musto admiscent, & gypsi quinquagesimam. Post tertiam deinde diem fortiter commouent, ac pollicentur non ætatem solum uino, sed splendorem quoq; coloris afferre. Oportet autem nona quaq; die uinum moueri, atq; curari, uel, si tardius, undecima. Frequens enim respectus faciet iudicare utrum uendenda sit species, an tenenda. Quidam resinæ siccæ tritæ uncias tres dolio immergunt, & permouent, et uina diuretica sic fieri posse persuadent. Mustum uero, quod per pluuias frequentes leue est, sic curari debere iusserunt, qđ probari gustu ipsius poterit. Omne mustum decoqui iubent, donec pars eius uigesima possit absumi, melius quoq; fieri, si centesimam partem gypsi adijcias. Lacedæmonij uero eousq; decoquere, donec uini quinta pars pereat, & quarto anno usibus ministrare. Suaue uinum de duro fieri docent, si ordeacei pollinis cyathos duos simul cū uino subactos mittas in uini uasculo, et hora una ibi esse patiaris. Aliqui fœces uini dulcis admiscent. Aliqui addunt glicirizæ siccæ aliquantulum, & utuntur, cum diu uasorū cōmotione miscuerint. Vinū quoq; inter paucos dies optimi odoris effici, si bacas myrti agrestis montanas, siccas, & tunsas mittis in cadum, & decem diebus requiescere patiaris. tunc cole, & utaris. Vitis etiā flores arbustiuæ collectos in umbra siccare curabis. Tunc diligenter tunsos, & cretos habebis in uasculo nouo, & cum uolueris, tribus cyathis unam floris mensuram, quam syri chenicam uocant, adijcies, & superlines dolium, & sexta, uel septima die aperies, et uteris. Vinum fieri ad potandum suaue ita dicunt. Fœniculi, uel satureiæ singulorū

congruum modum uino immergi, atq; turbari, uel fructum, quem duæ nuces pineæ produxerint, torrefactum, & linteo ligatum mitti in uasculo, ac superliniri, & usui esse quinq; diebus exactis. Vinum autem uelut uetus effici de nouello, si amygdala amara, absynthium pini frugiferi gumen fœnum græcum simul frangas quantū sufficere æstimaris, & pariter tundas, et ex his unū cyathum per amphoram mittas, & magna uina cōficies. Si uero senseris pectatura, huic confectioni aloen, myrrhā, croco magma, singula modis æqualibus tunsa, et in puluerē redacta cum melle miscebis, & uno cyatho unā amphoram condire curabis. Anniculū quoq; uinū ut longam simulare uideatur ætatem, melliloti unciam unam gliciriz æ uncias tres, nardi celtici tantundē, aloes epatici uncias duas tundis, & cernis, et in sextarijs quinquaginta cocleraria sex reconde, & uas ponis in fumo. In album colorem uina fusca mutari asserunt, si ex faba lomentū factum uino quis adijciat, uel ouorū trium lagænæ infundat alborem, diúq; commoueat, sequenti die candidum reperiri. quod si ex afra pisa lomentum adijciatur, eadem die posse mutari. Vitibus quoq; hanc esse naturam, ut alba, uel nigra si rediguntur in cinerem. uinoq; adjciātur, ei unāquanq; formam suī coloris imponere, ut ex nigra fuscum, candidum uero reddatur ex alba, ea ratione scilicet, ut combusti sarmenti cineris modij unius mensura mittatur in doliū, quod habebit amphoras. X. et triduo sic relictū post operietur, ac lutetur. albū uel (si ita usum fuerit) nigrum reperiri quadraginta diebus exactis. Vinū quoq; asserunt ex molli forte sic fieri. Altheæ, hoc est, ibiscī folia, uel radices, aut eius cautem tenerum decoctū mitti, aut gypsum, aut ciceris cotulas duas, aut cupressi pillulas tres, aut buxi folia, quantum manus ceperit, aut apij semen, aut cinerem sarmentorū, cui uis flammæ corpus reliquit exile, omni soliditate detracta. Vinum uero eadē die ex austero lympidū, atq; optimum fieri, si grana piperis decem, pistacia uiginti adiecto modico uino simul conteras, et in sex uini sextarijs mittas, diu omnibus ante commotis, tunc requiescere patiaris, & coles usui mox futurū. Item feculentum statim in lympidū reddi, si. VII. pini nucleos in unū uini sextarium mittas, diúq; commoueas, & paululum cessare patiaris, mox sumere puritatem, colariq; debere, & in usum referri. Item (quod Cretensibus oraculum Pythij Apollinis monstrasse memoratur) fieri sic candidū, & sumere uetustatis saporem, si quinātos uncias quatuor, aloes epatici uncias quatuor, maschis optimi uncia unā, cassiæ fistulæ uncia unā, piperis uncia unā, spicæ indicæ semuncia, myrrhæ optimæ uncia unā, thuris masculi nō rancidi uncia unā. tundis uniuersa, & in tenuissimū puluerē cribro excutiēte de-

ducis. Cum uero mustum ferbuerit, despumabis, & omnia uuarum grana, quæ feruor in summum reiecit, expelles. Tunc gypsi triti, atq; cribrati tres italicos sextarios mittis in uini amphoras decem, prius tamen partem quartam uini condiendi in alia uasa transfundis, & ita gypsum adijcies, & dolium uiridi, ac radicata canna per biduum fortiter agitabis. Tertia uero die, ex suprascriptis pulueribus quaterna coclearia cõpleta modestius in denas uini amphoras mittis, & uini, sicut supradictum est, quartam partem, quam alibi diffuderas, superadijcies, & doliũ replebis, & item diu agitare curabis, ut specierum uis omne musti corpus inficiat. Tunc operies, atq; adlines relicto breui foramine, quo æstuantia uina suspirent. Sed exẽptis quadraginta diebus, & hoc spiraculũ claudis, & deinde ut libuerit, gustas. Illud memento seruare præ cæteris, ut quoties uinũ mouetur, inuestis puer hoc, aut aliqs satis purus efficiat. Linimentũ quoq; dolij nõ gypso, sed sarmentorũ cinere debebis inducere. Item uinum, quod salutare contra pestilentiam sit, & stomacho prosit, fieri hoc genere fertur. In optimi musti metreta una ante q̃ ferueat, tunsi absynthij octo uncias linteo inuolutas demittis, & exactis. XL. diebus, curabis auserre. Id uinum refundis lagænis minoribus, & uteris. Nunc condiunt, primo amne musti spumantis egesto, q̃bus moris est gypso uina medicari. Sed si natura leuius uinum est, & saporis humecti, in congijs centum, duos gypsi sextarios misisse sufficiet. Quod si uinum nascitur uirtute solidius, medietas abunde prædictis poterit satis esse mensuris.

Rosatum sine rosa fieri. T. XV.

NVNC rosatum sine rosa facies sic. Folia citri uiridia sporta palmea missa in musti nondum feruentis uase depones, & claudes, & exemptis quadraginta diebus melle addito, ad modum rosati, cum placebit, uteris.

De uinis pomorum. T. XVI.

HOC mense, omnia, quæ locis suis leguntur, ex pomis uina conficies.

De œnomelli. T. XVII.

MVSTVM de maioribus, & egregijs uitibus post. XX. dies, q̃ leuatum fuerit ex lacu, quantum uolueris sumis, & ei mellis non dispumati optimi quintam partẽ prius tritam fortiter, donec albescat, admisces, & agitabis ex canna radicata uehementer. Mouebis autem sic per dies. XL. continuos, uel, quod est melius, quinquaginta, ita ut

cum

cum moueris, mundo linteo tegas, per quod facile confectio æstuabunda suspiret. Post dies autẽ quinquaginta, munda manu purgas quodcũq; supernatabit, & in uasculo gypso diligẽter includis, & ad uetustatẽ reseruas. Melius tamen si in minora, & picata uascula proximo uere transfundas, & gypsata diligenter operias, & in terrena, & frigida cælla recõdas, uel arenis fluuialibus, uel eodẽ solo, uascula ex aliqua parte summergas. Hoc nulla uitiatur ætate, si tam diligenter effeceris.

De defruto, carœno, sapa. T. XVIII.

NVNC defrutum, carœnum, sapam conficies. Cum omnia uno genere conficiantur ex musto, modus his & uirtutem mutabit, & nomina. Nam defrutum à deferuendo dictum, ubi ad spissitudinem fortiter despumauerit, effectum est. Carœnum, cum tertia perdita, duæ partes remanserint. Sapa, ubi ad tertias redacta descenderit, quam tamen meliorem facient cydonia simul cocta, & igni supposita ligna ficulnea.

De passo. T. XIX.

PASSVM nunc fiet ante uindemiam, quod Africa sueuit uniuersa conficere, pingue, atq; iucundum, & quoad conditum, si utaris mellis uice, ab inflatione te uindices. Leguntur ergo uuæ paßæ quamplurimæ, & in fiscellis clausæ iunco factis aliquatenus rariore contextu, uirgis primo fortiter uerberantur. Deinde ubi uuarum corpus uis contusionis exoluerit, cochleæ supposita sporta cõprimitur. Hinc passum est q̃cq̃d effluxerit, & conditũ uasculo, mellis more, seruatur.

De cydonite. T. XX.

ABIECTO corio mala cydonia matura in breuissimas, ac tenuissimas particulas recides, & proijcies durum, quod habetur interius. Dehinc in melle decoques, donec ad mensuram mediam reuertatur, & coquendo piper subtile conspergis. Aliter. Succi cydoniorũ sextarios duos, aceti sextarium unum semis, & mellis duos sextarios misces, & decoques, donec tota permistio pinguedinẽ puri mellis imitetur. Tũc triti piperis, atq; Zinziberis binas uncias miscere curabis.

De fermento musteorum seruando. T. XXI.

EX nouo tritico purgato farriculum facies, & ex musto de sub pedibus rapto curabis infundere, ita ut modio farris lagænam musti adijcias. deinde sole siccabis, & item similiter infundis, ac siccas. Hoc cum tertio feceris, panes ex eo breuissimos admodum facies musteo-

rum, & in sole siccatos uasculis nouis fictilibus recondis, & gypsas. Pro fermento, quo tempore anni musteos facere uolueris, hoc uteris.

De uua passa. T. XXII.

VVAM passam græcam sic facies. Melioris acini, & dulcis, & lucidi botryones in ipsa uite torquebis, & patieris sponte inarescere, deinde sublatos in umbra suspendis, & uuam constrictam cum ponis in uasculis, substernis pampinos sicco algore frigentes, & manu compримis, & ubi uas impleueris, item pampinos addis nihilo minus non calentes, & operculabis, ac statues in loco frigido sicco, quem nullus fumus infestet.

De horis. T. XXIII.

OCTOBER Martium similibus umbris sibi fecit æquari.

Hora	I.	pedes	XXV.
Hora	II.	pedes	XV.
Hora	III.	pedes	XI.
Hora	IIII.	pedes	VIII.
Hora	V.	pedes	VI.
Hora	VI.	pedes	V.
Hora	VII.	pedes	VI.
Hora	VIII.	pedes	VIII.
Hora	IX.	pedes	XI.
Hora	X.	pedes	XV.
Hora	XI.	pedes	XXV.

PALLADII DE RE RVSTICA LIBER DVODECIMVS.

De satione tritici, farris, ordei, fabæ cum disciplina, & de lenticula serenda, & de lini semine. T. I.

OVEMBRI mense triticum seremus, & far satione legitima, ac semente solenni. Iugerum utriusq; seminis modijs quinq; tenebitur. Nunc & ordeum maturum adhuc seremus. In huius principio fabam spargimus, quæ pinguissimũ, uel stercoratum desyderat locum, uel uallem quam succus ueniens à summitate, fœcundet. Primo seritur, deinde proscindi-

tur, & tunc sulcatur. Occanda est large, ut tegi plurimum possit. Aliqui locis frigidis dicunt in fabæ satione glebas non esse frangendas, ut per eas gelicidiorum tempore possint germina obumbratæ defendi. satione eius generis, sicut opinio habet, non fœcundatur terra, sed minus læditur. Nam Columella dicit, agrũ frumentis utiliorẽ probari, qui anno superiore uacuus fuerit, q̃ qui calamos fabaceæ messis eduxit. Pingue iugerum sex modij occupant, mediocre amplius. Spisso bene prouenit. Macrum solum, nebulosumq; non patitur. Curandum est præcipue, ut luna. XV. seratur, si adhuc ictum solis repercussa non sensit. Aliqui dicunt quartumdecimam potius eligendam. Sanguine caponis græci asserunt fabæ semina macerata herbis aduersantibus non nocere. Aqua pridie infusa citius nasci, nitrata aqua respersa coctura non habere difficilem. Nunc seritur prima lenticula, sicut Februario mense narratum est. Hoc etiam toto mense poterit lini semen aspergi.

De pratis nouis instituendis, ponendis uitibus, & propagandis, & circumfodiendis nouellis.

IN huius maxime mensis principio, possumus instituere noua prata, more, quo dictum est. Hoc etiam toto mense locis calidis, & siccis, uel apricis, erit uitium celebranda positio. Nunc & propago iure ducetur, & locis frigidis nouellas uites, & arborum plantas circumfodere, atq; operire conueniet, & ante idus. Nunc mergis, hoc est propagnis curuatura post triennium, q̃ pressa fuerat, recidetur à uite.

De uinea ueteri in iugo, uel pergula, reparanda. T. III.

NVNC, ac deinceps uinea uetus, quæ in iugo est, uel pergula, si robusto, & integro trunco sit, ablaqueata fimo satietur, & angustius putata inter quartum, & tertium pedem à terra uiridissima parte corticis, acuto ferramenti mucrone feriatur, ac fossa frequentius incitetur. Nam (sicut asserit Columella) ex eo loco germen plerunq; producit, & ueniente uere fundit materiam, qua uitis reparetur antiqua.

De putandis uitibus, & arboribus locis tẽperatis, & reliqs. T. IIII.

NVNC putatio autumnalis celebratur in uitibus, & arboribus, maxime ubi inuitamur tepore prouinciæ, & putantur olineta, & olina, cum uaria cœperit esse, colligitur, ex qua primum fiet oleum. Nam cum tota nigrescat, quod spei merito posterauit, fundendi uberta-te cõpensat. Est utilis olearum putatio, cæterarumq; arborum, si loci patitur disciplina, ut decisis cacuminibus, rami fluentes per latera

prona fundatur. Quod si regno insolens, & incustodita contigerit, agendum prius toto arboris corpore ab inferiore parte purgato, ut altitudine animalium supergressa, modus transcendatur iniuriæ, & arbor iam spatio suo tuta curetur.

De oliuetis ponẽdis, & curãdis ægris arboribus, & reliquis. T.V.

NVNC etiam locis cælidis, ac sicis regionibus oliueta ponuntur, sicut Februario disputatum est. Amat hæc arbor arduo locorum situ mediocriter ab humore suspendi, scalpi assidue, lætaminis ubertate pinguescere, feracibus uentis clementer agitari. Hoc etiam mense oleis sterilibus quæ supradicta sunt remedia faciemus. Nunc & corbes, & pali, & ridicæ bene fieri possunt, etiam nunc locis temperatis, est laurini olei iusta confectio.

De hortis. T.VI.

HOC mense allium bene seritur, & ulpicum terra maxime alba, fossa, & subacta sine stercore. Sulcos in areis facies, et semina in locis altioribus pones. IIII. digitis separata, neq; altius pressa. Sarculabis frequenter, inde plus crescent. Si capitatum facere uolueris, ubi coperit cãulis prodire, proculcat, succus reuertetur ad spicas. Fertur, si luna sub terris posita seratur, & item sub terris luna latente uellatur, odoris fœditate caritarum. Vel paleis condita allia, uel fumo suspensa durabunt. Nunc & cæpulla seri potest, & carduorum planta disponi, & armoracea seritur, & cunela.

De pomis. T.VII.

HOC mense locis cælidis, cæteris uero Ianuario persicossa in pastinatis areis sunt ponenda, binis à se pedibus separata, ut cũ ibi plantæ excreuerint, transferantur. Sed ossa ponantur acumine deorsum uerso. Et non amplius, quàm duobus, aut tribus digitis obruantur. Ossa uero, quæ ponenda sunt, aliqui sicata prius paucis diebus cineris mistione terra soluta in qualis reseruant. Ego uero usque ad serendi tempus sine ulla cura sæpe seruaui. Locis quidem qualibuscunque proueniunt. Sed & pomis, & frondibus, & durabilitate præcipua sunt, si cœlum cælidum, solum areno sum, & humidum sortiantur. Frigidis uero, & maxime uentosis, nisi obiectu aliquo defendantur, intereunt. Dum tenera sunt germina, sæpe herbis circumfossa liberentur. Bimam plantam recte transferemus scrobe breui. Nec à se longe statuendæ sunt, ut inuicem se à cælore solis excusent. Ablaqueandæ sunt per autumnum, & suis stercorandæ folijs. Putanda persicus in

autumno est, ut arida, & putrida tantum uirgulta tollantur. Nam si quid uiride resecemus, arescit. Languenti arbori ueteris uini fœces, aquæ mistas oportet infundi. Affirmantibus græcis persicus scripta nascetur, si ossa eius obruas, & post dies. VII. ubi patefieri cœperint, apertis his nucleos tollas, & his cinnabari, quod libebit inscribas. Mox ligatos simul cum suis ossibus obruas diligentius adhærentes. Genera eorum sunt hæc, duracina, præcoqua, persica, armenia. Si hæc arbor ardore solis inarescit, frequenti aggestione cumuletur, uespertino iuuetur humore, obiectis defendatur umbraculis. Iuuat in ea et spolium serpentis appendi. Nunc iam contra pruinas stercus ingeratur persico, uel fœces uini cum aqua pmistæ, uel, quod magis prodest, aqua, in qua faba decocta est. Si uermes persicus patitur, cinis eos amurcæ mistus extinguit, uel bouis urina cum aceti tertia parte confusa. Si poma cadunt, nudatæ radici eius, uel trunco lentisci, aut terebinthi cuneus affigitur, uel terebratæ in medio, palus salicis imprimetur. Si poma rugosa creabit, aut putrida, circa imum truncum cortex recidatur, & cum inde modicus humor effluxerit, argilla, uel paleato luto plaga retegatur. Magna poma persicis affert, si florenti, per triduũ ternos sexturios caprini lactis ingesseris. Contra uitia persici proficit spartum ligatum, uel spartea suspensa de ramis. Mense Ianuario, uel Februario locis frigidis, Nouembri cælidis persicus inseratur, maxime circa terram surculis plenioribus, & propè arborem natis. nam cacumina uel nõ tenebunt, uel diu durare non poterunt. Inseritur in se, in amygdalo, in pruno. sed armenia, uel præcoqua prunis, duracina amygdalis melius adhærescunt, & tempus ætatis acgrunt. Mense Aprili, uel Maio locis cælidis, in Italia uero utroq; exeunte, uel Iunio persicus inoculari potest, quod emplastrari dicitur, præciso super trunco, et emplastratis pluribus gẽmis, more, quo dictũ est. Persicus rubescit, si platano inserta figatur. Duracina seruantur, condita muria, & oximelle, uel detractis ossibus sicorũ more in sole siccantur, ac pendent. Item sæpe uidi, detractis ossibus duracina melle cõdiri, et saporis esse iucũdi. Itẽ bene seruãtur, si umbilicũ pomi guttæ picis calentis oppleueris, ut sic sapæ innatare cogantur uase concluso.

De pinu.

PINVS creditur prodesse omnibus, quæ sub ea seruntur. Pinum seremus nucleis suis, cælidis, & sicis regionibus mense Octobri, uel Nouembri, frigidis, & humectis Februario, uel Martio. Amat locum gracilem, sæpe maritimum, inter montes, & saxa uastior, et procerior inuenitur. uentosis, & humidis, arborum fiunt incrementa lætiora.

Sed siue montes uelis conferere, seu spatia quæcunq; hæc huic generi deputabis, quæ alteri utilia esse non possunt. Exarabis ergo ea locа diligenter, atq; purgabis, & frumenti more semen asperges, ac leui sarculo curabis operire, nec enim plusquam palmo debet abscondi. Defendenda est tenera arbor à pecore, ne calcetur inualida. Proficiet, si nucleos aqua ante triduũ macerabis. Aliqui dicũt fructum pineum translatione miteſcere sed plãtas hoc modo procurant, ut prius multa semina in caliculis terra, & fimo repletis obruant, quæ ubi processerint, relicto eo, quod solidius est, auferunt alia. ubi iustum cœperit incrementum, trimam plantam cum ipsis caliculis transferunt, quibus fractis in scrobe indulgent radicibus largitatem. Terræ tamen equæ stercus admiscent, facientes straturam alterno ordine subinde crescentem. Seruandum est tamen, ut radix eius, quæ una, & directa est, usq; ad summitatem suam possit integra, & illæsa transferri. Putatio nouellas pini arbores tantum promouet (quod expertus sum) ut quæ spe rauerās incrementa, duplicentur. Nuces pineæ & usq; in hoc tempus in arbore esse possunt, & maturiores legentur. Prius tamen legendæ sunt, q̃ pateſcant. Nuclei nisi purgati durare non possunt. tamen aliqui in uasis fictilibus nouis, & terra repletis, cum testis suis missos asserunt custodiri.

De pruno.

PRVNA si ossibus serantur autumno, mense Nouembri, solo putri, & subacto duobus palmis obruantur. Ossa eadem ponantur & mense Februario. Sed tunc prius lixiuio sunt macerāda per triduũ, ut cito germinare cogantur. Ponuntur & plantis, quas sumemus ex cõdicæ mense Ianuario exeunte, uel Februario circa idus radicibus fimo oblitis. Gaudent loco læto, & humido. cœlo tepido melius proferuntur, tamen queunt & frigidum sustinere. Locis lapidosis, & glareosis si iuuantur lætamine, excusant ne poma cadũcat, & uermiculosa nascantur. Extirpandæ sunt soboles à radice, exceptis rectioribus, quæ seruabuntur ad plantas. Si languida pruni arbor est, amurcã cum aqua æqualiter tẽperata radicibus debet infundi, uel bubulũ lotium solum, uel humanũ uetus cũ duabus aquæ partibus mixtum, uel cineres ex furno, maxime sarmentorũ. Si poma decidant, oleastri cuneũ terebratæ infigo radici. Vermes eius, atq; formicas, rubricã cũ picẽ liquida si adlinatur, extinguet. Sed modestius propter arboris noxam, ne idem faciat remedium, quod uenenũ. Iuuatur frequẽti humore, & assidua fossione. Mense Martio extremo prunus inseritur melius trũco fisso, q̃ cortice, uel mense Ianuario, ante q̃ incipiat gumen lachrymare. In-

seritur in se, & persicum recipit, uel amygdalum, uel malũ, sed eam degenerem reddit, & paruam. Pruna siccantur in sole per crates loco sicciore dispositæ. Hæc sunt, quæ damascena dicuntur. Alij in aqua marina, uel in muria feruente recenter lecta pruna demergunt, & inde sublata, aut in furno tepido siccant, aut in sole siccari.

De castanea.

CASTANEA seritur & plantis, quæ sponte nascuntur, & semine. Sed quæ plantis seritur, ita ægra est, ut biennio de eius uita sæpe dubitetur. Serenda est ergo ipsis castaneis, hoc est seminibus suis, mense Nouembri, & Decembri, item Februario. Eligendæ sunt castaneæ ad ponendum recentes, grandes, maturæ. quas si Nouembri mense seramus, facilem se præsentia fructus ipsius præstat. Si uero Februario ponamus, ut usq; tunc durent, ita faciendũ est. in umbra castaneæ siccentur expansæ. Tunc in augustum, & siccum locũ trãslatæ cumulum faciunt, & eas omnes fluuialis arena diligenter operiat. Post dies. XXX. eas remota arena in aquam frigidam mittis. Quæ sanæ sunt, merguntur. supernatat quæcunq; uexata est. Itẽ quas probasti, similiter obrues, & post. XXX. dies æque probas. Hoc cum tertio feceris, usq; ad ueris initium, serere debebis quæ manserint illibatæ. Aliqui in uasculis seruant, arena pariter missa. Amant solũ molle, & solutum, non tamen arenosum. In sabulone proueniunt, sed humecto. Nigra terra illis apta est, & carbunculus, & tofus diligenter infractus. In spisso agro & rubricato uix prouenit. In argilla, & glarea, non potest nasci. Diligit cœli statum frigidum, sed & tepidũ non recusat, si humor assenserit. Delectatur cliuis, & opacis regionibus, ac maxime in septentrionem uersis. Pastinari ergo locus debebit, qui huic destinatur arbusto, altitudine pedis unius semis, uel duorũ. uel totus aut sulcis in ordinem destinatis, aut certe aratris resolui hinc inde findentibus. Qui fimo satiatus, ac redactus in puluerem, castanearum semen accipiat non amplius pedis dodrante demersum. Vni cuiq; semini propter notam surculus debet affigi. Ipsa semina singulis locis simul terna, uel quina ponantur, & inter se quatuor pedum spatio separẽtur. quibus transferre placuerit, bimas plantas transferre debebunt. Locus tamen deductoria liquoris accipiat, ne humor insidens limo, germen extinguat. Cui placet, potest castaneæ in propaginem ducere ima uirgulta, quæ in radice nascuntur. Nouum castanetum circunfodi debet assidue. Mense Martio, & Septembri, incrementum maius acquirit, si putationibus adiuuetur. Castanea inseritur (sicut probaui ipse) sub cortice mense Martio, uel Aprili, tamen ge

nere utroq; respondet. Potest & inoculari. Inseritur in se, & in salice, sed ex salice tardius maturat, & fit asperior in sapore. Castaneæ seruantur uel in cratibus dispositæ, uel intra sabulonem, ne inuicem tangantur immersæ, uel in uasculis fictilibus nouis conditæ, & loco sicciore defossæ, uel inclusæ uirgeis ex fago receptaculis, & lutatæ, ut spiracula non relinquas, uel ordei paleis minutissimis obrutæ, uel palustri ulua figuratis densioribus sportis recluſæ.

De pomis alijs.

HOC mense locis calidis, ac siccis regionibus agrestium pyrorum plantas ponimus, quas postea possimus inserere, & malorum, uel mali punicæ, & cydonij, & citri, & mespili, fici, sorbi, siliquæ, & plantas agrestis cæsi, post inserendas, & mori taleas, et amygdali semina, & nuces iuglandes, si in seminarijs (quo dictu est more) pangantur.

De apibus. T.VIII.

HVIVS mensis initio apes ex tamarisci floribus, reliquisq; syluestribus mella conficiunt. quæ auferenda non sunt, quia seruantur hyberno. Eodem mense sordibus liberandi sunt aluei, quia tota hyeme eos mouere, aut aperire nō decet. Sed hæc die apricō, tepidoq; facienda sunt, & pennis maxime auium maiorum, quæ habent rigorem, uel aliquo simili omnia interiora mundentur, quo manus non ualebit attingere. Tum rimas omnes, quæ sunt extrinsecus, luto, & fimo bubulo mistis linamus. & insuper genestis, uel alijs tegumentis similitudinem porticus imitemur, ut possint à frigore, & tempestate defendi.

Remedium uitibus, quæ sine fruge luxuriant. T.IX.

LOCIS calidis, & apricis uites, quæ fructu carent, fronde luxuriant, & pauperiem fœtuum compensant ubertate foliorum. nunc putare prestius conuenit. frigidis uero, mense Februario. Si permanebit hoc uitium, circum fossas arena fluuiali, uel cinere debebimus aggerare. Quidam lapides inserunt interstexuosa radicum.

Remedium sterili uiti. T.X.

HISDEM temporibus, & locis uitem, quæ sterilis fuerit, græci ita præcipiunt esse curandam. Truncō eius fisso lapidem asserunt includendū, & ibi urinæ ueteris humanæ quatuor cotulas circa truncū debere suffundi, ut ad radices instillatio ipsa descendat. Tunc adijciendа est terra admista lætamine, & circa radices solū omne uertendū.

De rosario

De rosario ex paucis uirgultis instituendo. T.XI.

QVAMVIS mense Februario sint conserenda rosaria, tamen locis calidis, apricis, atq; maritimis hoc etiam mense poterimus instituere rosetu. Quæ si indigus plantarum, uolueris ex paucis uirgulis habere copiosa, quaternorum digitorum surculos geminantes cum geniculis suis debebis excidere, & in modum propaginis sternere, & stercore, ac rigationibus adiuuare. Vbi anni ætatem compleuerint, pedis spatio inter se transferre disiunctos, atq; ita solum, quod huic generi deputabis, implere.

De una, quæ usque ad uer reseruetur in uite. T.XII.

GRAECIS asserentibus, ut uuam serues in uite usq; ad ueris initia, circa ipsam uitem, quæ fructu plena est, loco umbroso scrobem fodies, altitudine trium pedum, latitudine duorum, & mittis sabulonem, & ibi calamos figis, in quibus retorques assidue sarmenta fructibus plena, & illæsis botryonibus alligabis, ut solum non contingant, & cooperies, ut imber eò penetrare non possit. Item Græcis docentibus uuas in uite, aut poma in arbore si diu seruare uolueris, uasculis clausa fictilibus ab ima parte pertusis diligenter à summo tecta suspende, quamuis poma & gypso cooperta in longum seruentur ætatem.

De gregibus ouilli generis, & caprini. T.XIII.

HOC mense agnorum prima generatio est. Sed agnus statim natus uberibus maternis admouendus est. Manu prius tamen exiguum lactis, in quo spissior est natura, mulgendum, quod pastores colostram uocant, nanque hoc agnis, nisi auferatur, nocebit. Ac primo per biduum natus cum matre claudatur. Tunc septis obscuris seruetur, & calidis. ita secluso parulorum grege matrices mittantur in pascua. Sufficiet autem prius quàm procedant matrices mane, & cum saturæ reuertuntur ad uesperam, agnis ubera haurienda permittere. Qui donec firmentur intra stabulum furfuribus uel medica herba, uel (si est copia) farina ordei pascuntur ingesta, donec conceptum paulisper robur ætatis, pascuum matribus possint habere commune.

De pascendi ordine.

PASCVA ouillo generi utilia sunt, quæ uel in noualibus, uel in pratis siccioribus excitantur. Palustria uero noxia sunt, syluestria damnosa lanatis. Salis tamen crebra conspersio, uel pascuis musta, uel canalibus frequenter oblata, debet pecoris leuare fastidium. nam per hyemem, si penuria est, fœnum, uel palea, uel uicia, uel facilior uictus ulmi seruatis frondibus præbeatur, aut fraxini. Aestuis mensibus pascantur sub lucis initio, cum gramnis teneri suauitatem roris mistura commendat. Quarta hora calescente potus puri flumnis, aut putei præbeatur, aut fontis. Medios solis calores uallis, aut arbor umbrosa declinet. Deinde ubi flexo iam die ardor infringitur, & solum primo imbre uespertini roris humescit, gregem reuocemus ad pascua. Sed caniculatibus, & æstuis diebus ita pascendæ sunt oues, ut capita gregis semper auertantur à solis obiectu. Hyeme autem, uel uere nisi resolutis gelicidijs ad pascua prodire non debent. nam pruinosa herba huic generi morbos creabit, ac tunc semel adaquare sufficiet. Græcas oues, sicut asianas, uel tarentinas moris est potius stabulo nutrire, quàm campo, & pertusis tabulis solum, in quo claudentur, insternere: ut sic tuta cubilia, propter iniuriam pretiosi uelleris, humor reddat elabens. Sed tribus, per annum totũ, diebus aprico die lotas oues ungere oleo oportebit, & uino. Propter serpentes, qui plerunq; sub præsepibus latent, cædrum, uel galbanum, uel mulieris capillos, aut ceruina cornua, frequenter uramus.

De capris.

NVNC hirci admittendi sunt, ut fœtum primi ueris fouere possit exortus. Sed caper eligendus est, cui sub maxillis duæ uidentur pendere uerruculæ, magni corporis, crassis cruribus, breui, plenáq; ceruicæ, auribus flexis, & grauibus, paruo capite, nitido, spisso, & longo capillo. Ad ineundas fœminas & ante anniculum congruus. Non autem durat ultra sexennium. Capella similis corporis, sed magnis uberibus est eligenda. Non tamen ita multæ capræ, ut oues una statione claudantur, quam luto, & stercore carere conueniet. Hœdis supra lactis abundantiam, edera, & arbuti, & lentisci cacumina sunt sæpe præbenda. Trimæ educare optime possunt. quod teneriores matres generant transigendum est. Sed ultra. VIII. annos seruandæ non sunt matrices, quia genus hoc longiore sterilescit ætate.

De glandibus colligendis. T.XIIII.

HOC tẽpore glandis legendæ, ac seruandæ cura nos excitet, quod opus fœmneis, ac puerilibus operis celebrabitur facile more baccarum.

De materie cædenda. T.XV.

NVNC materies ad fabricam cædenda est, cum luna decrescit. Sed arbores, quæ cædentur usq; ad medullam securibus recisas aliquãdiu stare patieris, ut per eas partes humor, siquis in uenis continetur, excurrat. Vtiles autem sunt hæ maxime, abies, quam gallicam uocãt, nisi perluatur, leuis, rigida, & in operibus siccis perenne durabilis. Larix utilissima, ex qua si tabulas suffigas tegulis in fronte, atq; extremitate tectorum, præsidium contra incendia contulisti. Neq; enim flammam recipiunt, aut carbones creare possunt. Quercus durabilis si terrenis operibus obruatur, & aliquatenus palis. Aesculus ædificijs, et ridicis apta materies. Castanea mira soliditate pdurat in agris, & tectis, & operibus cæteris intestinis, cuius solum pondus in uitio est. Fagus in sicco utilis, humore corrumpitur. Populus utraq; & salix, & tilia in sculpturis necessariæ. Almus fabricæ inutilis, sed necessaria, si humidus locus ad accipienda fundamenta palandus est. Vlmus, & fraxinus si siccentur, rigescunt, ante curuabiles, cuthenis utiles habentur. Carpinus utilissima. Cupressus egregia. Pinus nisi in siccitate non durans, cui contra celerem putredinem comperi in Sardinia hoc genere prouideri, ut excisæ trabes eius, aut in piscina qualibet anno toto mersæ latarent, post operi futuræ aut arenis obruerentur in littore, ut aggestionem, qua tectæ essent alternis æstibus reciprocans fluctus allueret. Cædrus durabilis, nisi humore tangatur. Quecunq; autem ex parte meridiana cæduntur, utiliores sunt, quæ uero ex septentrionali procæriores, sed facile uitiantur.

De transferendis arboribus maioris ætatis. T.XVI.

HOC mense locis siccis calidis, et apricis maiores arbores transferemus truncatis ramis, illæsis radicibus, multo stercore, & rigationibus adiuuandas.

De oleo faciẽdo secundũ Græcos, & emendando. T.XVII.

GRAECI in conficiendi olei præceptis ista insserunt. Tantum legendum esse oliuæ, quantum nocte uenient possimus exprimere. Molam primo oleo debere leuiter esse suspẽsam. Ossa enim confracta

sordescunt. quare de solis carnibus sit prima confectio, & de salignis canistros fieri debere uirgultis, quia genus hoc oleum dicitur adiuuare. Nobilius erit, quod sponte defluxerit. Sales deinde, ac uitrum iubent nouo oleo misceri, ut hæc res spissitudinem eius absoluat. Deinde cum amurca subsederit, oleum purum. XXX. diebus exactis, in uitrea uasa transferri. Secundum simili disciplina fieri, sed mola fortiore quassari.

Oleum liburnico simile. T. XVIII.

OLEVM primum liburnico simile fieri asserunt Græci, si in optimo uiridi oleo inulam siccam, & lauri folia, & cyperum omnia simul tusa, & subtiliter creta permisceas cum salibus torrefactis, ac tritis, et diu oleo iniecta perturbes. deinde tribus, aut aliquanto amplius decursis diebus, cum quieuerit, utaris.

Vt oleum sordidum purges. T. XIX.

SI sordet oleum, frictos, & adhuc cælantes sales inijci iubent, & diligenter operiri. Ita mundum reddi post tempus exiguum.

De oleo odoris horrendi. T. XX.

SI fuerit odoris horrendi, uirides oliuas sine ossibus tundi, & in olei metreta chœnicas duas mitti. Si bacæ defuerint, caules tenerrimos oleæ similiter esse tundendos. Nonnulli utraq; permiscent adiecto etiam sale. Sed omnia intra linteum clausa suspēdunt, atq; ita in uas olei demittunt. postea tribus diebus exactis auferunt, et oleum in alia uasa transfundunt. Quidam mittunt uetustum laterem torrefactum. Plerique ordeaceos panes breuiter figuratos, & raro linteo inuolutos mergunt, & nouos subinde permutant. ubi hoc bis, aut tertio fecerint, sales mittunt, & in alia uasa translatum, per paucos dies subsidere patiuntur. Quod si aliquod animal forte deciderit, & oleum putredine, ac nidore uitiauerit, iubent Græci coriandri manipulum in olei metreta suspendi, atq; ita paucis diebus manere. Si nihil de nidore decusserit, mutandum est coriandrum, donec superetur hoc uitium. Sed maxime proderit, post senos dies in uasa munda transferre, melius si acetum ante uexerunt. Quidam fœni græci semen siccum, tritumq; permiscent, uel incensos oleaginos carbones in ipso oleo frequenter extingunt. Si acerbus odor fuerit, uuæ excrementa, quæ græci γίγαρτα uocant, præcipiunt tusa, & in massam redacta mersari.

De oleo rancido curando. T. XXI.

OLEVM rancidum Græci asserunt sic posse curari. Albam ceram mundo, & optimo oleo resolutam, & adhuc liquentem mitti in oleo iubent. Tunc sales frictos calentes addi, operiri, atq; gypsari. Sic fieri, ut oleum purgetur sapore, & odore mutato. Oleum tamen omne in terrenis locis esse seruandum, & eam eius esse naturam, ut sole, uel igne purgetur, uel aqua feruenti, si simul misceantur in uasculo.

De condiendis oliuis. T. XXII.

HOC etiam mense oliuas condiemus. Harum genera sunt diuersa. Colymbades oliuæ fiunt sic. Alternis cratibus oliuarum puleium spargis, & mel, & acetum, & sales modice, stratura intercedente suffundes. Itē sternes oliuas supra surculos fœniculi, uel anethi, siue lentisci, & ramulis oliuæ subditis, aceti heminam, & muriam superfundis, & has constructiones usque ad uasculi plenitudinem patieris insurgere. Aliter. Electas oliuas muria maturabis, post. XL. dies muriam fundis uniuersam. tunc duas defruti partes, aceti unam, mentam minuti incisam uasculo adijcies, & oliuis replebis, ut iusta infusione liquor supernatet. Aliter. Oliuas manu lectas, una nocte integra, in balnei uapore esse patieris tabulæ, uel crati superpositas. mane balneis exemptas, salibus tritis consperges, & uteris. quæ non amplius, quàm. VIII. dies poterunt custodiri. Aliter. Oliuas illæsas primo mittis in muria. post dies. XL. leuabis, atque intercides acuto calamo. Et si dulciores habere uolueris, duas sapæ partes, & aceti unam, si acriores, aceti duas, & sapæ unam debebis infundere. Aliter Passi sextarium unum, cineris bene creti quantum manus utraq; gestabit, uini ueteris unum suniculum, & aliquantum cupressi foliorū mistis omnibus oliuas infundis, inculcas, & subinde crustam faciendo saturabis, donec ad uasculorum summa ora peruenias. Aliter. Oliuas, quas iacentes repereris, rugis contrahētibus crispas colligis, & salibus tritis respersas expandis, donec sole inarescant. Tunc substrato lauro alternas crates bacarum sæpius ordinabis. Tunc defrutum cum satureiæ fasciculo duabus, aut tribus undis feruere patieris. Et postq̄ tepuerit, supra compositas bacas refundes admisto sale paululo, & origani fasce contecto, supra ius omne perfundes. Aliter. Lectas bacas ex arbore statim condies, rutam, & petrosilinum sternes inter spatia structionis, & subinde ciminati salis aspersione cumulabis. Postremum mel, & acetum superfundes. Nouissime optimi olei quantum-

cunq; miſcebis. Aliter. Legis oliuas ex arbore nigras,& compoſitas muria diluis.tunc ollæ adijcis mellis partes duas,uini unam,defruti dimidiam.& ubi ſimul deferbuerint,deponis,ac permoues, & acetum miſces.cum refrixerit, ſuper oliuas origani ſurculos ſternis, & ſupra ius omne diffundes. Aliter. Oliuas manu lectas cũ pediculis aqua ſpargis tribus diebus.deinde mittis in muria,& poſt. XII. dies exemptas in uaſe adijcis cum muſto,et aceti æquis ponderibus. Et impletum uas ita operies,ut aliqua ſpiramenta dimittas.

De horis. XXIII.

NOVEMBREM & Februarium ratio temporis per horas dierum fecit æquales.

Hora	I.	pedes	XXVII.
Hora	II.	pedes	XVII.
Hora	III.	pedes	XIII.
Hora	IIII.	pedes	X.
Hora	V.	pedes	VIII.
Hora	VI.	pedes	VII.
Hora	VII.	pedes	VIII.
Hora	VIII.	pedes	X.
Hora	IX.	pedes	XIII.
Hora	X.	pedes	XVII.
Hora	XI.	pedes	XXVII.

PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA LIBER XIII.

De ſerendis frumentis,faba,& lini ſemine. T.I.

DECEMBRI menſe ſerũtur frumenta,triticum, far, ordeum,quamuis ordei ſatio iam ſera ſit. Et faba circa ſeptimum Idus ſeri poteſt. Nam poſt exactam brumam male ſeminantur. Hoc etiam menſe adhuc lini ſemen ſpargi poterit, uſque ad VII. Idus Decembris.

De fodiendis paſtinis,& cædenda materie. T.II.

NVNC ad inſtituendas uites, ſed poſt Idus paſtina inchoemus effodere,ſicut ante tractatum eſt. Et materiẽ bene hoc menſe cædemus. Palos quoq;,& corbes faciemus, & ridicas. Et locis frigidis oleũ faciemus ex lauro, & myrti bacas,atq; lentiſci in olei ſui confectione quaſſabimus,& uinum myrtite,ſicut dictum eſt ante,retingemus.

De hortis. T.III.

HOC tempore ſerenda eſt lactuca, ut planta eius Februario transferatur. Etiam nunc allium,& ulpicum,& cepullæ, & ſinapi, & cunela ſeri poterunt,diſciplina,& more, quo ante narratum eſt.

De pomis. T.IIII.

HYPOMELIDES poma ſunt(ut Martialis aſſerit)ſorbo ſimilia. Mediocri arbore naſcuntur, & flore candidulo. Dulcedo huic fructui cum acuto ſapore commiſta eſt. Seritur menſe Decembri nucleis in uaſculis poſitis. Menſe autem februario hypomelidis planta, ſed pollicis magnitudine robuſta transfertur breuiſſimo ſcrobe,ſoluta terra,plurimo ſtercore. Sed munienda eſt, quia cito areſcit,ſi radices eius uentus afflauerit. Terram qualemcunq; non reſpuit. Amat loca tepida,aprica,maritima,& ſæpe ſaxoſa. Statum rigidum reformidat. Inſeri non poteſt, exigua durat ætate. Poma eius aut in picatis,& minutis urceolis,aut ſcrobe populi,aut in ollis inter uuas uinaceis obruta ſeruabuntur.

De rapis condiendis. T.V.

NVNC *rapa in partes minutas recisa, & leuiter cocta, & tota die diligentius exsiccata nequid reseruent humoris, & sinapi ex aceto (sicut moris est) temperato, mergere, & condire curabimus, & repleta uasa claudemus, ac post aliquantos dies gustibus explorata, proferemus usuri. Quam rem ianuario quoq;, & nouembri mense poterimus efficere.*

De echinis, & pernis, & lardo saliendis, & auium laqueis disponendis. T.VI.

NVNC *etiam quibus litus in fructus est, ubi lunæ inundabit augmentum, quæ omnium clausorum maris animalium, atque concharum iubet incremento suo membra turgere, echini carnes salibus condire curabunt. Quod solito more conficitur. Hanc quoque rem per omnes menses bene faciemus hybernos. Pernas etiam, & lardum conficimus non solum mense hoc, sed omnibus, quos hyemalis algor astringit. Tempore hoc per humiles syluas, & bacis fœcunda uirgulta ad turdos, et cæteras aues capiendas laqueos expedire conuenit. Hoc usq; in martium mensem tendetur aucupium.*

De horis. T.VII.

DECEMBREM *ianuario in horis causa dispar adiunxit, cum linea simili ille augeatur, iste decrescat.*

Hora	I.	pedes	XXIX.
Hora	II.	pedes	XIX.
Hora	III.	pedes	XV.
Hora	IIII.	pedes	XII.
Hora	V.	pedes	X.
Hora	VI.	pedes	IX.
Hora	VII.	pedes	X.
Hora	VIII.	pedes	XII.
Hora	IX.	pedes	XV.
Hora	X.	pedes	XIX.
Hora	XI.	pedes	XXIX.

PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI DE INSITIONE LIBER AD PASIPHILVM VIRVM DOCTISSIMVM.

h ABES *aliud indultæ fidei testimonium. Pro usura temporis hoc opus de arte insitionis adiecta. Sed q uolumina hæc ruris colendi serius, quàm iusseras, scripta sunt, librarij manus segnior fecit, cuius ego tarditatem nunquã maligne æstimo. Scio enim quo frequenter inclinet argutia famulorum. Malo operam eius expectare potius, quàm timere. Nescio utrum commune sit dominis: mihi difficile contigit, in seruilibus ingenijs inuenire temperiem. Ita sæpissime natura hæc uitiat commodum siquod est, & mi scet optanda contrarijs. Velocitas procurrit in facinus, segnicies figuram benignitatis imitatur, & tantum recedit ab agilitate, quantum recessit a scelere. Diu tamen apud te pudorem meum distuli, sed hoc quasi bonus famulus feci. Verum nescio, si tuum ad has modo minutias inclinetur ingenium. Grande erit, & par desyderio suo, quod studij tui quæret affectio. Et licet de his nugis fauorabiliter sentias, ego meas opes æstimare non differo. Non est magni loci assibus intuendis oculos duxisse per puluerem, quia nescio quomodo notæ sunt quædã maximarum personarum minuta compendia.*

p *Asiphile ornatus fidei, cui iure fatemur,*
Siquid in arcano pectoris umbra tegit,
Bis septem paruos opus agricolare libellos,
Quos manus hæc scripsit, parte silente pedum,
Nec strictos numeris, nec Apollinis amne fluentes,
Sed pura tantum rusticitate rudes,
Commendas, dignaris, amas, & rustica dicta
Affectu socij sollicitante tui.
Nunc ideo modicum crescens fiducia carmen
Obtulit arbitrio lætificanda tuo.
Est nostræ studium non condemnabile musæ,
Vrbanum fari rusticitatis opus:
Sub thalami specie felices iungere syluas,
Vt soboli mistus crescat utrinque decor:
Connexumq; nemus uestire affinibus umbris,

Et gemina partum nobilitare coma.
Fœderibus blandis dulces confundere sucos,
Et lætum duplici fruge saporis ali.
Quæ quibus hospitium præstent uirgulta docebo,
Quæ sit adoptiuis arbor onusta comis.
Ipse poli rector, quò lucida sydera currunt,
Quo fixa est tellus, quò fluit unda maris,
Cum posset mustos ramis inducere flores,
Et uaria grauidum pingere fronde nemus,
Dignatus nostros hoc insignire labores,
Naturam fieri sanxit ab arte nouam.
Non segne officium nostræ reor esse camœnæ,
Aut operis parui gratia fiet inops.
Si uelocis equæ pigro miscetur asello
Ardor, ut in sterilem res cadat acta gradum,
Fœcundumq; genus productus deleat hæres,
Et sibi defectum copia prolis agat,
Cur non arbor inops pinguescat ab hospite gemma,
Et decus externi floris adepta micet?
Incipiam, quicquid ueteres scripsere coloni,
Sacraq; priscorum uerba labore sequar.
Principio multas species industria solers
Protulit, & doctam iussit inire manum.
Nam quæcunq; uirens alienis frondibus arbos
Comitur, his discit credita ferre modis.
Aut noua discreto figuntur germina libro,
Aut aliud summo robore fissa capit,
Aut uiridem oculos extrem gemma tumoris
Accipit, & lento stringitur uda sinu.

De uite.

Primus echionij palmes se iungere Bacchi
Nouit, & externo tenditur una mero.
Nexilibus gemmis fœcundos implicat artus
Vitis, & amplexum pascit adulta genus.
Degeneriq; comæ uestigia mutis inumbrat
Pampinus, & pingui curuat onusta deo.

De oliua.

Robora palladij decorat syluestria rami,
Nobili tat partus baca superba feros.

Fœcundat sterilis pingues oleaster olivas,
Et quæ non nouit manera, ferre docet.

De pyro.

Germine cana pyrus, niueos haud inuida flores
Commodat, & uarium nectit amore nemus.
Nunc rapit hirsutis horrenda sororibus arma,
Et docet indomitas ponere tela pyros.
Nunc teretem pingui producat acumine malum,
Fraxineasq; nouo flectit honore manus.
Phyllida quin etiam grandi mitescere fructu
Instituens, duræ dat sua membra cuti.
Et steriles spinos, & inertem fœtibus ornum
Dotat, & ignotum cogit amare decus.
Huius & immissi uertere cydonia rami,
Pomaq; confusus blanda creauit odor.
Castaneæ septos aspro uelamine fœtus
Exuit, & placido pondere mutat onus.
Mespilaq; exarmat pugnacibus horrida membris,
Et mala tranquillo cortice nota premit.
Creditur in libycis sua germina nectere ramis,
Lætaq; puniceo posse decore frui.

De malo punico.

Punica non alios unquam dignata sapores
Mala, nec externis associata comis.
Ipsa suas augent mutato semine gemmas,
Et sibi cognato picta rubore placent.

De pomo.

Insita proceris pergit concrescere ramis
Et sociam mutat malus amica pyrum.
Seq; feros syluis hortatur linquere mores,
Et partu gaudet nobiliore frui.
Spiniferas prunos, armataq; robora sentes
Leuigat, & pulchris uestit adulta comis.
Exiguam sorbum dulci distendere suco
Nouit, & ad cupidas flectere poma manus.
Stipitibus gaudet nomen mutare salignis,
Et gratum nymphis spargere flore nemus.
Robora thyrsigero platani concordia Baccho
Fœtibus instituit plena rubore nouis.

Illius insolitas miratur persicus umbras,
Populeaeq; ferunt candida dona comae.
Mespilus huic paret, lapidosaq; uiscera mutans
Tenditur, & niueo plena liquore rubet.
Pro sudibus foetis, & pro praegnantibus armis
Castaneae fuluum dant noua mala decus.

De persico.

Ipsa suos onerat meliori germine ramos
Persicus, & pruno scit sociare genus.
Imponitq; leues in stipite phyllidis umbras,
Et tali discit fortior esse gradu.

De malo cydonio.

Cum praestet cunctis se fulua cydonia pomis,
Alterius nullo creditur hospitio.
Roboris externi librum aspernata superbit,
Scit tantum nullo crescere posse decus.
Sed propriis pandens cognata cubilia ramis,
Stat, contenta suum nobilitare bonum.

De mespilo.

Aemula dura pyri despecti mala saporis
Mespilus admisso germine tuta subit.
Et geminis sese uiolentior inserit armis,
Atq; auidas terrent robora saeua manus.

De malo citrio.

Nec non & citrij patiuntur mutua rami
Pignora, quae grauido cortice morus alit.
Pomaq; pasturi blando redolentia succo
Armatis mutant spicula nota pyris.

De prunis.

Pruna suis addunt felicia gerunna membris,
Donaq; cognato corpore laeta ferunt.
Exarmat foetus, sed brachia roboris armat
Castaneae prunus iussa tenere larem.

De siliqua.

Assuescunt siliquae uiridi mollescere succo,
Et gremio pascunt caetera poma suo.

De ficubus.

Persuadet moris tetrum mutare colorem
Ficus, & inuasis dat sua iura comis.

Se quoq; miratur pingui grandescere succo,
Et solitum gaudet uincere poma modum.
Insignes foliis platanos felicia mensis
Brachia gaudentes uitis honore comas
Ingrediens pingui se corticae maxima ficus
Seruat, & optatos implet adepta sinus.

De moro.

Mutua quin etiam moris commertia ficus
Praestat, & oblatum robore germen alit.
Fraxinus huic auidae confert sua membra sorori,
Et metuit foetus sparsa cruore nouos.
Proceras fagos, & poma hirsuta uirentis
Castaneae, duris aspera mala comis
Inficiens, monstrat piceo nigrescere partu,
Et succo pascit turgida poma nouo.
Obsequitur moris blando terebinthus odore,
Et geminis ueniunt munera mista bonis.

De sorbis.

Sorba suos partus merito maioris honestant
Seminis, & pulchro curua labore nitent.
Haec arbos spinae duros mucronibus artus
Exuit, ac libris mitibus arma tegit.
Aureaq; annexo miscere cydonia foetu
Gaudet, & externi dona coloris amat.

De ceraso.

Inseritur lauro cerasus, partuq; coacto
Tingit adoptiuus uirginis ora pudor.
Vmbrantes platanos, & iniquam robore prunum
Compellit gemmis pingere membra suis.
Populeasq; nouo distinguit munere frondes,
Sic blandus spargit brachia cana rubor.

De amygdalo.

Phillis odoratos primaeuis floribus artus,
Discissi pruni cortice fixa tegit.
Pomaq; permutat uclamine persica misto,
Duriciemq; docet tegminis esse loco.
In modicam tornat siliqua tendente figuram,
Et frondes pulchro ditat odore feras.
Castaneamq; trucem depulsis cogit echinis

Mirari fructus leuia poma sui.

De pistacijs.

Quin & amygdaleos subeunt pistacia ramos
Et debitum maius de breuitate petunt.
Hæc & cognato cingens terebinthus amictu
Nutrit adoptiuis nobilitanda comis.

De castanea.

Flumineam salicem fœcundant ardua membra
Castaneæ, & multo pasta liquore uigent.

De nuce.

Arbuteas frondes uastæ nucis occupat umbra,
Pomaq; sub duplici cortice tuta refert.
Cætera, quæ solers processu temporis usus
Exprimet, exemplis instituere nouis.
Hæc sat erit tenui uersu memorasse poetam,
Quem iuuat effessi terga mouere soli.
Carmina tu duros inter formatæ bidentes
Aspera, sed muti rusticitate leges.

FINIS.

* A B C D E F a b c d e f g h i k l m n o p q r
t u x y z A B C D E F G H I K L M N O.
Omnes sunt quaterniones præter * duernionem, & F quinternionem.

VENETIIS IN AEDIBVS HAEREDVM ALDI, ET ANDREAE SOCERI, MENSE DECEMBRI, M. D. XXXIII.


AL DVS

Zr:40

II
1920:
4749